CVRRVS TRIVMPHALIS ANTIMONII.

FRATRIS BASILII VALENTINI
Monachi Benedictini.

OPVS
Antiquioris Medicinæ & Philoſophiæ Hermeticæ ſtudioſis dicatum.

E' Germanico in Latinum verſum operâ, ſtudio & ſumptibus Petri Ioannis Fabri Doctoris Medici Monſpelienſis.

Et notis perpetuis ad Marginem appoſitis ab eodem illuſtratum.



TOLOSÆ,
Apud PETRVM BOSC.

M. DC. XLVI.

VENITE ET VIDET OMNES opera Domini.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR HI

Tractatus qui omnes traducti fuerant ex Germanico Idiomate in latinum in vſum & gratiam Chymicorum. Qui hoc Idioma non ſciunt.

PRimò Fratris Baſilij Valentini Currus Triumphalis Antimonij,

2. Rogerij Baconis Angli de tinctura ſeu oleo ſtibij:

3. De particularibus & vniuerſalibus tincturis,

4. Georgij Phædronis Rodochærj theoria & praxis de lapide Philoſophorum,

5. antiquiſſimum Equitum

bellum.

6. Irſaci Hollandini opus Satu-
ni.

7. Conſiderationes Philoſophi-
cæ de materia & præparation-
lapidis Phyſici.

8. De occulta Philoſophia Chy-
micorum, vbi ſunt Tractatu-
varij doctiſſimi, vt arbor aure-

Baſilij Valentini concluſion-

Prebellianus de natura elemen-
torum.

Triplanus de lapide Philoſo-
phorum.

Elixiris Theophraſti Expoſiti-

Pſalmo x c ij. magnificata ſu-
opera tua Domine, nimis pro-
fundæ factæ ſunt cogitation-
tuæ, vir inſipiens non cogno-
cet & ſtultus non intellig-
hæc.

... mortuorum cer-
num teſtimonium, remiſſi-
onis peccatorum vnicum exē-
plum, Infallibile futuri iudi-
cij experimentum, & æternæ
beatitudinis patens & apertum
ſpeculum.

Hæc omnia, Soli huic operi
aperte deteguntur, quantum
naturaliter aperiri poſſunt, ni-
hil certe grauius & aptius
Archipræſuli pio ac doctiſſi-
mo offerri poteſt, & vt Zoï-
lorum Ilia crepent, ac diſ-
rumpantur per medium, hæc
ita eſſe nec in vanum dicta,
iam demonſtrare pergo.

Alchymia ergo verum do-
num Dei eſt, nihilque aptius
Alchymia ipſa, donum Dei
vocari poteſt, cum ipſa diui-

tias inexhauſt.
integram & inviolatan
vitam prælongam præ ſe ſ...
rat & verè oſtendat, qu...
quidem omnia verum donum
Dei habentur.

Eſt autem myſterium individuæ vnionis ſanctiſſimæ Trinitatis, quod in ſingulis naturæ rebus homogeneis, Trinitatem & vnitatem indicet, Trinitatem quod calidum innatum, humidum radicale, & nodum & vinculum iſtius calidi & humidi innati demonſtret: Vnitatem autem hæc tria inter ſe diſtincta, vnum conſtituant naturæ mixtum homogeneum. Eſt autem theatrũ vniuerſæ naturæ, quòd natura integra vniuerſalis &

ILLVSTRISSIMO

AC

REVERENDISSIMO

D. D Carolo de Mont-chal
Archiepiſcopo Toloſano, Regis
Chriſtianiſſimi Conſiliario
meritiſſimo.

PETRVS IOANNES FABER
Doctor Medicus Monſpelienſis.

S. P. D.

RARVM fortaſſe & inſuetũ videbitur multis, ac nonnullis quaſi indecorũ Archipræſul Illuſtriſſime, quod ſummo ac perilluſtri viro, ve-

bus ſacris ac diuinis prorſu
occupato, Opus Chymicum of
ferre audeam: Sciant ipſi qua
leſcumq; ſint ſiue docti ſiue ig
nari, nobiles aut plebei, nihi
aptius aut grauius offerri poſ
ſe tanto viro quam ipſum me
Opus chymicum, vbi lapis Phi
loſophorum vita vere vitalis
& ſupremum naturæ necta
clare docetur, ac demõſtratur
In quo dona ſuprema Dei
deteguntur, myſteria Indiui-
duæ vnionis ſanctiſsimæ Tri-
nitatis palam fiunt: Theatrum
vniuerſæ naturæ, eiuſq; vera
Anatomia. cum Aſtrologia
terreſtri ſeptem terreſtrium pla-
netarum, hoc eſt ſeptem metal-
lorum manifeſtatur: omnipo-
tentis Dei verum argumentum

particularis, cœleſtis & elementaris perfecte & abſolute doceatur, nihilque occultum in natura eſt, quin ex intimis naturæ antris foras, tanquam in publicum theatrum prodeat. Et ſic eſt vera naturæ Anatomia & Aſtrologia terreſtris ſeptem planetarum terreſtrium, hoc eſt ſeptem metallorum, quòd ſeptem metallorum naturas, proprietates & qualitates, tam occultas quàm manifeſtas oſtendat. Inde etiam patet quod ſit omnipotentiæ Dei verum argumentum, quod ipſa ſola Alchymia digitto demonſtret, omnia eſſe in vno & ex vno, & illud vnum eſſe omnia quod eſſe non poſſet, niſi Deus eſſet verè omnipotēs,

fecit illa omnia verum vnum qui ex vno omnia creauit, & eſſe in centro ſuo.

Eſt etiam reſurrectionis mortuorum verum teſtimonium quòd omnia naturæ mixta, per reſolutionem in illud vnum ex quo ſunt, vere moriantur, & expolientur ſuis qualitatibus corruptioni obnoxijs, & iterum inde reſurgant incorruptibilia, & ad vitam ſeu eſſe nouum incorruptibile quaſi reducantur, nouas & potentiores multo quam antea habent facultates hinc colligitur remiſſionis peccatorum verum & vnicum eſſe exemplum, cùm dum ad nouam vitam reſurgunt, ex polientur ab omnibus qualitatibus, corruptioni obnoxijs

tanquam à peccatis ſuis, quæ nobilitatẽ ſubſtantiæ, & puritatem deturpant, hinc etiam eſt infallibile futuri iudicij experimentum, quod in eo iudicio plura ab impuris ſeparentur, pura cœleſtibus & gaudijs æternis donentur, impura autem putredini æternæ & barathro committantur, & hinc etiam facile colligitur Alchymiam eſſe patens & appertum æternæ beatitudinis ſpeculum: plura enim æterna & incorruptibilia ſunt, & perinde beatitudinis æternæ ſpeculum habentur, cùm æterna beatitudo conſiſtat in puritate, æternitate, immutabilitate, cum hinc fœlicitas ſuprema, operante Deo, exoriatur, qui ſolus eſt

æternæ beatitudinis fons & ſcaturigo.

Quid ergo in rerum natura nobilius, grauius & aptius Archypræſuli ſummo & pijſſimo offerri poteſt, quàm opus, in quo hæc omnia clare & manifeſte demonſtrantur, nihil maius habeo, Nec maius haberi poſſe cenſeo.

Perinde Archipræſul illuſtriſſime, animo ſummo & grato vt ſumma & grata ſunt accipere munus aliud non expecto, quàm vt placeam & me ſeruum tuum obſequentiſſimum præ cæteris obſerua, & in æternum vale. Datum in Ædibus noſtris Caſtri-nouidarij die 20. menſis Nouembris, anni 1643.

LECTORIBVS

BENEVOLIS OMNIBVS Hermeticā Artem amantibus & ſummo ſtudio Excolentibus.

PETRVS IOANNES FABER Doctor Medicus Monſpelienſis.

S. P. D.

IN peregrinationibus meis prælongis, ac difficillibus, (Lector beneuole) in votis ſuper habui nemini nocere, multis prodeſſe poſſe, perinde Deus ſummus, vt vere exiſtimo, me ab omni periculo conſeruauit: Pij ſiquidem & boni Deo ſummo cordi habentur, nihil ſiquidem in hoc orbe terrarum periculis pleno tutius & fortius eſt, quàm pietas & charitas, his armis munitus homo, pericula cuncta facili via evadit. E contra autem cui Deus aduerſatur, illi quoque & vniuerſa natura inimica eſt. Qui verò verſa vice, Dei eſt amicus, tum illi quoque cœlum

& terra, atque adeo omnia elementa, auxilio ſubuenire coguntur.

In peregrinationibus ergo meis pietatem & charitatem in votis ſemper habui, & præcipuè erga Chymiæ Artis ſtudioſos, quos ſcio multum deſudare in enodandis Chymicorum antiquorum gryphis & ænygmatibus, in quibus tota ars noſtra concluditur & ſepulta iacet.

Dum igitur Autuerpiæ eſſem anno Chriſti 1634. Inueni librum Fratris Baſilij Valentini Monachi Benedictini, cui Titulum fecit Currus Triumphalis Antimonij. Cui iuncti erant alij multi, Idiomate Germanico, conſcripti, hunc ergo librum habere curaui vt nacta occaſione ipſum fideliter in latinum traducere percurarem: tandem poſt multos annos Toloſæ inueni doctiſſimum virum nomine Spigellium natione Germanum, omni doctrina & varietate linguarum perornatum qui pretio conducto, hunc librum cum alijs omnibus ſibi vinctis fideliter mihi tranſtulit, quo perlecto, typis excudendum illico iudicaui, ob multitudinem Arcanorum ibi latentium, ne Chymiæ alumni imò & patres tanto opere fruſtrarentur: Et vt ornatius in lucem publicam emergeret, commentis meis, & explicationibus exornandum iudicaui.

Quapropter beneuole Lector, habes hoc in volumine quicquid omnes alij libri continent, & complectuntur de arcano lapide Philoſophorum & de tincturis metallicis, quæ ad artem noſtram pertinent, fideliter tra-

TOTIVS OPERIS HVIVS BREVE ARGVMENTVM.

QVÆ in Curru Triumphali Fratris Baſilij Valentini continentur, ſunt potiſſimùm exhortationes breues ad artem Chymicam inquirendam vt pote ad totius & vniuerſæ naturæ cognitionem acquirendam & Medicinæ perfectæ & abſolutæ notitiam habendam, quam vt quis facilè acquirere poſſit, Deum imprimis eſſe timendum & ex toto corde adamandũ aſſerit Author, & rationes quammultas hinc affert, tum demum poſtquam exhortatus eſt Spagyricum Medicũ pium ac deuotum eſſe debere, ſi intima naturæ viſcera inueſtigare debeat, quæ impio numquam patefiunt, vt ſuprema Dei Dona; quæ niſi pijs & ſanctis viris manifeſtantur, & communican-

tur, tandem ad ea arcana quæ ex Antimonio extrahi poſſunt breuiſſimo eloquio venit. Olea quammulta & varia docet, quæ infinitæ ſunt virtutis ad artem Chyrurgicam nobilitandam. Et multa ſunt quæ intrinſecus propinari poſſunt etſi ſint ex Antimonio compoſita, eaque aſſerit & probat nullatenus eſſe venena, quamuis vniuerſitates multæ & nobiles ipſius Medicinæ id ipſum aſſerant, & accuſat ipſos Doctores Medicos ſtultitiæ & meræ ignorantiæ, cum id experientiâ & ratione, non didiſcerint. Antimonium enim nullo pacto eſt venenum poſtquam Spagyricè præparatum eſt, imò contrá ſumma eſt Medicina, & ſupremum venenorum omnium antidotum, vt ratione & experientia facili negotio poteſt fieri manifeſtũ, quæ enim venena ſunt naturaliter, ea omnia continent antidotum ſui veneni, quòd ſi antimonium ſit ex ſe ipſo venenum, continet in ſe, vt reliqua cuncta, antidotum ſui ipſiuſmet veneni, vnde poſt ſuam præparationem nullo modo venenum eſt, cúm per præparationem ſuam tollatur omninò venenum eius, quod ipſamet experientiâ fit manifeſtum & certiſſimum: ſic iuſte & ſumma cum ratione increpat Author noſter Medicos cõmunes & vulgares, ipſoſque inficit inſcitiæ, imò ſtultitiæ, quòd poſt rationem & experientiam ex tot ſæculis comprobatam, ſint duræ adeo ceruicis vt ſuas rationes & experientias deguſtare nequeant, nec vllo pacto reſipiſcere, nec ſe extricare ex tam profundo inſcitiæ barathro, valeant ipſis ſufficere videntur iniuriæ & calum-

riæ in Chymiæ ſtudioſos & illius profeſſores At bone Deus nihil Chymicis facilius eſt iniurias & calumnias atrociores multo, in ipſoſmet retorquere, cùm ſciant verè ipſos Chymiam vilipendere, quòd ipſam non intelligant, et vere ignorent: vilipendere autem quod non ſcimus & prorſus ignoramus nihil tali malitia & ſtultitia peius, & ignauius. Poſt Medicorum in Chymiam inſanientium inclamationes, enarrat multa ſecreta quæ ex Antimonio depromuntur, & tandem devenit ad ſummum Antimonij Arcanum, quod lapidem ignis Antimonij vocat tantæ virtutis & energiæ, vt lapidem ferè Phyloſophorum imitetur in curatione morborum omnium, & in tranſmutatione metallorum, hinc inſaniunt Chymiæ oſores quòd hoc arcanum capere nequeant, & tamen auro toto corde inhiant: Chymiam odiunt quòd non clare & aperte arcana ſua non doceat, & ita clare, vt lipis & tonſoribus eſſent notiſſima, & ſic ipſi plena & exparſa manu decerpere poſſint: Dij laboribus omnia vendunt, & potiſſimùm hæc arcana poſuerunt ſudore ſummo, & labore improbo comparanda, ignauiæ & ſtultitiæ Chymiam potiſſimùm eiuſque arcana occluſerunt.

Obloquimini quantum volueritis, imò obgannite & vlulate in Chymicos, ſic eorum arcana, & pretioſos theſauros non obtinebitis imò fortius ipſos obcludent, & obſerabunt, ne manus impuras veſtras imponere valeatis: At ſi eas obtinere deſideratis, vt nimis certiſſime ſcio eos ipſos theſauros vos exardeſcere,

conſilium facite Authoris noſtri Baſilij Valentini, nemini nocete, obiurgationibus veſtris, placete ac benefacite omnibus, Deum Diu noctuque orate, & laborate iugiter & operam date ſedulam Chymïcis arcanis inueſtigandis, & Chymicorum obſcuris locutionibus interpretandis, ſic facili via Arcana inuenietis infinita, & Deum laudabitis, & ipſum glorificabitis & proximum veſtrum nullis calumniis & iniurijs afficietis, imò ſummo amore ipſum perſequemini. Qui chymiam enim nouit & eius arcana, Deum certe amat & proximum ſuum diligit ex toto corde. Docet enim hoc, & exigit Alchimia. Poſtquam ergo docuit Author noſter lapidem ignis Antimonii ſuaſque virtutes & proprietates, tandem concludit tanta eſſe ſecreta & arcana naturalia in Antimonio latentia, vt nemo mortalium capax eſſe poſſit ea ipſa omnia inveſtigare, quo enim magis inveſtigamus, eô abſtruſiora & pretioſiora inveniuntur, ita vt videatur fons inexhauſtus & perennis arcanorum, in quo ſolo Chymici omnes poſſunt occupari, per totum vitæ tempus, & ſic perquſitioni arcanorum Antimonij finem facit.

Sequitur deinde Rogeri Bacconis tractatus peculiaris de oleo Antimonii doctus admodum & experientiæ plenus, in quo quicquid de Antimonio enarrauit Baſilius Valentinus in curru Triumphali, ibi repetendo diuerſis admodum verbis confirmatis & potiſſimùm quicquid de oleo rubro ipſius Antimonii enarrantur.

Hunc tractatum ſequuntur & alii varii tractatus ſiue authores, & doctiſſimi ſunt & ex legibus & normis Chymiæ artis conſcripti, in quibus varia multa de metallis & de mineralibus, & lapide Philoſophorũ potiſſimùm perdocentur, & perinde typis excudendos cenſuimus, ne Chymiæ ſtudioſi ab eorum fructibus defraudarentur.

Deinde ſequitur Georgij Phædronis Rodochæri theoria & practica de lapide ſapientum tractatus vnicus & doctiſſimus, & qui eum tractatum rite intelliget, vere & certe ſciet totam artem noſtram: in hoc enim tractatu quicquid de lapide ſapientum dici poteſt, clariſſime manifeſtatur: Cauendum tamen ne inter legendum hunc tractatum incidat lector in opinionem in quam incidere videtur Author de vrina humana, quam videtur aſſerere eſſe naturam naturatã, & ex ea educi poſſe Mercurium Philoſophorum, quod tamen non eſt excogitandum, vt patebit exacte cuique legenti, ſi ea quæ ad marginem appoſuimus rite perpendat: Mercurius ſiquidem noſter, ex quo ſolo fit lapis Sapientum & vera tinctura extrahitur ex metallis perfectis, cum Mercurio communi & vulgari rite præparato, & ab omnibus ſuis fœculentis materijs, & ſuperfluis qualitatibus expurgato. Et non ex genere alieno vegetabili, aut minerali: Quòd ſi ego paſſim in alijs meis operibus in lucem editis, modo ex vitriolo, modo ex ſale vitri, modo ex ambobus, modo ex ioue, ſeu ſtamno, modo ex aqua communi Mercurium noſtrum elici poſſe aſſeruerim,

Animaduertant quæſo Lectores, Mercurium noſtrum hæc omnia nomina ſibi vendicare, & his omnibus nominibus & nullis aliis exornari, ne ars noſtra fiat triuialis & vulgaris cuilibet legenti.

Subſequitur hunc tractatum, alius nobiliſſimus & doctiſſimus tractatus, cui Titulum fecit author innominatus *Antiquiſſimum bellum Equitum*, , quod in eo tractatu per Dialogum inter ſe enixe verbis prælientur, Aurum commune & vulgare, Mercurius vulgi, & lapis ipſe Sapientum, ibi legitur & videtur altercatio mira, inter ipſos Equites nobiles, ex quibus eorum lapis Sapientum fieri debeat, in fine tractatus huius tandem concluditur aurum & Mercurium vi & facultate lapidis deſtructos eſſe & diſſolutos, ex quibus factus eſt lapis, nam illud tertium quod naſcitur ex duobus, eſt illud, ex quo exoritur tinctura vera noſtra, quæ dicitur lapis Sapientum, & hoc cum prudentia & mentis ſummo acumine eſt prænotandum, vt ex hoc tractatu aliquid boni & fructus exſurgat in Chymiæ artis alumnos.

Ioannis Iſaci Sollandi opus de Saturno ſubſequitur, in quo mira & rara de Saturno enarrantur, & aſſerit Author ex eo educi poſſe oleum rubrum miræ & ſtupendæ virtutis & energiæ, adeo vt illud oleum ſoluat aurum, & percoctum cum auro, tincturam fixam conſtituat, morbos omnes hominum & metallorũ perfectiſſimè curans, & duplici via id ipſum fieri poſſe aſſerit Author. Primò per ipſum oleũ rubrum ex plumbo eductum. Secundò per

Mercurium currententem & fluentem ex ipſomet plumbo elicitum via peculiari, quam ibi docet: his duabus vijs docet tincturam ex Plumbo eliciendam eſſe, quam aſſerit potentiorem eſſe & efficaciorem ex oleo rubro quã ex Mercurio elicitam & compoſitam, enarrat deinde multiplicationem huiusce tincturæ, & virtutes & proprietates, tùm in homines omnes tùm in metàlla omnia imperfecta perficienda, & ſic in laudem & gloriam Dei omnipotentis concludit opus ſuum.

Cõſiderationes ſeptemdecim conſequuntur, de lapide Sapientum, in ſingulis ſeptemdecim his conſiderationibus quæ ſunt neceſſaria, ad lapidem Sapientum perficiendum & componendum enarrantur, & mira & ſtupenda ibi docentur, modò colligantur à lectoribus: ſunt enim hæ conſiderationes profundæ admodum & à quouis lectore, non faciles ſunt intellectu quo circa legantur cum attentione & ab ipſis ſolis Philoſophis, ab alijs enim non capientur quæ ibi enarrantur, tum de natura ipſa ipſius lapidis, tum de compoſitione, & eius virtute & energia.

Apponitur deinde de occulta Philoſophia chymicorũ tractatus certe mirus & ſtupendus, vbi theſauri omnes mundi certiſſime declarantur, & qua ratione ſint acquirendi facile demonſtratur, vbi lapis Sapientum qua ratione ſit componendus ediſcitur, & ex qua materia eruatur, vbi metallorũ omnium Phyſicorũ naturæ & proprietates, in compoſitione lapidis

Phyſici apparentes, quales ſint demonſtrantur.

Tractatus alius ſubſequitur, arbor aurea dictus ab Anonymo authore conſcriptus, et ſcientiæ & artis chymiæ plenus, in quo multa de lapide vera, de Antimonio, & de vrina humana, ſed allegorica, alioquin falsa ſunt, continentur. Recapitulatio huiuſce tractatus quæ in fine tractatus apponitur veriſſima eſt & doctrinæ plena, huicque omnino credendum, modo ritè intelligatur.

Subſequuntur Baſilij Valentini concluſiones, quæ ſunt operum ſuorum repetitiones quædam, in quibus aliquid boni eſt, & aliquid falſi, nec hæ concluſiones ſapiunt doctrinam & conſcientiam Baſilij Valentini, ſed cuiuſdam Gloſſatoris ſuorũ operũ, quæ notatu digna ſunt ad marginem appoſui, & quæ falſa etiam videntur prænotaui, ne quis inter legendũ decipiatur.

Trebellius de natura elementorum conſequitur vbi doctiſſima & rara enarrantur de elementis naturalibus, ex quorum vaporibus & exhalationibus fiunt venti, fulgura & tonitrua, & inde colligitur, qua viâ, res omnes ignis beneficio meliorentur & actiuiores reddantur.

Riplæi Canonici Angli ſubſequitur tractatus de lapide Philoſophorum, doctiſſimus certe & mirandus, & in quo nihil falſi, & ſupervacui reperiri poteſt, vbi metallorũ omnium proprietates & naturæ manifeſtantur, vnde inde colligat lector, qualiſnam eſſe debeat materia la-

pidis Sapientum, quâ viâ & methodo tractanda ſit.

Apponitur vltimo Elixiris Theophraſti expoſitio, vbi docetur qua methodo cõponendum ſit elixir Theophraſti, quod nihil eſt aliud quã tinctura aurea fixa Philoſophorũ quæ cõponitur ex auro, & radice illius, quam radicem ſi habeas puram putam, & auro vero connectere ſcias, habebis inde optatum finem Philoſophorum omnium: Et ſic concluditur volumen iſtud, quod quidem nobile admodum eſt & pretioſiſſimum, continet ſiquidem quicquid Chymici exoptare poſſunt. Et perinde typis cudendum curauimus in gratiam & fauorem Chymiæ veræ alumnorum.

CVRRVS TRIVMPHALIS ANTIMONII.

FRATRIS BASILII VALENTINI Monachi Benedictini.

IN QVO QVICQVID DE ANtimonio enarrari poteſt, tùm ad curam humani corporis, tùm ad metallorum tranſmutationem clarè admodum demonſtratur.

LAPIS igneus ipſius antimonij & tinctura fixa eiuſdem, & oleum rubicundiſſimum facili via & methodo, ſine ænygmate, & ambagibus vllis hoc in opere breuiſſime perdocetur. Ego itaque frater Baſilius Valentinus Monachus Profeſſus ordinis Sancti Benedicti ab initio amico Lectori, proponam breuem

Incipit Author enarrare quæ in hoc curru Triumphali edocturus eſt.

admonitionẽ circa ea quæ Spagyro anxie verã artem inquirenti ſunt præcognoſcenda. Itaque valde profunde, & ſummo corde ea conſideret Spagyrus, qui artem hanc Hermeticam certiſſime poſſidere cupit: Si enim ea quæ iam ſum illi propoſiturus flocci pendat, in vanum certiſſime laborabit, ſunt enim neceſſaria conſideratu prout ſequitur. Antequam libelli huius ſcriptionem & enarrationem aggrediar, opus eſſe judicauj præmittere monitionem de ijs quæ pio Spagiro ſcienda ſunt, cui fundamento ſuperſtruere debeat, vt ædes turbinibus reſiſtant neque diruantur, quibus fundamentis innixi ſubſiſtere poſſint. Ego enim vt pote monachus illud neceſſarium puto, & manebit neceſſarium vt cum ego & tu, Titius & Sejus, Sempronius & Caius ex hominum oculis ſublati vitâ amiſsâ memoriam honorificam ad honorem Dei in mundo relinquamus, vt diuina Maieſtas colatur, debitâ præparatione ad iter nos accingamus; meus quippe ſtatus requirit ſpiritum diuerſum à vulgo. In illâ meâ conſideratione notaui quinque ab artis indagatore obſeruanda. 1. Inuocationem nominis diuini 2. Contemplationem Eſſentiæ. 3. Veram & incorruptam præparationem. 4. Vſum: 5. Commoda: quæ omnia vero Chymico conſideranda ſunt, abſque ijs enim neceſſe nec dici Chymicus perfectus poteſt. Enumerabo itaque paucis hæc quinque membra ſigillatim, vt in genere & vniuerſaliter opus integrum inde in lucem prodeat & perfectum appareat.

Proponit Baſilius valentinus quæ ſunt omninò neceſſaria artifici Chymico.

Quæ obſeruanda ſint artis indagatori

1 Inuocatio Dej.

Inuocatio itaque Dei debet fieri Religione

cœleſti, ex puro corde, conſcientiâ ſanâ, abſque ambitione, hypocriſi, alijſque abuſibus, quales ſunt faſtus, ſuperbia, arrogantia, mundana iactantia, proximj oppreſſio, aliæque tyrannides, & id genus vitia reliqua: quæ debet omninò radicitus è ſuo corde extirpare, vt cum thronum gratiæ pro ſanitate corporis obtinere vult Zizaniâ à puro tritico evulſâ purum & optiınè præparatum templum reperiatur. Nam certè, certè, certè, Deus non irrideteur ſicut ſcioli & ſæculo ſapientes putant: neutiquam, agnoſci & inuocari vult tanquàm Creator niſi cum vero timore, debitâ obedientiâ, & humilimâ ſupplicatione. Cùm enim homo nihil habeat niſi quod benigniſſimus Creator ei concedit, qui ej dedit corpus, vitam, ſpiritum operantem, nobiliſſimamque animam: largituſque eſt gratis ſanctum verbum ſuum in ſuſtentationem animæ in vitam æternam, & in corporales neceſſitates, cibum, potum, veſtes, calceamenta, & alia quibus homo nullo modo poteſt carere; iuſtum eſt vt ante omnia humilimis & intimis precibus à primo Patre (qui cœlum & terram, viſibilia & inviſibilia, firmamenta, elementa, vegètabilia, & omnes Creaturas creauit.) illa obtineat. Certiſſimum quippe eſt nullum impium adipiſci veram Medicinam, minùſque guſtare verum & immutabilem æternitatis verum & cœleſtem panem. Hanc itaque doctrinam primò & præcipuè ſequens in Deo omnem ſpem & fiduciam tuam pone, ſupplèx illius benedictionem implora, vt tua inquiſitio á timore Dei

Impij ab arte arceantur.

Impij nunquam erũt veri chymici.

incipiatur, & ſic expetitam ſapientiam conſequare: nam Initium ſapientiæ eſt timor Domini. Quicũque igitur ſtatuit quærere terreſtrium ſupremum, (id eſt, cognitionem omnium bonorum creaturarum, quæ Altiſſimus homini largitus eſt, quæ latent in lapidibus, herbis, radicibus, ſeminibus, animalibus, plantis, mineralibus, metallis, alijſque ſimilibus) reijciat omnes curas ſæculares, deponat illis affixa, expectet toto corde liberationem, oret Deum humiliter; ita ſpe non cadet, ita vltimâ redemtione dignus fiet: de quo hominum nemo dubitet aut deſperet, ipſe enim ſolus eſt qui liberat Iſraël ab omnibus hoſtibus ſuis: quod verè faciet ergá omnes, verè & humiliter nomen ſuum invocantes. Prima itaque admonitio non poteſt melius & rectiùs quàm precibus confirmari, cùm ſit Dej invocatio: quæ tamén non debet fieri ex hypocriſi & corde fallaci, ſed cordicitùs Reguli Capharnaïtæ inſtar, firmâ fide & ſpe ſicut Cananæa filiæ ſuæ ſalutem procurauit, & ex Chriſtianâ charitate ſicut Samaritanus oleum & vinum in hominis propè Ierichunta vulnerati plagas infudit, & de ſuo eum curari mandauit. Qui hâc invocatione vtetur ſuo proximo charitate Chriſtianâ communicaturus quod ſperat ſuis precibus conſequi, aſſequetur ſine dubio, quod enixè petit, optatum ſcilicet ſcopum, diuitiarum & ſanitatis ſpem propoſitam.

Initiũ ſapientiæ timor Domini.

II. Diuinam invocationem ſequitur ſingularum rerum contemplatio: id eſt, ante omnia maximoperè conſiderandæ ſunt ſingularum re-

rum circunſtantiæ, materia, forma, virtutum origo, influentia, coniunctio, ex ſideribus ſecretæ vires, elementaris compoſitio, ex tribus primis principijs generatio & formatio. Tum verò quòd quæuis res reuocabilis ſit & in primam materiam reduci poſſit aut primam eſſentiam; (cujus iam in mèis ſcriptis memini) vt ex prima materiâ vltima, & ex vltimâ prima fieri poſſit.

Et hoc eſt ſecretum Alchymiæ & eius fūdamentum

Hæc conſideratio poſt Dei invocationem eſt prima, cœleſtis, ſpiritualiter intelligenda: contemplatio enim conditionum cujusvis rej diſquiritur ſpirituali hominis cogitatione ex ſpeculatione emanante, eſtque duplèx, poſſibilis & impoſſibilis. Speculatio impoſſibilis conſiſtit in cogitatione ſuperfluâ, quæ nihil realè ex naturâ efficere poteſt & in quâ nulla forma eſſentiæ manifeſta eſt; vt ſi homo ſcrutari vellet Dej æternitatem, quod fieri nequit, & eſt purum vacuum & inane, peccatum in ſpiritum ſanctum aggredi Deitatem immenſam, infinitam, & æternam, & examinare conſilij illius myſteria imperſcrutabilia. Altera conſideratio (poſſibilis ſcilicet) ſpectat theoriam rerum viſibilium, manifeſtarum, creatam & formatam eſſentiam habentium naturam perquirentem, quomodo ſeparatione ſingula corpora inveniantur, vt vtilia ſint, vt bona à malis, medicinæ à venenis latentibus ſeparentur: de modo Anatomiæ, de fractione & rectificatione, vt abſque dolo purum ab impuro diuidatur; quæ ſeparatio multis modis & vijs fieri poteſt; qua-

Conſideratio impoſſibilis cuitanda.

Conſideratio poſſibilis laudanda.

rum aliæ vulgo notæ, aliæ non omnibus, ſiue fiant calcinando, ſublimando, reuerberando, circulando, putrificando, digerendo, cohibendo, diſtillando, fixando, ſiue alijs, qui gradus omnes ſubſecutiuè in labore inveniuntur, diſcuntur, explorantur, & manifeſtantur; & ex quibùs patet quid fixum, volatile, album, nigrum, rubrumve aut ſimile quid ſit, vt artifex rectè in arte ſuâ verſetur & conſideratione bene vtatur. Nam conſideratio falſo fundamento poteſt inniti & errare ſi viam regiam non aſſequatur, contrá, natura errare nequit ſi rectè gubernetur ab œconomo cui commiſſa eſt: ſi itaque erras, quia naturam non ſoluiſti & liberâſti à corporè cui alligatur captiua, diſce melius theoriam & negotium exactiùs diſpice vt fundamentum & notitiam ſeparationum habeas omnium rèrum, quod eſt primum & præcipuum. Secundum itaque Philoſophiæ fundamentum eſt ſpeculatio ſingularum rerum & eſſentiarum, vocaturque Naturæ conſideratio: ſcribitur enim. *Quærite primò regnum Dei & iuſtitiam eius*, &c: per invocationem ſcilicet diuini nominis, Et cæterea adijcientur vobis, nempè, quæ homo de temporalibus cogitat, quæque ad victum & ſanitatèm tuendam neceſſaria ſunt.

naturam liberare eſt purum ab impuro ſecernere.

A chymicis Philoſophis Deus eſt primo inquirendus.

III. Singularum rerum conſideratione exactè explorata (quam iam antè theoriam eſſe diximus) ſequitur debita præparatio, quæ manuali labore perficitur, vt aliquid vtile & actiuum conſequatur. Ex præparatione naſcitur

citur ſcientia Medicinalium virtutum: labor manualis fit diligenti operâ, ſcientia experientiâ laudatur, vtriuſque verò differentiam (boni ſcilicet & mali) & virtutes indicat & iudicat Anatomia. Labor manualis demonſtrat omnia in lucem trahi & viſibilia fieri poſſe: ſcientia virtutum profert praxin, fundamentumque verum & ſolidum quo aliquis verus practicus fieri poſſit, nihilque aliud eſt quám confirmatio boni á manuali labore manifeſtati, quo natura ſecreta ad vtilitatem indicetur. Sicut enim in animæ ratione via eſt Domino præparanda, ita & hic legitima ſemita paranda vt in corporis ſalute procedatur abſque errore & ambagibus, Et hoc eſt præparatio. Quid ſit ſcientia.

IV. Præparatione ſeu noxij & vtilis ſeparatione peractâ per reſolutionem, attende vſum, caue ne pondus aut nimium aut exiguum adhibeas, quod in operatione obſeruare poteris, an remedium forte aut debile ſit, quod Medicus antè ſcire debet, vt & an ſit vtile vel noxium: ne nouo cœmeterio indigeat cum animæ ſuæ iacturâ & proximi ſui detrimento.

V. Poſtquam operatio coepit dilatari & diuidi per corporis membra vt quærat morbum ob quem adhibetur, ſequitur vtilitas ex quâ vtpote fine cognoſcitur quid commodi operatio attulerit. Poteſt enim fieri vt remedium morbo noceat, non proſit, quod morbo contrarium & potius venenum quàm Medicina ad ſanitatem eſt. Ideòque vnuſ-

quiſque diligenter attendat vtilitati publicæ vt notet & ſcripto prodat obſeruata á ſe ne obliuione pereant, ſed ab alijs vſui adhiberi poſſint. Prætereá in vſu pariter & vtilitate notandum an morbus fuerit ſolutio continui an verò internam tantum habuerit ſedem, differunt enim externi ab internis & remedia ſunt diuerſa. Vnde morbi dignoſcendi ſunt an ſolis extrinſècis remedijs ſanari poſſint vel an ex interioribus eijciendi ſint. Cùm enim centrum morbi intus latens perquirendum eſt, inueſtigari debet remedijs commodis illud centrum perquirentibus, adorientibus, diuidentibus, & vires reſtaurantibus; alioquin Medicus fruſtra laborat centrum non attingens. Scire etiam debet omnis Medicus nullum morbum externum intrinſecam originem & ſedem habentem externis remedijs repercutiendum, ſequeretur enim corruptio & mors. Quemadmodum ſi quis arboris flores erumpentes retro pellere in centrum vellet, non modo fructus nullus ex flore ſequeretur, ſed ſuccus contra naturam ad centrum reiectus, vnde emanauerat arbori, inutilis eſſet ex hâc violentâ reunione, quin etiam eam omninò ſuffocaret, quia humiditas ex nutrimento terreo proueniens non haberet exitum. Maxima itaque eſt differentia inter vulnera recentia ferro facta, & antiqua vlcera intrinſeco ex intemperamento nata: recentia vulnera externis remedijs ſanari poſſunt, antiqua vlcera non item, ſed requirunt præter applicationem vnguentorum, oleorum, balſa-

Centrum morbi eſt inquirendũ eſt autem centrum morbi vbi fomes morbi latet

Morbi externi extrinſecus non ſunt repellendi quia natura pellit foras externos morbos tanquam quid illi nocens.

Curatio vulneris alia a curatione vlceris.

niorum, & cataplaſmatum curationem internam vt ſcaturigo obturetur; rivus inde manans ſiccetur, & rectâ diætâ morbus facilè ſanetur. Non eſt ars vulnus recens ſanare, quod & ruſticus laridi ſalſi fruſto facit: Ars eſt ſymptomatis vulneribus accidentibus occurrere, & originem morborum ſiccare. Adeſte omnes orbis huius Medici & Medicinam exercentes doctores, magiſtri, magiſtri vtriuſque Medicinæ, id eſt externæ & internæ: attendite ad titulum honorificum veſtrum & in conſcientiâ veſtrâ examinate an illum ex Deo habeatis, vel tantùm pro formâ ambitioſè vſurpetis, tanta quippe eſt differentia inter externam & internam curationem quanta inter cœlum & terram. Si titulum veſtrum ex Deo habetis, dabit ille vobis opem, benedictionem, proſſperitatem: ſin extra Deum confinxiſtis vani honoris cauſâ, vos magni magnificè cadetis & vobis ipſis ignem gehennæ inextinguibilem præparabitis. Saluator quippe noſter dixit diſcipulis ſuis vocatis me dominum & magiſtrum & benè facitis: ita quilibet qui honorificum titulum iure ſuſcipere vult cogitet vt rectè faciat, id eſt, vt titulo non abutatur, non plus de ſe iactitet quám didicit. Qui vtriuſque Medicinæ doctor audire vult, vtramque debet callere Medicinam, vt ſciat intus corporis diſpoſitionem per Anatomiam, & vnde quouis ex membro trahat morbus, quonamque modo illi occurrere debeat indicare, & extrinſecus vlce-

Non eſt ars vulnus recens ſanare.

Sed ars eſt ſymptomatis occurrere.

rum & vulnerum circumſtantias intelligere. Bone Deus vbinam inveniretur titulus, & vbi maneret vtriuſque medicinæ magiſter ſi rigido examine explorarentur multi eo vtentes? Olim Medici ipſi manum admovebant in externis præcipuè morbis, ſiquidem hoc officium Medici exigit: ſed noſtro ſæculo famulos cònduxerunt qui Chirurgiam exerceant, & ſic nobiliſſima hæc ars vile opificium facta eſt, quod non erubeſcunt exercere literarum omninò rudes; imò & illi qui ne aſinum quidem ex ſegete abigere poſſunt, doctores ſunt Chirurgiæ (& doctores medici illorum diſcipuli) exercentque fœliciùs & meliore conſcientiâ eam (vt veritatem liberè dicam) quàm tu ambitioſe titulotenus indocte medico-Chirurge, qui vtroque nomine gloriaris.

Hic notantur Chirurgi ignati, & medici etiam qui hanc præcipuam medicinæ partem famulis ſuis ignaris cōdonarunt.

Quînam D. doctor? quînam D. medice? ne iraſcaris (quæſo) meo ſermoni & opinioni, fateri enim cogeris ſi te multum de cæſim & punctim inflictis vulneribus examinem, tantundem iudicij de ijs in tuo cerebro latere ac in capite gallinæ in tabulâ alphabetariâ pictæ. Fideliter itaque conſulo omnibus doctis lautioris & tenuioris pariter fortunæ, conſiderate primum, ſecundum ſcientiam & conſcientiam quæ, in doctoribus & magiſtris requiruntur, veram doctrinam in præparatione conſiſtentem, & deinde vſum; tunc titulum honorificum iure vobis arrogabitis, hominibus cum fiduciâ & reipſâ opem feretis, & Creatori veſtro puro corde

gratias agetis.

Ex dictis habitet quiſque ſecum videatque an titulo iure vti poſſit: qui enim titulum aliquem ſibi vendicare vult, intelligere eum exactè debet & perfectiſſimè rationem reddere cur illum aſſumpſerit. Non enim ſatis eſt cum vulgo dicere en ſtercus magnum & fœtidum (honor ſit auribus) & neſcire cauſam fœtoris, licet homo ſæpè ſuaueolentiſſimos cibos comederit, & mox fœtidiſſimum ſtercus reiecerit: ſed oportet rationem ſcire cur cibus odorus in fœtorem tranſierit, cuius cauſa eſt putrefactio naturalis. Et vice versâ in aromaticis non ſimpliciter odor ſpectandus eſt, ſed vere Philoſophans tenetur inquirere in eſſentiam & originem illius odoris, cuinamque bono virtutes eius ſint. Ex ſtercore quippe fœtido (quo terra ſtercoratur & nutritur) creſcit fructus ſuaueolens, cuius rei multæ ſunt cauſæ, & de varijs naturarum tranſmutationibus poſſet ingens liber conſcribi, ſed præcipua cauſa mutationis huius eſt putrefactio & digeſtio eiuſque claues primariæ, quia ignis & aër maturitatem inducunt vt terra & aqua inuicem tranſmutentur: eſt autem certa alteratio vt ex ſtercore balſamum, & contrà ex balſamo ſtercus fiat. Obiicies, Ruſtica & rudia exempla me afferre, fateor rudia eſſe, ſed qui ſapit ſuo marte diſquiret quomodo ſtercus hoc examinare, ex humili altiſſimum & ex alto humilimum confici poſſit, ex remedio venenum, ex veneno remedium, ex

Vnde fœtor ex cibis ſuaueolentibus ex putrido ſulphure quod ſeparatur in alteratione ciborum, dum enim alterantur cibi ſulphur putridum & impurũ quod inibi latet ſeparatur & maleolet purum vero & bene olens tranſit in chilum & ſanguinem.

Quia ſulphur dum matureſcit bene olet dum vero mũdum eſt & impurum maleolet.

Natura rerum omnium eſt medico perquirenda vt ſciat quid ſit natura ſine enim cognitione naturæ medicus eſſe nõ poteſt.

dulci corroſiuum & ex corroſiuo aliquid vtile Optime Deus, natura non vult à nobis omnibus perquiri, vita enim noſtra breuis eſt, & tu iuſtiſſime iudex multa tibi reſeruâſti v homo admiretur creaturas tuas, quarum tu ipſe iudex eſſe vis, da mihi gratiam vt ſaluatorem meum firmiter in corde meo retineam vſque ad vltimum finem meum, vt iuxta corporalem ſanitatem & victum quem abundè mihi largitus es, conſequar animæ ſalutem & diuitias, de quo non dubito, cum verum ſulphur animæ in ligno crucis amore & miſericordiâ ardenti pro me effuderis, quod cœleſte animæ ſulphur diabolo in venenum, nobis in medicinam maximam abijt. Fratres meos ſpiritualiter curo precibus & corporaliter ordinarijs remedijs, vnde ſpero & illos ſpiritualiter pro me vigilaturos vt omnes ſimul in æternum in tabernaculis Dei Optimi Maximi inhabitemus. Sed redeo ad Philoſophi..m antimonij.

Sulphur animæ eſt balſamum vitæ, quod in ſanguine latet, & eſt theſaurus vitæ quem Deus Chriſtus pro nobis omnibus effudit.

Quia mors Chriſti diabolis non profuit.

Sciat itaque lector omnes res habere ſpiritum in ſe operantem & viuificantem, qui in corporibus habitat, ea nutrit & conſeruat. Elementis non deſunt ſpiritus in ijs habitantes (Dei permiſſa) ſiue boni ſiue mali ſint: homines & reliqua animalia habent viuum & operantem ſpiritum in ſe, quo diſcedente remanet cadauer. Herbæ & plantæ continent in ſe ſpiritum ſanitatis, alioqui vſui medico & præparationi ineptæ eſſent. Ita & metalla & mineralia ſuum impalpabilem ſpiritum ſecum vehunt in quo con-

Omnia habere ſpiritum quo nutriuntur & conſeruantur.

Spiritus viuificans in omnibus.

tinentur omnis virtus & potentia illorum, abſque ſpiritu enim res mortua eſt, neque in ſe oſtendit vllam viuificam operationem. Ita ſcito in antimonio ſpiritum, qui omnia quæ in eo latent & ex eo eliciuntur efficit, ſed inuiſibiliter, non ſecus ac in magnete latet inuiſibilis virtus, de quâ in tractatu meo de magnete prolixè agam. Spiritus porrò ſunt duplices intelligentes & non intelligentes. Intelligentes, ratione præditi cum volunt incomprehenſiles & incorporei ſunt, vt ſunt elementorum incolæ, quales ſunt ignei, ignes ſeductores, alia lucida phaſmata: aërei aëris incolæ, aquei ſeu aquarum præſides, & terrei ex quorum numero ſunt qui in metallifodinis apparent homines fodinarum inde dicti. Hi ſpiritus intelligunt, artes ſciunt, formam ſuam tranſmutare poſſunt, de quibus nihil audeo decidere, ſed Deo omniſcio permitto an iudicium eorum prolatum ſit nec ne. Reliqui ſpiritus mundi & non exhibentes ſe ſuopte marte ſunt qui in homine, animalibus, brutis, plantis & mineralibus latent, qui nihilo ſecius habent in ſe vitam operatiuam, quam oſtendunt operationibus ſuis, demonſtrantque potentiam ſanandi, cum artis beneficio ſeparantur á corporibus ſuis. Ita & ſpiritus antimonij virtutem ſuam oſtendit & communicat hominibus, cum (vt penetrare & operari poſſit) à corporis ſui vinculis liberatus adhibetur vſui ad quem magiſter in præparatione eum deſtinauit. Siquidem Vulcanum & ma-

Metalla & mineralia habent ſpiritum in quo eſt virtus eorum.

Spiritus antimonij eſt natura virtutis eius.

Hęc diuiſio ſpirituũ nõ valde conuenit medicò quia ſpiritus naturales quos admittit medicus non ſunt ſubſtantiæ veræ ſpirituales ſed corporales, & perinde non ſunt æquiparãdi cum dęmonibus qui veræ ſunt ſubſtãtiæ omnino ſpirituales.

Hi ſpiritus ſunt veri dæmones, & iudicati

giſtrum conſentire oportet: ignis diſcernit virtutem operatiuam, artifiex format materiam ſicut faber ferrarius vno tantum igne & vno tantum metallo ferro ſcilicet vtens diuerſa diuerſorum vſuum ex vnâ materiâ fabricat inſtrumenta, verua, ſoleas ferreas furcas, ligones &c: ita etiam ex antimonio multa artificia & diuerſorum vſuum elicj poſſunt, artifex faber eſt ferrarius vt formet materiam, Vulcanus eſt clauis aperiens, operatio & vtilitas prodit præparationem & experientiam. Optime Deus ſi ſtolidus & inſipiens mundus aures rectas & oculos rectos haberet, ſincerumque intellectum, vt non videret & audiret tantùm ſcripta mea ſed & ſcientiam interiorem vſus aſſequeretur, nullo modo purulentas fæces abſorberet, ſed viuos fontes adiret vt bibat ex fonte vitæ; ſciant omnes me reuera ex multis doctis magiſtris facturum ſtultos, & contra ex multis pauperibus, contemptis, inquirentibus & cupidis ſcolaſticis doctores: omneſque ſuſpirantes inuito, vt corde hilari, duce fido, & conſcientiâ bonâ (quibus fretus hoc ipſis polliceor) doctrinam meam ſequantur, ſcripta & admonitiones obſeruent, ita voto ſuo potientur, laudem meam in ſepulcro extollent, famam perpetuâ memoriâ prolongabunt ad finem orbis. Si quis verò ſuperſtes contra me mortuum diſputationem inſtituere contra me in ſcholâ meâ velit, illi mea ſatis ſuperque reſpondebunt ſcripta, certoque ſcio meos diſcipulos nulli-

ſunt omnes a Deo & pœnam ſui criminis cum ferunt in hiſce inferioribus elementis & tandem in infernum detrudētur in die iudicij, ſunt enim eiuſdem culpæ & criminis cum primo angelo, nō tamen tantæ culpæ & criminis, ſunt vt primus angelus.

Spiritus antimonij a corpore liberatus potentiſſimus eſt.

Ex antimonio varia eliciuntur ſi varie præparetur nā multa ex eo elici poſſūt mo-

us benefici oblitos veritatis-imperium conſeruaturos, quod in exitium mendacij ſemper obtinemus, & obtinebimus in finem vſque mundi.

Sciat porro benignus fauenſque ſtudioſus artis diuerſa eſſe Antimonij genera: eſt enim vnum pulcrum, purum, aureæ proprietatis, quod Mercurio abundat: aliud ſulphure exuberat quod à temperamento aureo longe diſcedit, quod in priore indicatur pulcris, longis & candentibus radijs ſeu lineis, ex quo & prius poſteriori præſtat. Tanta enim eſt differentia bonitatis inter diuerſi generis Antimonia, quanta inter piſcium & quadrupedum carnes, quæ in nomine quidem conueniunt & (ſi vis) eſſentiâ, in bonitate tamen differunt.

Sciat preterea artis ſtudioſus magnam hominum cateruam ſcribere de internis Antimonij virtututibus, pauciſſimos verò fundum facultatis illius perdidiciſſe, aut inveniſſe cuius beneficio illam poſſideat, cum itaque verba dent, & abſque fundamento loquantur gloria (quam ſcribendo quærebant) priuantur. Scripturus de Antimonio indiget magna conſideratione, animo latiſſimo, multiplicique doctrina præparationis eius, certique termini intra quem vtilitas reperitur, vt iudicium ferre poſſit indubium quid bonum malumve, remedium aut venenum ſit. Non enim parum eſt verum examen Antimonij proponere, eoque eſſentiam eius agnoſcere, tandemque ſcientiam acquirere experientia & diligentia

do varia præparatio adhibeatur

Internus vitæ balſamus vnius cuiuſq; rei eſt verus fons vitæ de quo vitales exhauriuntur fructus in medicina.

Quod quidē veriſſimum erit ſi ſcripta Authoris recte intelligantur & obſeruētur

Antimonij genera diuerſa & quæ ſunt optima & arti Chymicæ meliora.

Virtutes Antimonij incipit enarrare & medicos torquet quod ipſi Antimoni⁹

venenum clamitent quod eorũ vecordia cõdonatur, eſt enim potius medecina, quam venenum etſi non preparetur.

Internum Antimonij modo coctum & maturum, eſt ſumma medicina, illud autẽ internum, eſt eius tinctura rubea, quæ cum ſpiritu eius acido extrahitur.

In antimonio virtus eſt fere infinita, vnde ſecreta ex eo fere infinita eliciuntur.

Antimoniũ etſi veneũ in ſupremã medicinam conuerti

venenum eius (tantopere ab indoctorum clamoribus agitatum) tollere, idque meliori omine in Medicinam mutare ſalubrem. Multi anatomici hinc illinc diſquiſiuerunt, & Antimonium adeò afflixerunt, torſerunt, cruciauerunt, vt nec verbis exprimi nec ab hominibus credi poſſit: ſed reuera nihil vtile inuenerunt aut effecerunt à vero ſcopo aberrantes quia falſum propoſuerant ſibi, vnde via caliginoſa oculos eorum impediuit eò collimare. Præcipue Antimonium conferri poteſt (vt & Mercurius) circulo infinito & omnimodis coloribus picto, quò enim magis in eo quæritur eò plus invenitur & diſcitur, dummodò recte in eo procedatur, vno verbo, breuitatem vitę humanæ ab vno ſolo homine perfecte diſci nequit. Eſt venenum idque peſſimum; eſt abſque veneno ſimulque ſuprema Medicina extra & intus adhibenda, quod multis talpis incredibile eſſe poteſt, vanitas & ſtultitia æſtimabitur; quod tamen ijs ob ignorantiam & diſcendi defectum condonari poteſt, ſed tamen maximopere vituperandi ſunt quod quæ neſciunt ne diſcere quidem volunt. Antimonium quatuor qualitates habet: eſt enim calidum, frigidum, humidum & ſiccum, quatuorque anni tempora imitatur: eſt item fixum & volatile, volatile veneni non eſt expers, ſed fixum ab omni veneno immune eſt. Hinc multi ſcioli de Antimonio ſcribunt quæ nec ſciunt nec intelligunt, quod ideò monſtrum & vnum ex ſeptem mundi mira-

culis iure reputatur, cum nemo hactenus inuentus ſit aut inueniatur qui facultates, virtutes, potentias & operationes omnes radicitus didicerit, facultates explorauerit, vt nihil inueniri poſſit cognitionis quin iam experientiâ teſte ſciat: ſi talis quiſpiam inueniatur, dignus eſt vt curru triumphali vehatur glorioſo antiquorum Imperatorum inſtar præclaris ex hoſte victorijs potitorum; ſed meo judicio fabris plauſtrarijs per hos quidem currus otioſis eſſe licebit. Plerique huius ſæculi artifices ſuis in cogitationibus ſubmerſi in Antimonio opes duntaxat quærentes omiſerunt vtilitatem eius in ſanandis ægrotis, quæ tamen vtilitas prima quæri debeat, vt miracula Dei demonſtrentur & debitæ gratiæ illi agantur. Negari nequit cum ſanitate, diuitiarum in Antimonio reperiri quàm nec ego nec tu credimus (cùm & ego ipſe in inueſtigatione Antimonij æquè ac tu diſcipulus ſim, licet plura in eo viderim, didicerim, expertuſque ſim quàm tu & tui ſimiles magni ſe æſtimantes & doctrinam immenſam ſibi arrogantes) aut cras perendiéue diſci poterit; tamen neminem fortunæ ſuæ pigeat aut deſperet, quia Deus munera ſua mirabiliter diſtribuit: tamen cum mundus ingratis ſcateat, beneficia Dei contemnat, opeſque diuitijs præponat, Deus caliginem oculis obducit vt homo cœcutiens agnoſcere nequeat ſecreta ſub hâc metallicâ formâ latentia. Omnes hodiè clamant Opes, opes, Epicuræique illius ver-

poteſt nec de hac re vllo pacto dubitandũ eſt, in centro ſuo latet ſiquidẽ verum aureũ ſulphur et Mercurius qui eſt vitę fomes Antim 4. qualit. primis cõſtat.

Venenum in ipſius volatili parte.

Antimoniũ eſt miraculum naturæ in eo enim ſtupẽda latent

Nemo aſſequi pot. cognitionẽ antimonij perfectam.

In Antimonio plus eſt ſanitatis quam in reliquis naturæ mixtis.

bum imitantur ſi corpuſcula aliquid haberent animulæ facile inuenirent, Midæque ſtolidum votum poëtis decantatum repetunt. Ideoque multi hoc ſpectant quomodò ſperatas ſuas diuitias ex Antimonio conſequantur, ſed quia in ſuis commentarijs ſui creatoris obliti ſunt, ſacrificiumque gratiarum quod præcedere debebat omittentes charitatem proximo debitam negligunt, equo fruſtra os palpant cuius ætatem & vires non agnoſcunt. Ita in nuptijs Canæ Galilææ conuiuæ vinum quidem guſtabant, & ex aquâ factum ſciebant, converſionis tamen modum ignorabant; ſalvator enim ſibi ſoli illud miraculum reſeruauit ad omnipotentiæ ſuæ confirmationem. Dico itaque omnium eſſe myſteriâ & ſecreta à creatore ſingulis creaturis indita quærere, licet enim incredibile ſit aſſequi aliquem poſſe perfectam cognitionem, non ſecus ac nec re aliquorum ſaluatoris miraculorum, quærere tamen homini non eſt prohibitum, quia ſtudio & ſedulitate diſcere tantum poteſt vt non poſſit queri ſe diuitiarum aut ſanitatis iacturam paſſum, quin potius vnde lætetur ſe in inueſtigatione ſuá inveniſſe pro quibus merito Deum laudet.

Quicunque itaque verus antimonij anatomicus eſſe vult, obſeruet primò diuſionem ſeu aperturam corporis vt debitâ viâ ſuoq; loco eam aggrediatur, neque per errores ambulet: ſecundò obſeruet regimen ignis ne nimis augeat aut diminuat, frigefaciat aut

Multæ in Antimonio diuitiæ.

Secreta multa & infinita in Antimonio quæ ex eo ipſo elici debent, & cum ſe ipſo latet enim in eo ſpiritus cuius beneficio ſua ſecreta & arcana eliciuntur diuitiæ infinitæ ſunt in Antimonio latentes quæ præparatione in lucem prodire poſſunt.

In rebus omnibus latet myſterium ſacrum naturæ quod quidem eſt diuitiarum & ſanitatis arcanum illud autẽ valde oc-

ferueſaciat, in igne enim caput rei eſt: vt ſpiritus viui expellantur, ſolvantur, & ad operandum liberi fiant; neque tamen virtus illa actiua comburatur & pereat. Tertiò Obſeruet vſum & certam menſuram ſicut iam ſupremò in quinque capitibus Chymicis neceſceſſarijs dixi, repetam tamen per parabolam. In diuiſione res præcipua præparatur, in igne verò ad vtilitatem exſequitur. Sicut lanio mactatum quidem bouem in fruſta ſecat, ſed homo non poteſt carne illa frui niſi coquatur calore ignis, qui carni cruditatem auffert & illam in alimentum vtile præparat: ſi enim homo famelicus carnem crudam comederet venenum potius quam cibum ſumeret, quia calor ſtomachi humani impar eſt corpori adeò craſſo concoquendo. Ita conclude, mi amice, cùm Antimonium venenum ſit craſſius, durinſque minerale habeat corpus quàm animalia, abſque preparatione & coctione ſtomacho iniectum neque digeri poſſe, ſed mox mortem ſubſecuturã medicamentum adeò forte. Antimonio itaque ante omnia venenum ſuum adimatur, tracteturque ita vt in æternum nunquàm in venenum redire poſſit, ſicut acetum nunquam in vinum redit ex quo per putrefactionem factum neque, ex aceto poteſt elici ſpiritus vini ſed eſt & manet acetum: contra ſi per diſtillationem ſpiritus vini ab aquoſitate ſeparetur & in ſuam exaltationem evehatur numquam in acetum mutabitur ne ſæculo quidem integro, ſed ſemper permanet

cultum eſt & fere omnibus incredibile tuum veriſſimum eſt, & foras in lucem protru di poteſt.

Conditiones ad præparationẽ Antimonij, quod quidem primo eſt apperiendum & ſolvendum eſt vt ſulphur ſuũ habeamus. quid obſeruandum ſit in Antimonij præparatione, ex igne enim præcipuum caput eſt obſeruandum ignis enim ſolus eſt qui interna rerum naturare poteſt & foras manifeſtare.

In Antimonij ſecretis perficiẽdis eius ſubſtãtiæ & partes ſunt diuidendæ vt ſunt ſulphur ſal & Mercurius, qui in eo latẽt

ſpiritus vini, ſicut ſpiritus aceti permanet ſpiritus aceti. Eſt autem ſpecies mirabilis tranſmutationis vini acetum, cum ex illo factum ſit aliud quod prius in ſuâ vegetabili eſſentiâ non erat, & in diſtillatione vini ſpiritus primò abſtrahitur aquoſitate in fundo ſubſidente, quæ in diſtillatione aceti prius ſeparatur, ſpiritus vltimo; ſicut iam alibi monui; ideoque ſpiritus vini volatilia efficit quia ipſe volatilis eſt, ſpiritus verò aceti fixus figit minerales & vegetabiles Medicinas vt res fixas aggredi & fixos morbos ſanare poſſint. Hæc diligentiſſimè obſerua, in hâc enim claui primariâ maximum eſt momentum.

Antimonio corpus aperiendum & ſic venenũ adimendum.

Ita præparari debet antimonium (quod ſuum proprium acetum ſecum fert) vt venenum ej tollatur, tranſeatque in medicinam quæ nunquám quicquám amplius veneni oſtendat aut recipiat, ſed potius quæ omnia venena pellat. Præparatio antimonij in ſolis Alchymiæ clauibus conſiſtit, per quas aperitur, diuiditur, ſeparatur, quæ ſunt Calcinatio, reuerberatio, ſublimatio: item in extractione eſſentiæ eius, quæ in Mercurium viuificetur, qui Mercurius deinde præcipitandus eſt in pulnerem fixum, quin etiam arte inde oleum confici poteſt lui quam milites Galli nuper inuexerunt ſanandæ vtilliſſimum; & ſic de alijs præparationibus Chymiæ beneficio inuentis. Exemplum cum Opifex ex hordeo, tritico aut alijs frugibus cereuiſiam parare vult, oportet vt omnes hos gradus per

Ex aceto ſpiritus vini inflammabilis elici non poteſt, quod vis illa ignea eua nuerit in corruptione vini, dũ vinum tranſit in acetum.

In diſtillatione vini ſpiritus primo a-

…ſtirrat antequam eſſentiam eliciat & in no…bilem potum conuertat. Primò enim fruges …n aquâ macereat donec dirumpantur ſicut …unior exiſtens in Belgio & Angliâ obſerua…ui exactè, hocque nihil eſt aliud quam pu…trefactio. Hâc claue perfectâ aquam inde …effluere ſinit, triticum verò ſic maceratum …congregat, & per tempus relinquit vt ardore …proprio incenſum calore proprio coaleſcat, …& hoc vocatur digeſtio, quâ peractâ triti…cum ita præparatum ad aërem aut calorem …ignis exiccatur, quod eſt reuerberatio aut …coagulatio: ſiccatum in piſtrino frangitur fit…que farina, & hoc eſt vegetabilis calcinatio …tius. His factis aqua coquitur vt ſic nobiliſ…ſimus ſpiritus ex frugibus extractus aquæ ſe …miſceat quod ante præparationem non po…tuiſſet fieri, itàque cruda aqua mutatur in …cereuiſiam, & hoc eſt diſtillatio craſſo mo…do; lupulini folliculi qui ej immiſcentur ſunt …ſal vegetabile & præſeruatiuum cereuiſiam …conſeruans ne nouâ putrefactione pereat. Hanc …coctionem Itali & Hiſpani parum nôrunt, in …ſuperiore quoque Germaniâ in tractu Rhe…nano patria meâ paucos illius gnaros inueni. …His omnibus peractis per clarificationem fit …noua ſeparatio, quia ita coctæ cereuiſiæ pa…lum fermenti adijcitur quod illam ad motum …accendit vt ſponte ſua eleuetur, ſeparetur…que per ebullitionem turbidum à claro, im…purum à puro perannatione, vnde cereuiſia …ſuam debitam operationem aſſequitur vt pe…netret & perficiat id ad quod datur, quam-

quoſitate ſubſidente in ſpiritu aceti cõtra Spiritus viniuolatilis.

Spiritus aceti fixus quod eſt clauis prima artis.

Antimonio ſuo ipſomet aceto quod in illo latet debet præparari.

Claues præparationis Antimonij ex igne deſumuntur.

Mercurius Antimonij præcipitatus curatio perfecta luis venereæ.

hic docet præparationem à ſimili ipſius Antimonij quod niſi

diu enim operatiuus ſpiritus ab impuritat[e] impeditur officio ſuo fungi, quod & in vin[o] inuenitur, quod ante perennationem offici[o] ſuo perfectè fungi nequit niſi poſt ſeparationem puri ab impuro, quod inde patet quia nec vinum nec cereuiſia inebriat, quamdiu recentia ſpiritus operantes ante purificationem non emittunt, ſed de hoc ſatis. Poſteà noua ſeparatio inſtitui poteſt vegetabili ſublimatione, vt ſpiritus vini vel cereuiſiæ in alium potius per diſtillationem abſtrahatur (aquam ſcilicet vitæ) qui etiam ex vtriuſque fæcibus elici poteſt, quo facto virtus operans à ſuo corpore ſeparata eſt, ſpirituſque per ignem abſtractus, ita vt in fundo aquoſa & mortua ſedes eius relinquatur. Per rectificationem aquæ vitæ fit exaltatio vt ſæpius reiteratâ abſtractione artificioſa tandem puriſſima abſque vllo flegmate aut aquoſitate fiat, & tunc vna libera plus efficit quàm anteà viginti aut plures, citiſſimè enim penetrat & inebriat in ſummum volatilis virtutis gradum redacta.

Vide itaque, artis cupide, ſi doctrinam ex meis ſcriptis conſequi, & ex Autimonio diuitias & diuitias & veram Medicinam adipiſci cupis, præmiſſam opinionem optimè conſidera; in illa enim, literula minima ſuam ſignificationem habet, & nulla fruſtra ponitur. Imo dico in meis ſcriptis paſſim multa verba multipliciter poni, quæ ſi artifex conſideraret & agnoſceret in quo verus ſcopus lateat neutiquam doleret paginas ſæpius relegendo

putreſcat, quod in ſe continet dare non poteſt.

Vt ex vegetabilibus grauis per macerationem aquæ communis extrahitur ſpiritus vitalis, ſic pari ferè modo ex mineralibus per putrefactionem, & macerationẽ extrahitur ſpiritus mineralis qui eſt virtus eorum.

Germania eſt patria Baſilij Valentini Authoris noſtri.

Spiritus vini in muſto nõ apparet niſi poſt fermentationẽ poſt quam ebullieri muſtũ tũc enim fit ex tenuiſſi-

legendo reuoluere & ſingula verba auris numinis expendere. Notabis enim, licet mea exempla ruſtica & craſſa ſint magni tamen ponderis & momenti eſſe. Libros equidem meos laudare nolo quod me etiam dedeceret; ſed reipſâ periculo facto ſeipſos laudabunt. Exempla craſſa adduxi, vt cum Antimonij virtus profundiſſimè lateat & ex ſecretiſſimis ſit eruenda, talibus exemplis tibi viam aperirem, ſi forte citiùs rem ipſam attingas, debito loco incipias, tuamque auidam perſcrutationem ad debitum finem perducas. Antimonij enim eſt ratio eadem quæ auis in aëre volantis quæ huc illuc ſe conuertere poteſt (quo aër eam agit) pro libitu: ita hîc homo eſt ventus, qui Antimonium impellit quò vult, & ipſum ſub ſidere cogit in loco quem ei præſcribit; poteſt enim illud rubrum, fuluum, album nigrumue reddere prout voluerit & ſui ignis regimen obſeruauerit, in quo certè omnes colores reddet Antimonium qui in Mercurio ſolent inueniri, quod nemo miretur, natura enim multa permiſit, quæ nec ego, nec tu, nec hodie nec biduo nec triduo omnia perdiſci poſſunt. Cum illiteratus librum aliquem attingit neſcit quid ſcriptura illa in ſe contineat, ignoratque notarum ſignificationem quas aſpicit ſicut vacca portam nouam: ſed cum imperitus ille ab aliquo ſignificationem & vſum accipit non amplius ſcientiam exiſtimat, ſed ipſi

ſimis muſti partibus, quæ ab alijs ſe ſacpiant non tamen localiter, ſed in vino maneat veluti eius forma præcipua.

Vt vegetabilium ſpiritus extrahitur ſic & Antimonij ſpiritus qui eius virtus habetur extrahi mereretur putrefactione ſcilicet & ſeparatione per ignem

Hinc colligitur authoré noſtrũ ſcripliſſe multa ſecreta ad diuitias & ſanitatem comparandam quæ quidem ſecreta percipi poſſunt ex ſcriptis ſuis modo

attente per leguntur.

Antimoniũ poteſt præparari & ad ſanitatẽ & ad diuitias ad voluntatem artificis modó ſciat eius debitam præparationem.

In antimonio omnes colores reperiuntur & perinde varia ſulphura, nam ex varietate ſulphuris ſeu calidi innati dependet color & perinde etiam virtutes quam multæ ſunt nam hæ etiam ex calido innato ſeu ſulphure dependent.

Antimoniũ liber clau-

vulgare quid eſt & procliue cuius negotium & vſum callet, & adamuſſim intelligere poteſt, ita vt nil ſecreti aut obſcuri in illo libro reſeruetur, cum ipſe eius lectionem & intelligentiam perceperit. Ita Antimonium liber eſt legere neſcientibus, ex quo corde toto eos monitos velim (qui vtilitatis illius libri participes fieri volunt) vt incipiant literas ipſius conſiderare, agnoſcere, & pronunciare, vt lectionem familiarem ſibi reddant, & in ſcholâ ex vnâ in alteram promoueantur claſſem: in quâ ſcholâ experientia recta eſt rector qui iudicat in examine quiſnam premium obtineat, & poſſeſſione ante alios ſit dignus. Tandem neminem celabo multos eſſe homines quotidie ſtolidè & inconſideratè clamantes Crucifige, crucifige contra omnes illos qui hominibus venena propinant, venena præparant in medicinâ vſitata, quibus tot homines miſerè moriuntur, qualia ſunt Mercurius, arſenicum, Antimonium. Et his clamoribus inconditis maximè perſtrepunt indocti Medici, qui ipſi neſciunt quid ſit verum venenum, quid verum remedium, quomodo ſeparatio inſtituenda & perficienda vt ex venenis malignæ qualitati ſublatæ melior ſubſtituatur. Ego tamen idem dico & clamo contra eos qui pernicioſo conſilio hominibus talia venena propinant, quique non intelligunt præparationem præmittendam, cum Mercurius, arſenicum, antimonium & ſimilia in ſuâ

ſubſtantiâ non præparata venena ſint & maneant, ſed poſt debitam præparationem omni veneno exhalato, extincto & ſuperato Medicina ſint quæ alijs omnibus internis venenis reſiſtunt, eaque fundamentaliter eradicant: quippe venenum præparatum vt non amplius ſit venenum reſiſtit venenis quæ inuenit non præparata, eaque ſimiliter præparat vt venenoſitatem ſuam relinquant, ea ſibi conformat, licet ambo antea venena fuerint. Hic magnum inter doctos excitabo bellum quidnam hi ſermones mei ſignificent, an poſſibile ſit nec ne quod ſcribo, de quo multa effundentur iudicia: quidam ſentient nullo modo prædictis rebus venenum omnino adimi poſſe, nec mirum cum huius rei cognitio ab oculis eorum ſit abſcondita, neque omninò cogitent de myſterijs huius mundi addiſcendis; alij pauculi cogentur mihi teſtari malum in melius mutari poſſe. Cum enim medici fateantur malum in quo morbus latet in melius conuerti poſſe, cumque ita ſit concedant mihi neceſſe eſt, etiam malum quod in materiâ medicâ latet in melius mutari poſſe, vt tutiùs, rectiùs & ſalubriùs vſui adhibeatur. Sed cum experientia & procedendi ſcientia à pleriſque ignorentur, pauciſſimi conſtantes manebunt in opinionis à me propoſitæ defenſione, ſinentque ſe maioris turbæ clamoribus ſuperari, Venenum, venenum, venenum, ſicut impij Iudæi contra Chriſt-

ſus eſt, qui ipſum aperire ſcit & in eo legere quod Deus ipſe ipſi indidit magnus eſt

Nihil eſt in rerum natura, ita venenatum quin ſuum antidotum veneni ſui ipſius contineat, itaque præparari poteſt & venenũ tolli & antidotum ſolum remanere poteſt.

Antimoniũ Mercurius & arſenicũ poſſunt ita præparari vt venenis omnibus reſiſtant & ſint eorum antidotum

Vt morbus poteſt ſanari & om-

um Saluatorem noſtrum clamabant Cr cifige, cumque clamabant peſſimum præſentiſſimum venenum cùm tamen eſſ Panacæa animæ nos à peccato, morte diabolo & inferno liberans, licet hoc a rogantes Scribæ & Phariſæi negarent, re uera tamen verum erat, & manebit (rũ pantur hoſtes veritatis) vſque in æternum neque falſitatis conuinci poterit à morte diabolo aut portis inferni. Ita ſcio pluri mos agyrtas, circumforaneos, nugiuendu los, deſides doctores, empiricos & qui cunque alij ſe medicinæ ingerunt contr Antimonium claſſicum canturos, crucifige clamaturos, manebit tamen, rumpantu licet ignari illi medicaſtri (non enim de probis Medicis quos non pudet diſcere hîc loquor) manebit inquam, & ex vir-tute debitæ præparationis hoſtes ſuos vic-tos peſſundabit: dum Antimonij oſores improbi cum Chriſti ſanguinolentis hoſti-bus omnino peribunt.

[Margin: …minò tolli ſic venenũ à Mercurio & arcenico & Antimonio, venenum his in ſubiectis morbus eſt]

[Margin: Venenum omninò poteſt tolli cùm ſit accidens & ſubſtantia in qua venenum eſt, remanet illæſa imò veneno liberata, eſt contra alia venena remedium tutum.]

Vos alloquor, Doctores peritiſſimi, qui Cæſaribus, Regibus & Principibus perſua-dere vultis imò eos monetis vt ab hâc vel illâ Medecinâ abſtineant vt pote no-xiâ, venenoſâ, & periculoſâ, quam ridi-culi mihi videamini taceo, cùm videam & experiar illos ſibi doctiſſimos viſos ex ſolâ opinione (abſque nullâ nouâ obſer-uatione ſibi prius incognitâ) loqui. Ideo-que aliter loqui nequeunt nec iudicare & ſi poſſibile eſſet tale venenum homini pro-

[Margin: Medicos hîc taxat ſummopere, qui in Antimoniũ vlulant vt lupi, quod tamen Antimonium laudare deberet, cùm ſit morborum omniũ fere remedium tutiſſimum.]

pinare, cum iam iam diruptum ibi Deo auxiliante antidotum illi tale darem a me præparatum (quodque ex ingenti charitate ſemper mihi præparandum commendo) quod ex tempore venenum pelleret & eijceret. Licet tu, Doctor, qui id nec obſeruâſti nec intelligis, falſum & vanum iudices, meâ nihil intereſt, ego meum defendere noui & experientiâ probante confirmabo: periculum feci, præparaui, & à multis ſpeciminis editi teſtimonium conſequi poſſum. Et ſi mihi cum tali doctore (qui non ipſe præparat ſua remedia neque ea præparare nouit, ſed alteri mandat) in ſcholâ legitimâ eſſet diſputandum certus ſum me priorem ipſo fore in officio præſcribendorum remediorum, ipſumque cum pudore in inferiorem locum retruſum iri, cum neſciat quid ſuis ægrotis adminiſtret, neſci remediorum qualitates, an ſint alba, nigra, rubra, cœrulea, flaua, calida, frigida, humida, ſiccaue ſint, in libris duntaxat legit, obtinetque poſſeſſionem ſuam longi temporis vel quaſi poſſeſſionem neque aliud ius ſibi acquirere nititur. Optime Deus quid agitur? quomodo curant hi homines ſuam conſcientiam? quomodò ægrotis ſuccurrant? Væ, væ, in vltimo iudicio exitum inuenient & iure comperient in quem transfixerint. Putant omninò pecuniam agi nihil aliud, ſi enim ſuæ vocationis ſatagerent, interdiu & noctu cogitarent de aſſequendis vlteriori-

Antimoniũ rectè præparatũ eſt venenorũ verum Antidotum, cum eius ſubſtanita pura & matura venenis omnibus habeat antipathiã.

Remediorũ colores ſũt neceſſarij vt eorum internæ qualitates perdiſcãtur nam ex coloribus externis interna pateſiunt.

Hęc omnia ſunt ad medicos vulgares taxandos.

Hinc indicat author noſter medicinam veram perdiſci non poſſe ſine Alchimia quæ ſola perficere poteſt & præparare medicamẽta, quæ nullo modo ſine Alchymia rite præparari poſſũt.

bus ad augendam ſuam gloriam; ſed cum eos laboris tædeat tranſire ſinunt, incuruant ſe, ſuamque curam defendunt garritu (conſcientià redarguente & abſque fundamento) & hoc ijs ſatis. Carbones ij infrequentes ſunt neque ijs egent, ſuamque pecuniam in meliores vſus impendendam ſibi reſeruant, Vulcanus ab ipſis exultat, furni enim diſtillatorij ipſorum in pharmacopœi officina ſunt in quam rarò veniunt, leuis ſcheda habens, Recipe omnia perficit, quod famulus piſtillo ex mortario elicere poteſt. Deus benigniſſime, muta tempus, fini ſuperbiam, repugna arboribus, ne in cœlum vſque creſcant; gigantibus, ne montes montibus accumulent; ferque opem tibi confidentibus vt coram ſuis oſoribus ſubſiſtant.

Potentia diuina creaturis omnibus inſita ſine Alchymia naturali via oſtendi non poteſt itaq; orat author vt mentes oſorum Alchymiæ illuminet Deus, vt tandẽ reſipiſcat & Alchymię nauent operã vt mirabilia Dei cognoſcant.

Monitos volò omnes fratres in hoc cœnobio mecum habitantes vt mecum iugiter orent pro vbrâ medicinâ, vt eius oſores Deus illuminet vt ab erroribus ſuis abſiſtentes potentiam Numinis Creaturis ſuis inſitam agnoſcant, illuſtremque & perſpicuam audiant, intima intelligant conatu & Anatomiâ quæ in externis profundiſſimè abſcondita latent: ſperoque Creatorem omnium preces noſtras exauditurum, quod ſi me & fratribus meis viuis non fiet, forſan nobis mortuis pœnitentia ſequetur, cui Deus gratiam dabit vt oculi caligantes, hebetes hoſtium recipiant viſum & verâ illuminationẽ, Drachmam amiſſam reperiant, faxit Deus. Amen.

Vt itaque iam merito (cum conſtituerim opinionem perfectam & integram de Antimonio proferre (à principio de nomine illius pauca dicam, nota, iam pridem Arabibus Aſinat, Chaldæis ſtibium, latinis hactenus Antimonium dictum fuiſſe: ſed Germani vernaculæ linguæ ſtudioſi vocant ſpîs glâs. i. Vitrum haſtatum ſeu radiatum, quia illa materia radiata eſt, & ex ea vitrum fieri poteſt ſeorſim aut cum additione diuerſorum colorum in eo latentium & ex eo euocabilium. Iudicet itaque vnuſquiſque cum Chaldæi, Arabes, Latini, Germani alijque populi Antimonium obſeruauerint, non fruſtra illud obſeruatum fuiſſe, ſed ita vt vſus & virtutes pariter obſeruarentur; eſtque omninò credibile ſubſequente hæreſe laudem & virtutes eius interijſſe, hoſtium quippe violentia veritas premi poteſt, cum diabolus multa permiſſa Dei poſſit ob peccata & cœcitatem noſtram. Satanas enim hominum hoſtis, (vt veritas ſinceræ mrdicinæ impediatur, & prorſus ſubmergatur) omnes ſuas artes & conatus adhibet vt Dei æterni potentia lateat, pro beneficijs inſitis nullæ gratiæ ei agantur, hominique naturale auxilium ſubtrahatur.

Antimoniũ arabicè *Azinat* dictum.

Obſeruauerunt omnes populi Antimoniũ vt virtutes eius inueſtigarẽt, ſed fraude dæmonis occultatæ fuerunt ne bonum tãtum hominibus innoteſceret & ne gratiæ Deo agãtur pro tanto bono creato.

Cum verò non ſit neceſſarium vt de nomine Antimonij diſputationem inſtituam, quia nomen nihil dat aut auffert & omnis laus in præparatione conſiſtit & virtute à natura illi infuſa & à Creatore communicata nomine omiſſo præparationem eius deſcri-

bam qua virtutes eius pateſcant & immortalem laudem conſequantur. Antequam verò virtutes Antimonij recitem, cum id merum venenum eſſe confeſſus ſim, lectori exemplum proponam venenum attrahere venenum ſibi ſimile magis quâm aliud quicquam id preſtet. Obſerua enim, amice lector, verum & ſincerum cornu vnicornis omnia venena à ſe reijcere, quod ſic probatur: Circa araneam viuam pinge circulum tali cornu, aranea illo circulo nunquam exibit quia fugit ſibi contrarium; ſed ſi venenum ibi aliud adfuiſſet non fugiſſet, ſed per illud penetrans extra circulum egreſſa eſſet. *Tum vere ſi denariolus concauus vaſi pleno aquæ innatet cornu illi admotum abſque contractu corporali illum longè à ſe repellit, qui fugit ſuper aquam ſicut anas ſelopetrarium præuidens: verùm ſi puri non adulterati panis fruſtulo aquæ innatanti idem cornu admoueatur abſque contactu attrahit ſtatim panem ad ſe*, ſequiturque panem in *circuitu pro motu cornu; quod mirabiliſſimum eſt* in natura ſingulas res ſibi affines ſequi, & contrarias odiſſe & fugere, vnde medici occaſionem arripient conſiderandi venena à venenis trahi, non venenata item à non venenatis per modum magneticum allici. Et ſic venena duobus modis pelluntur, primo contrario quod ei reſiſtit ſicut de cornu vnicornis dixi; ſecundo ſimili, vt venenum attrahat alterum ad ſe forma magnetica, ita tamen vt venenum attrahens

Vnicornu verum venena omnia reijcit.

Mira de vnicornu dicuntur.

Venenum venenũ allicit ſympathia & concordia.

Quot modis venenũ venenũ alliciat & attrahat ita vt non noceat.

prius ita ſit præparatum vt venenoſitas eius in medicinam veneno vi attractiuâ corrumpendo parem conuerſa ſit. Ita ſapo eluit ex pannis adipem licet ipſe prius adeps fuerit, verum cum ex calce oleo alijſque additis præparatus per coctionem & ſeparationem (maximè ſalis beneficio) fuit, ceſſat impinguare, tollitque maculas. Ita Deo juuante ſimiliter venenum præuiâ præparatione poteſt deſinere eſſe venenum & fieri medicina alia venena attrahens, eliciens, diſſipans & ſanitatem priſtinam reſtituens. Vt autem artis ſtudioſis & tibi cauſam præbeam naturæ dotes agnoſcendi, & quid venenum bonum aut malum aut aliud ſit dijudicandi exempla adducam veritatem confirmantia; falſitatem verò (quam arrogantes medicaſtri ob negligentiam & deſidiam nondum agnouerunt) manifeſtantia. Accipe ouum frigore conglaciatum hyeme illudque in aquâ gelidiſſimâ pone aliquantiſper, & tunc aquæ frigus frigus oui attrahet, & hoc in ſtatum priſtinum reſtituet. Ita quicunque in membrum frigore torpens incidit, quam primum aquam niualem egelidam applicet, & ſic frigus aliud attrahet, & membrum ſanabitur. Ita ſummo feruore attritus membro feruenti ſymptoma paſſum materiam calidam (ſcilicet ſpiritum vini rectificatum applicet, quintamue eſſentiam ſulphuris, quæ in ſummo gradu ignea ſunt) & experietur calorem à calore trahi formâ magneticâ ſuo-

Vt frigus attrahit frigus & calor calorem ſic venenum attrahit venenum

Sic gãgrena curatur ab ſpiritu vini & oleo Antimonij quæ calida ſunt.

que ſimili adhærentem membro non requiem tantum ſed ſanitatem omni modo præſtare. Pluribus exemplis & propoſito irrefragibilibus confirmabo ſententiā meam. Accipe ſperma ranarum initio veris apparens, impoſitum aſſeri & ad ſolem exiccatum puluerisa, hunc puluerem ſerpentum & natricum morſibus inſperge, fundamentum ſanationis præbe, vt cæteræ medicinæ eam perficere poſſint. Idem fiet ſi pannus lineus ſæpè ſpermate ranarum madefactus, ſiccatus & in fruſtra conciſus applicetur. Ducam te vlterius alio exemplo in fundamentum veritatis; Accipe buffonem viuum, ſicca eum primo in ſole, deinde in ollâ oppertâ & lutatâ in cineres redige, tere, puluerem venenoſis damnis imponito, tunc venenum attrahet alterum. Cur? Combuſtione ſeu calcinatione buffonis virtus pateſcit & effectiua ſit ſui ſimilis veneni attrahendi.

Sperma ranarum eſt ſerpentis noſtris remedium.

Cinis bufonum eſt Antidotum veneni.

Quia calcinatus buffo priuatur ſuo veneno vnde calx, eius attrahitur venū ſimile, quo priuata calcinatione fuit.

Hoc exemplum certum, indubium, ſcientificum veneni altero attracti ſeruiat tibi in cæteris; itaque ſi quis peſte inficiatur & hoc diligenter obſeruauerit, comperiet veriſſima eſſe à me præſcripta ſolum Aſtrum ſolis & ſpiritus Mercurij ſimul adhibita plurima in peſte conſeruant; ſpiritus quidem Mercurij venena ſibi ſimilia attrahendo tamquàm vera omnium venenorum cura: ſed quia Aſtrum ſolis (vnde tanquam ex operante, viuifico ſole omnia naſcuntur) in genere vniuerſaliter omnia ſuperat, ſu-

Aſtrum ſolis & ſpiritus Mercurij venena omnia ſoluit Aſtrum ſolis eſt ſulphur ſolis & ſua

premam virtutem actiuam conſtituam in virtute ſolis, id eſt, in aſtro eorum, vnde omnia metalla & mineralia principialiter generationis originem & incrementum accipiunt, de quo prolixiùs agam cum tibi conſcientiâ tua teſte aſtrum ſolis manifeſtabo. In his continetur & obſeruatur Antimonium, quod eoſdem cum auro producit effectus, quicquid aurum corporale poteſt: ſed aſtrum ſolis non aggreditur, coram quo timet & tremit, licet Antimonium ſe iactet ſe medicinis fundamentalibus plurimis plurimum antecellere, tamen non poteſt vniuerſaliter efficere quod aſtrum ſolis poteſt, & cœleſtei veritatis indicatione ſecum fert. Aſtrum Mercurij taceo, licet enim ex eâdem cum dictis materiâ creetur tamen ob penetrabilitatem aſtri ſolis loco prærogatiuæ illi cedit.

tintura à corpore ſeparata ſpiritus autẽ Mercurij, eſt eſſentia Mercurij & eius aqua acida ſeu ſulphur eius rubeũ vel album quod coction e pere nhi elicitur Antimoniũ eoſdẽ cum auro habet effectus.

Omnes mei libri conſecutiuè ſequntur experientiam ſicut aes æri inſtat; virtutes eius quod attinet, obſeruentur exactè, igne cum iudicio probentur: ita hæc mea ſcripta, negotia, propoſita, & medicinæ ad certum ſcopum & terminum in ſcholam ducenda ſunt, ſimodò iudex ſedem veram hæreditariam conſequi & gloriam honoremque ex ſuſceptâ viâ aufferre debeant. Iudex ille ſolus eſt Vulcanus glorioſus artifex in igne elemento ſuo: cape exemplum certæ & non negandæ probationis, cum chalybi alliditur lapis pyrites ignis ignem excitat alliſione & motu violento. Sulphur

Cur autem Antimoniũ ad tantum virtutis euehi non poteſt ac aurum puritas & maturitas auri eſt ſola cauſa, ſulphur autẽ Antimonij poteſt coqui & maturari, & tunc æquat aurum in virtute.

Vulcanus ſeu ignis eſt iudex.

verus & legitimus opeſum chimicorū.

Mercurius ſal & ſulphur Antimonij ſunt ſeparanda ex Antimonio & ſeparatim conſeruāda, vt depurentur tunc coniungenda.

Omnia debēt ſeparari à ſuis fecibus vt virtutes oſtendant, & hoc igne ſolo, qui ſolus hanc ſeparationis virtutē nouit.

Mel in venenum cōuerti poteſt.

Mel dummodò coroſium fiat veneaum ſummū eſt.

abſconditum ſeu ignis occultus alliſione illa manifeſtatur, aëre incenditur, vt actualiter & ſenſibiliter vrat; ſal in cineribus remanet, & Mercurius ſulphuri combuſtibili ſimilis euolat. Hinc intellige Antimonium certâ ratione aggrediendum vt Mercurius eius à ſulphure & ſale ſuo medijs à naturâ permiſſis ſeparetur. Sicut ignis in materiâ ſuâ latens nihil vtile aut permanens efficere poteſt niſi manifeſtetur, ita omnia remedia niſi à craſſiori parte ſeparentur, rectificentur, ſoluantur, clarificentur, & artificiosè præparentur, vt omnes agnoſcant ſeparationem puri ab impuro factam, terram metallicam à diuite metallo ſecluſam, certamque & infallibilem ſpem concipiat, quod fieri nequit antequàm ignis certo modo operandi aperiatur & ſoluatur.

Summatim naturam Antimonij ſic explico: omnia occulta, dum occulta ſunt, artificia ſunt, arcano reuelato deſinit ars & fit opificium ſicut alibi docui. Sicut cum apis mel ex floribus ſugit arte ſibi a Deo conceſsâ, in quo virtus, ſuccus, & confortatio medicinarum continetur, & ex quo palàm fit medicina: & contrà ex melle dulciſſimo poteſt fieri corroſium, veneuumque peſſimum, quod credunt ſoli experti, & ſciunt ſoli obſeruantes. Mel tamen nec contemnendum nec reijciendum, quod ob excellentiſſimam dulcedinem eius deſtructiuum eſt ſuæ medicinæ ſi corroſiuum ex eo præparetur, niſi quod medicus inexpertus

præparare neſcit: itaque crucem hîc figo ad diem vſque iudicij ignaris & indoctis medicis. Mel enim ita præparatur; Ex brutorum animalium excrementis prata aut agri ſtercorati flores multiplices, herbas & plantas producunt terræ fœtum, ex his plantis, herbis, floribus extrahunt apes ſuccum ſeu quintam eſſentiam, ex quâ fit alteratio ſeu generatio vnius ex altero, cibus ſcilicet formâ, ſaporeque priori diſſimilis, ſeu mel. Ex melle homini præparatur cibus commodiſſimus, ſuauiſſimus, multiſque rebus vtiliſſimus: ex eodem melle præparari poteſt eſſentia toxicata hominibus & animalibus perniciosiſſima.

Ex melle cibus & toxicum.

Conſidera itaque, Phyſice, quicunque tandem ſis; juuenis, ſenex: doctus, indoctus; diues aut pauper: opifex aut quicunque alius: ſequere me, & naturam, abſque mendacio fundamentaliter te docebo veritatem penes quem ſit jus aut injuria, & quomodo ſeparare poſſis bonum à malo infimum à ſupremo.

Ex Antimonio equidem præparari poteſt medicina (ex quâ primò omnis eius venenoſitas mutatur in medicinam) vt omnes morbos delere poſſit, & conſumere; quin etiam penetrare ignis inſtar. Scito ergo Antimonium debere præparari in verum lapidem igni ſimilem quoad virtutem, prout dixi; vnde & hæc Antimonij quinta eſſentia à me vocatur lapis ignis ſi primum ad ſuam coagulationem perducta fuerit illa: & ſi

Ex Antimonio medicina ſumma fit.

Lapis ignis ex Antimonio fieri poteſt, & quas virtutes habeat.

noſter lapis ignis rectè præparatus fuerit (ſicut ſub finem huius tractatus prolixius ſcribam) ipſius medicina ſimilis eſt illis quæ humores malignos conſumunt; ſanguinem ad vltimum vſque gradum purificat, & omnia efficit quæ in auro potabili inueniuntur. Ideoque te rogo, mi Doctor non doctor, cum nullam adhuc præparationem didiceris multoque minus vſum meum ſcias ne me ſolâ opinione tuâ judices teſtibus tuis inexpertis cogitationibus : quin potiùs priùs ad opus accede, diſce viam Antimonij præparandi, quomodo ibi ſit procedendum, quomodo venena reijcienda & ſeparanda & pro ijs ſalutare remedium introducendum: quod ſi feceris verè iudicabis de rebus quæ tibi olim erant & iam ſunt incognitæ.

Increpat medicos qui Antimoniũ vilipendunt quod chymica arte ignari eius virtutem foras protrudere neſciant.

O! miſeri mundani ſophiſtæ qui falſâ ſapientiâ grauidi inceditis, fallaci fundamento innitimini, per aërem volitatis vanis cogitationibus, finemque requiei veſtræ neſcitis, moneo vos de ratione quam tenebimini reddere in illo tremendo iudicio proximè inſtanti filio Dei; quærite diſcite quæ ſitis vti, ita veſtro officio functi eritis; cõmititte reliqua Deo,qui ſuam benedictionẽ dabit, neque ſuo vos priuabit auxilio. Pigri aſelli & beani qui nihil vltra diſcere curatis manuſque veſtras carbonibus denigrare timetis, ne iudicetis, ne vlterius occaſionem præbeatis vt ſententia contra vos feratur quam filij filiorum veſtrorum in li-

orum incorruptibilem ſcribere poſſint.

Omnis medicus caueat ante omnia ne quicquam naturæ contrarium præſcribat, ſeu, ne curationem excluderetur à ſpe reſtituendæ valetudinis: vt, ſi ſpiritum vini n aquam ſeparationis infunderes, ſequetur ncendium, vna natura non poteſt alteram pati; qui verò illas in diſtillatione vnire, & coniungere ex Philoſophico more & vſu poteſt, in multis rebus illarum operâ res momentaneas efficere poteſt. Ita oleũ vel liquor tartari & acetum non poſſunt vniri ex mutuo odio (licet ambo ex eadem ſint orta materia) quali ignis & aqua diſſident. Sic medicus ſataget in inſtitutâ ſanatione omnes ægroti circumſtantias diſquirere, quæſita conſideret, media recta ſuſcipiat quibus malum tollatur, ne ex morbi medicinâ deſtructionem faciat. Vt cum ferrum candens in aquâ extinguitur forti & ſtatim oleum tartari affunditur, vix vitrum tuum integrum conſeruabis, ſed contrariæ illæ naturæ ignem ex ſe eijcient pulueris tormentarij inſtar, de quo doctor noſter togatus ſilere cogitur cùm neſciat, vnde ſilit coactus.

Contra naturam nunquam eſt prælianduũ medico; quia medicus eſt naturę ſeruus & non hoſtis.

Oleum tartari & acetum diſſident inter ſe.

Officium medici depingit in curatione morborum

Ferrum in aqua diſſolutum & oleo tartari præcipitatum, dat puluis tormentarius mirandæ efficaciæ.

Miſeri homines, indocti doctores, medici inexperti, qui recepta prolixa in chartâ oblongâ conſcribitis: pharmacopolæ cacabos magnos cibis magnatum coquentis aptos centum hominum edulia capientes admouetis igni cùm diu cœci fueritis oculos vobis inungi collyrio & balſamo ſi-

nite vt ſcotemata auſſerentur, & verum clari viſus ſpeculum conſequantur, quod vobis Deus largiatur, vt Dei miracula agnoſcatis, eius opera conſideretis, charitas proximi in vobis radices agat, vt veram medicinam ſcrutemini quam cœlitus princeps omnium manu ſuâ omnipotenti & æternâ ſapientiâ formauit & largitus eſt ad vtilitatem nobiliſſimæ Creaturæ hominis ſcilicet, auxilium in maxima neceſſitate ſeu ad ſanitatem.

Vera illa medicina quam expedit author nō eſt illa medicina eorum & vulgaris ſed illa quæ in intimis rerum mixtis latet, quæ ſola chymica arte poteſt erui.

O miſer, ô putride & fœtidæ ſacce vermium, ô vermicule & creaturarum viliſſima, quidnam cogitas cortices palpans & nucleos relinquens, neque vnquam Creatori tuo gratias agis pro ijs, ad cuius imaginem creatus numquam pro mirabilibus ſuis ei gratias agis! Retrocede, redi ad te, depinge teipſum, tuique effigiem forma vt ingratudinis tuæ te pudeat, quia non quæſiuiſti quę Deus in bonis à ſe conceſſis abſcondidit, creaturiſque ſuis infudit, vt ſacrifico gratiarum illi occurres: Tacebo iam & à deploratione huius miſeriæ, cœcitatis & erroris, in quo mundus verſatur me cohibebo, ne lacrymæ cadentes ſcripta mea corrumpant, quibus vix abſtineo. Ecclaſiaſticus vir ſum, ordini Eccleſiaſtico inſertus cui me corde & ore quamdiu anima in miſero hoc corpore viuet penitus ſubijcio, itaque tolerare cogor, neque de me quicquam ſcribere audeo niſi ordini in eo conueniens; aliâs vocem meam extollerem

Dolet hic author quod medicina non probe fiat, & quod alchymia careat.

extollerem tubæ clangentis inſtar, & ſi iudex ſæcularis eſſem audientiam mihi pararem apud contumaces homines qui veritatem nondum cognouerunt ſed ignari abſque cauſa mendaciter eam perſequuntur, calumniantur, vituperant, & pro viribus ſuis opprimunt. Optime Deus, altiſſime, Domine exercituum, ſedens in throno excelſo, gubernans cœlum & terras quæ creaſti conſeruans ſtellas, diſponens elementa & firmamenta vt curſui ſuo inſiſtant, coram quo omnis orbis tremit, ſpiritus infernales pauent, aſpice ſemel ludum huius mundi ingrati, doce filios hominum interius agnoſcere quid ipſis exterius propoſueris, vt in throno tuo glorificeris, in potentia tua verè agnitus in dominatione tua infinita lauderis. Ego quidem miſer & indignus homo gratias ago altiſſimæ Majeſtati tuæ pro immenſis miraculis & beneficijs tuis, ſanitatis ſcilicet & opum, nihil enim amplius in hoc mundo tibi præſtare poſſum temporali & corruptibili.

Increpat ſemper cõtumaces & non mendentes medicos qui Chymicam artem vilipendunt.

Hinc colligitur authorem noſtrum verum lapidẽ Philoſophorũ habuiſſe cum aſſerat ſe habuiſſe immenſum ſanitatis & opum beneficium, pro quo immenſa beneficia Deo agit.

Vt autem de Antimonio ſcripturus initium ſumam certum originis in qua imperium & dominationem conſequitur, vnde in perfectam ſuam operationem eleuatur, radicem & generationem eius in viſceribus terræ proponam, cuinam aſtrorum prædominationi ſubijciatur, quænamque elementa ipſum concoxerint. Sciat itaque artis ſtudioſus, Antimonium nihil aliud eſſe quàm fumum aut vaporem mineralem ſupernè ex

Antimonij naturam aggreditur Author.

Antimoniũ quid ſit.

ſideribus productum & deinde ab elemen-tis in formalem coagulationem digeſtum. Norint item omnes, Antimonium ab eodem ſidere eſſentiam, virtutem, facultatem operationem & omnes qualitates accipere per modum initij ac radicis, ac Mercuriu vulgi duriore tamen coagulatione, cum duriorem ad confortationem ſit redactus quam Mercurius vulgi ſeu currens, cui hæc induratio deeſt. Ratio eſt quia craſſioris ſalis (ex tribus principijs) particeps eſt, licet ex principijs in illo ſal minimum locum obtineat, plus tamen habet quàm Mercurius vulgi, vnde ſuam coagulationem conſequutus eſt, quia ſal in omnibus rebus duritatem dat, quod Mercurio vulgari deeſt ob paucitatem ſalis. Cui (Mercurio) cum ardens ſulphur inuiſibiliter inſeratur ſeſe in fluxu conſeruat, neque poteſt coagulari niſi additamento aliorum ſpirituum metallicorum quod in matrice ſaturni præ cæteris potentiſſimè effunditur, & aliter fieri nequit niſi habeat lapidem ſapientum per quem tria eius principia concordia fiant & ipſe corpus conſequatur fuſibile, malleabile, ſolubile, & coniungibile ad inſtar reliquorum metallorum, alioquin Mercurius eſt Mercurius currens, manetque currens donec hæc qualitas ipſi auferatur. Ideòque omnia naturalia & vegetabilia nimis debilia ſunt vt Mercurium (ſicut quidam putant) in fixam, manentem & malleabilem duritatem redigant, quia non ſunt

Antimoniũ ab aſtro Mercurij producitur

Antimoniũ cur nõ eſt fluẽs Mercurius.

Antimoniũ plus ſalis habet quã Mercurius vulgi.

Mercurius vulgi qua via coagulari poſſit, & id ſolo ſale metallico fuſibili & permanẽti fieri poteſt.

ſpeciei metallicæ : Mercurius enim merus eſt ignis, vnde à nullo igne comburi poteſt nullus ignis ipſum attingit vt eum prorſus deſtruat, aut enim citò aufugit, reſoluiturque in oleum incombuſtile ſpiritualiter; aut poſt fixationem conſtans permanet vt nemo poſſit vlteriùs quid illi detrahere. Tantum abeſt, vt etiam ex eo fieri poſſit quicquid ex auro fit arte : nam poſt debitam coagulationem auro per omnia ſimilis, quia ſortitur eandem cum auro radicem, ſtirpem & originem. Cum verò propoſitum meum non ſit prolixiùs hîc de Mercurio loquendo diſputationes introducere, ſed ſimpliciter, candidè, & ex vero fundamento Antimonij principium deſcribere, valeat Mercurius vt Antimonium continuetur, quæ verò de Mercurio per parabolam induxi ad vlteriorem meditationem non fruſtra adducta ſunt ſed vt Antimonium rectiùs intelligatur quod etiam Mercurialem habet originem. Hoc obſerua, nota, intellige, menti tuæ conſigna, omnia mineralia pariter & metalla ex vno principio naſci, ſcilicet ex vapore quem ſidera ſuperiora ex terræ elemento eliciant tanquam, per diſtillationem quandam macrocoſmi, cuius ſiderei caloris influxus ſupernè in inferiora proprietate aërcâ igneâ operatur, vt virtus ſpiritualiter inuiſibiliter inſinuetur. Qui vapor in terra reſoluitur & quaſi in aquam fluit, ex qua aqua minerali deinde omnia metalla ad ſuam maturitatem & perfectionem perdu-

Mercurius vulgi eſt merus ignis vnde non cōburitur igne, & ex eo fit oleum incombuſtibile.

Mercurius fixatus auro ſimilis.

Quæ de Mercurio dicuntur de Antimonio etiam dici poſſūt.

Omnia metalla & mineralia ex vno & eodem vapore & fumo ortum habent.

Fumus & vapor metallicus in aquam trāſit in viſceribus terræ & tandem coctione coagulatus

Ex aqua hac minerali, fiunt metalla.

cuntur, ſitque ex ea hoc vel illud metallum aut minerale ſecundum rationem principij (vnius ex tribus) prædominantis, ſiue abundet in vno aut duobus, aut æqualiter ſint mixta, vnde quædam metalla fiunt fixa, alia non fixa; quæ ſunt aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum & plumbum. Porrò præter metalla nota ex ijſdem tribus principiis pro ratione diuerſæ contemperationis eorum progignuntur diuerſa mineralia qualia ſunt vitriolum, Antimonium, marcaſita, & alia ſimilia electra & mineralia quæ enumerare ſuperfluum eſſet. Cum verò aurum in ſuo aſtro & generatione ſtatim infectum fuerit & inclinationem acceperit ſulphuris & Mercurij purioris & perfectioris quàm reliqua metalla & mineralia ideòque eius virtus operatiua latior & potentior eſt in actu quam aſtra reliquorum metallorum & mineralium, ideoque in aſtro ſolis omnia inueniuntur perfectiùs ob eminentem virtutem eius (ſi videlicet ad ſuam maturitatem ignis beneficio reductum fuerit) quæ in reliquis metallis & mineralibus reperiuntur. Et tamen vnicum minerale (ſæpè à me memoratum) in quo ſulphur ſolis æque forte (imò & fortius) reperitur quàm in ipſo ſole, ſicut & duo metallorum genera reperiuntur in quibus dominationes illæ abundanter triumphent, de quibus hîc non eſt agendi locus, ſed naturam Antimonij deſcribi cœptam abſoluam.

Præter metalla, ſunt & alia mineralia quę ex fumo mercuriali ortum habent.

Cur aurum & aſtrum eius ſit pòtentiſſimū.

Aſtrū ſolis dicitur vis illa ſolis quæ eſt lumen purum ſeu ſulphur generās ſolem coagulando eius mercurium purum.

Minerale hoc in quo abundet ſulphur ſolis eſt Antimoniū nec aliud minerale reperitur in quo ſulphur ſolis dominetur vt inferius patet hac in pagina.

Hæc ſunt mars & venus.

Antimonium itaque æs eſt ſuo minerali vapore in aquam fluens, quæ ſpiritualis ſiderum emanatio eſt aſtrum Antimonij verum, quæ aqua ex elemento terræ vi ſiderum & deinde ignis in aëre habitantis ſiccata per coagulationem res palpabilis effecta fuit, ex quâ formaliter naſcitur Antimonium, *in quo prædominatur ſulphur*, ſecundas fert Mercurius, ſalis minima portio eſt: licet ſalis ceperit quantum ſufficit duræ & immalleabili formæ conſequendæ. Qualitate eſt ſiccum, & calidum: frigus & humor non multi, ſicut Mercurius vulgi ipſumque aurum corporeum plus caloris habent quàm frigoris. Sufficiant hæc de materiâ & tribus principijs Antimonij & quomodo ab Archeo in elemento terræ perfectum fuerit: ſed quia artis ſtudioſorum minimè intereſt Philoſophica iſta diſquiſitio, & plerique parum curant quonam in centro Aſtrum Antimonij reſideat & vnde oriatur, ſed illud potius diſcere habent cui bono ſit & eius præparationem & reductionem ad debitum ſtatum intelligere, vt virtutes & operationes paſſim ab omnibus decantatas cognoſcere poſſint, ideoque longis ambagibus non morabor eos, ſed breuiter & ſincerè ſcribam quæ priuatâ meâ opera in Antimonio obſeruaui, licet ob vitæ breuitatem nemo illud poſſit perfectè diſcere, cum in eius præparatione miracula ſe mutuò ſubſequantur, gradus gradum, color colorem, virtus, item facultas & operatio alteram

Alia Antimonij definitio & quid ſit aſtrum Antimonij.

Vapor mineralis vt fiat Antimonium.

Sulphur in Antimonio prædominatur vnde tinctura potẽtiſſima æque ex auro educi poteſt.

Qualitates Antimonij quales.

Archeus eſt vis producens & generans totius naturæ quæ depẽdet a calido innato naturæ.

Non ſufficit vita hominis ad indaganda arcana Antimonij tot & tanta latẽt vt fere ſint infinita

Benigna natura, benignus Deus, ibi venenum poſuit, vbi remedium collocauit.

Eſt itaque Antimonium venenum non leue ſed præcipuum & altiſſimum hominibus & brutis lethiferum, vnde vulgus medicorum & ignara plebecula veræ medicinæ nullam habens cogitationem Antimonij vt pote venenati vſum rejiciunt, & medici magnatibus vt periculoſum interdicunt, profeſſoreſque in Academijs diſcipulis ad rauiem vſque oggganniunt, Cauete, cauete Antimonium, purum putum eſt venenum. His opinionibus commoti oppidulorum ciues Antimonij vſum prohibent, clamoribus enim his plerique hominum commoti fuerunt, vt ad meam vſque ætatem Antimonio audientiam facere nemo voluerit aut ejus remedjis certò confidere, licet immenſa & indicibilia in eo reperiantur.

Nullo pacto his clamoribus credēdum eſt, quia Antimoniū veriſſima eſt medicina morborum omnium.

Verum, verum dico, vera ſunt ſcripta mea, & Deum Creatorem teſtem inuoco non eſſe ſub cœlo ſublimiorem medecinam in quâ columna capitalis locuples collocari poteſt, quod in Antimonio iure fieri & collocarj poteſt.

In Antimonio immenſa & indicibilia latent remedia, & infinitæ opes.

Fili mi nota ſermones meos, lector obſerua ſcripta mea, ſapientes obſeruate experimenta Antimonij à me notata: theoria mea innititur naturæ, & practica experientiæ ſæpiſſimè demonſtratæ multiſque incredulis mirantibus fructum ſuum producenti. Initio fateor & faſſus ſum Antimonium merum eſſe venenum ante præparationem, verum Domine Doctor, baccalaurée, aut ſine gradu medice, arti inſepultus cùm ſis, cum & tento-

Quod latet in Antimonio eſt cōpendium virtutis totius naturæ.

reum quid tinnias, ſine & me loqui; ſermonis tui memento, doctrinamque quam iam tibi proponam nota. Antimonium eſt (ais) venenum. Ergo nemo debet eo vti. Malè concludis, Doctor, magiſter, baccalaurée, medice pileo rubro. Optima theriaca ex veneno fit ſeu ex θῆρος vnde nomen habet. Ergo nemo illam in corpus ſuſcipiat, quia venenum eſt in eâ. Ecquid hæc tibi arridet doctrina? Num auribus tuis placet hæc vox? Antimonium poſt præparationem ceſſat eſſe venenum, totumque ſpagiricâ arte mutatum medicina fit, ſicut ex viperâ venenatâ fit theriaca: ſed ante præparationem nullam vtilitatem ſed incommoda & perniciem ex Antimonio obtinebis.

Refutat author rationes quibus probatur Antimonio non eſſe vtendum cum ſit venenum.

Futurus Antimonij diſcipulus precibus peractis ante omnia Vulcani ſcolam frequentet, qui omnium ſecretorum magiſter eſt & doctor, quæ ſcioli irrident dum pigritiâ ſuâ nullum ab eo arcanum didicerunt, eorumque manifeſtationem ſuâ deſidiâ remorantur; neque omninò nullum in mundo remedium abſque Vulcano poteſt fieri, clament (vt libet) inſani.

vulcanus eſt ſecretus alchimiæ pater.

Negligamus verò Antimonij oſores niſi ipſi melius quippiam in lucem & Antimonio præſtantius edant, cum præſertim ex Antimonio remedia poſſint fieri ſimilia ijs quæ in auro & Mercurio vulgi latent (excepto Aſtro ſolis) ex quibus fit aurum potabile ſanans lepram, & ſpiritus Mercurij remedium ſupremum morbi Gallici, aliaque plura, licet con-

Ex antimonio aque ex auro, remedia fieri poſsűt

Spiritus mercurij ſupremum eſt remedium morbi gallici

temptores illi nec ſciant nec ſcrutari poſſint. Ignarus non poteſt judicare, ſicut nec aſſellus ſymphoniæ neſcius paſtorem docere quomodo fiſtulam temperare debeat. Rectè itaque iudicaturus debet ante omnia didiciſſe ea de quibus judicium laturus eſt & tam ex libris quam experientiâ verum & falſum cognouiſſe vt judicium æquum ferat.

Vndenam mineralia trahant virus.

Antequam procedendi modum aggrediar occurram multis fortè quæſituris vndenam mineralia & alia venenoſa trahant virus, quæ ſit eſſentia veneni, & vnde naſcatur in ſingulis rebus: quomodo veneno ſublato res illa in medicinam poſſit conuerti, & abſque periculo vſui adhiberi? Dicam influentiam veneni conſiderati vel naturaliter vel ſupernaturaliter. 1. cauſa Prima vero cauſa eſt, quod Deus ſtellarum ſupremus rector & cœli terræque Creator nobis propoſuit venena ſenſibilia præcipuè in mineralibus, quâ Dei primæuâ conſtitutione, mirabili & potenti operatione demonſtratur homini propoſita eſſe vt dignoſcat & diſcernat bonum à malo, ſicut in lege nobis præſcripſit cognitionem agendorum & omittendorum, boni ſcilicet arripiendi & mali fugiendi. Eâdem ratione quâ arbor in medio Paradiſi protoplaſtis proponebatur, cujus vſus ad bonum, abuſus ad malum dirigebatur, quia per hunc præceptum Dei violatum & pernicies fuit introducta. 2. cauſa Altera cauſa eſt vt bono & malo agnito malum vitetur & in melius reducatur: Deus enim non vult vt homines in exitium demerſi tota-

liter pereant, ſed vt à malo recedentes ad meliora procedant & animæ iacturam effugiant. Ita & nobis per ſimilitudines propoſuit bonum & malum, quod in præcepto verbi & in opere creationis ſimiliter inuenitur vt eligamus ſanitati vtilia & vitemus noxia. 3. cauſa
Tertiò venenum etiam producitur ab aſtris in quibus fiunt contrariæ planetarum oppoſitiones & conjunctiones, à quibus planetæ inficiuntur vt in inferiore mundo & microcoſmo cauſentur peſtem alioſque morbos venenoſos, quod & de cometis eſt intelligendum. 4. cauſa
Quarto. Producitur etiam venenum ex pugnâ duorum contrariorum, vt ſi quis valde iratus, triſtis, aut feruens bibat inde venenum lethale accenditur. 5.
Quinto. Exempli etiam cauſâ quaſi venenum adduci poſſunt arma, ſi quis ijs lethaliter vulneretur, in quo abuſus armorum conſiſtit, ſi verò ad vitam tuendam ijs vtatur legitimus illorum vſus eſt, & quaſi medicina. 6. cauſa
Sexto & vltimo veneni cauſa ex naturâ patet, quicquid naturæ repugnat illius eſt venenum, vt cum quidam homines quibuſdam cibis ferendis impares ſunt, ij cibi naturæ contrarij venenum ſunt, amantibus vero eoſdem medicina. Præcipuè autem extrahitur venenum ex terrâ mercurialis ſubſtantiæ (de venenis mineralibus loquor) quod immaturum, indigeſtumque formâ naturæ contrariâ difficili digeſtu cum non maturuerit perfecteque coctum fuerit, totum corpus tanquam minerale crudum peruadit. Quemadmodum triticum

venenum mineraliũ ex terra mercurialis ſubſtãtiæ incoctæ & immaturæ; venenum enim ex cruditate dependet crudum enim quid & immaturum eſt venenum.

crudum ab homine deuoratum vix à ſtomacho concoqueretur, ſequerenturque totius corporis incommoda & debilitates, quia calor naturalis nimis debilis eſt vt concoquere poſſit: ſed triticum ab igne macrocoſmj maturatum debet adhuc igne minore coqui vt à microcoſmo digerj poſſit, prout iam ſupra de carnium eſu dixi. Hinc conſtat cum Antimonium volatile, crudum, in terrâ non fuerit coctum vix aut nullo modo à ſtomacho ferri poſſe abſque grauiſſimis corporis doloribus & exitio, ob caloris naturalis debilitatem qui id nequit percoquere. Hoc verò experientia docet ómnia remedia purgantia (ſiue ſint mineralia, animalia ſiue vegetabilia) eſſe ſubſtantiæ venenoſæ propter Mercurialis volatilis eſſentiæ in ijs prædominationem, qui ſpiritus volatilis ciectionis in homine inuentorum cauſa eſt, non quòd morbi radicem ipſe aggrediatur quod fixi eſt, quia ſola remedia fixa morbos fixos perquirunt & expellunt radicitùs, quod purgantibus non fixis non conuenit, quæ rapinæ aut torrenti conferri poſſunt qui obuia in ſuo itinere auffert ſed terram firmam non aggreditur. Purgantia fixa præparata non mouent excrementa per ſeceſſum, ſed oſtendunt ſe tantum ſudoris expulſione alijſque modis, quærunt morbi nucleum non corticem, aut paleam vacuam ſicut volatilia non fixa, non præparata purgantia corticem duntaxat excrementorum expellunt, morbj centrum non attingunt. Sciat itaque quilibet

Vnde venenum Antimonij.

Cur omnia purgantia medicamēta ſint venenoſa.

Fixa remedia morbos omnino tollunt.

Volatilia corticem tantum non centrum morbi attingūt

cuiuſcunque ſtatus, ætatis & nominis ſit venenatam eſſentiam omnino ex Antimonio tollendam antequam in medicinam poſſit conuerti, & remedij nomine appellari. Attendatur itaque ad ſeparationem Antimonij boni a malo, fixi à volatili, remedij à veneno diſtinguendi, ſi modo vtilitatem cum honore & veritate conſequi velimus, quod non niſi Vulcani ſeu ignis ſeparatione fieri poteſt, qui omnium talium rerum artifex eſt. Quicquid enim Vulcanus in macrocoſmo immaturum reliquit, illud microcoſmus per nouum Vulcanum reparat, qui cruda maturat & percoquit purum ab impuro ſeparans. Nec miretur quiſpiam purum ab impuro, ſalubre à veneno ſeparari, & remedium ex noxio ignis beneficio parari, quia quotidiana experientia oſtendit in probatione & colorum inſpectione ex igne erumpentium, ſeparatio enim & ignis fixationem efficiens tollit venenum, & eius loco ſalubre remedium producit. Ideoque ignis ſeparat venenum à remedio, bonum à malo, cuius rei medicorum nemo poteſt, audetve mihi teſtimonium perhibere niſi arctiſſimam cum Vulcano familiaritatem contraxerit, *balneũque infernale amicitiæ obtinuerit in quo ſponſa ab omni immundiciâ* purgata cum ſuo ſponſo in legitimum thalamum conuenire poſſit. O mundana ſubtilitas quæ mea ſcripta aut ſpernis aut non intelligis, ſi ſcires quid tibi iam dicam, quid fixum aut volatile vocetur, quid importet ſignificatio ſeparatio-

Separatio boni a malo vt e veneno fiat remedium beneficio ignis.

Ignis õnia maturat & venena corrigit ob maturitatẽ quam inducit & fixationem, fixa enim carent veneno.

Experiẽtia probatur.

Ibi intelligit aquam mercurialem. quæ dici poteſt balneum infernale, in quo Rex & Regina lauantur ab immunditijs.

In antimonio omnia ad lapidem neceſſaria.

nis puri ab impuro multa obliuiſceris, nugiſque in quibus ſpem figis neglectis me ſequereris; In me enim (Antimonij verba ſunt) reperies Mercurium, ſulphur, & ſal hominibus vtiliſſima ad ſanitatem remedia: Mercurius latet in Regulo, ſulphur in rubedine, ſal in terrâ nigrâ quæ in fundo reſidet. Tres hæ res rectè ſeparatæ denuòque debito artis more ſimul vnitæ vt fixatio abſque veneno obtineatur, gloriandi anſam dant artifici ſe lapidem IGNIS aſſecutum eſſe, qui ex antimonio fieri poteſt ad ſanitatem pariter & victum hominis. In antimonio enim reperies omnes totius mundi colores, album, nigrum, rubrũ, viridẽ, cyaneũ, cineritiũ, flauum aliosque innumeros ex mixtionibus incredibilibus diuerſimodè præparãdos, diuerſimodè cognoſcendos & diuerſo vſui adhibendos quolibet in ſtatum debitum iuxta præſcriptum ordinem legitimè diſpoſito. Ideoque enarrationem minutim inſtituam quomodo ſcilicet medicina ſit præparanda, venenum eijciendum, fixatio inſtituenda, ſeparandaque incipienda vt malum vincatur, bonum verò vincat, Nouerint autem ſtudioſi Antimonium non vnius gemmæ virtutem in ſe continere ſicut cœtera metalla in ſpecie vni comparantur, ſed vniverſaliter omnium lapidum vires continet, quod patet ex multiplicibus coloribus quos regimine ignis alios aliosque promit: pellucida ejus rubedo Carbunculo, Rubino & Corallijs tribuitur; albedo adamanti & criſtallo,

Lapis ignis dicitur elixir illud quod ex Antimonio paratur eo quod ignea polleat virtute & energia cõſumat omnia mala naturæ præter ignem naturæ quẽ auget, & multiplicat.

Omnes colores In antimonio

Antimoniũ vires omnium lapidum continet & metallorũ Itaq; in hoc vno ſunt omnia & qui eo potitur nõ indiget alijs.

cœruleus ſapphiro, viridis ſmaragdo, flauus hyacintho, niger granato qui naturaliter occultam nigredinem in ſe gerit. In ratione vero metallorum nigredo tribuitur ſaturno, rubedo Marti, flauedo ſoli, viriditas Veneri, cœrulæus lunæ, albedo Mercurio, colores miſti varij Ioui. Sicut autem omnes colores Antimonij in lapidibus & metallis expreſſi inueniuntur, ita in illo omnes virtutes & facultates remediorum inueniuntur pro colorum ratione, qui licet omnes in Antimonio inueniantur, impoſſibile tamen eſt vt vnus homo ſolus omnes perquirat, vita enim nimis breuis impedit vnicum hominem perdiſcere omnia quæ natura arcana ſecum tulit. Interdum in præparatione per diſtillationem elicitur acetum acidiſſimum; aliâ viâ & modo paratur ex eo perfecta & pellucida rubedo dulcis & iucunda tanquam mel aut ſaccharum puriſſimum: mox in abſinthij amaritudinem præparatur, aliâs acredinem olei ſalis imitatur, & ſic natura naturam ſequitur. Interdum in montes Olympicos per ſublimationem aquilæ volantis inſtar rubeum, flauum, albumque eleuatur; per deſcenſum retruſum particulares colores & præparationes ex ſe ſubminiſtrat, nec non & per reuerberationem, conuertiturque in metallum plumbo ſimile, aut in vitrum pellucidum, album, rubum, flauum aut nigrum vel alterius cuiuſpiam coloris, ſed non omnes vitrj hujus ſpecies medicinæ tuto adhibentur, niſi præuio examine explorentur.

In Antimonio omnes virtutes remediorũ ſunt ſed non poteſt vnus homo ſolus perquirerẽ

Acetum Antimonij per ſe ſola diſtillatione elicitur.

Varia ex Antimonio eliciuntur pro varia præparatione.

Ex alijs naturæ mixtis nõ poteſt educi quod ex ſolo antimonio educitur.

Reſoluitur etiam Antimonium in varia & mira olea ſiue ſolum per ſe ſiue cum additamento & commiſtione aliarum rerum, quorum oleorum quædam extrinſecus ſolum vlceribus & vulneribus illini debent, alia etiam propinari & bibi poſſunt, ſuppeditat etiam miras extractiones quæ ſe in coloribus adeò varias oſtendunt, vt oraculum Apollinis vix diuinare poſſet ejuſque mirificas mutationes naturæ ignis beneficio apertas enumerare. Fit etiam ex eo argentum viuum, ſulphurque vulgaris inſtar conbuſtibile ex quo puluis tormentarius fieri poſſet, verum item & naturale ſal, & aliæ complures res. Incipiam itaque loquarque de præparatione Antimonij, ſcilicet de eſſentiâ, magiſterio, arcano & Elixire eius, particularique illius tincturâ quæ obſeruabis ſtudioſè ſub finem cum de præparatione lapidis ignis verba faciam, recitaboque multa alia ſecreta mundo parum nota aut neglecta, quia Ægyptij Arabes & Caldæi iam pridem mortui ſunt, qui artem hanc exercuerunt, quæ multipliciter inſeruire poteſt fonti & capiti veræ & incorruptæ medicinæ. Obſerua itaque diligenter conſecutiuè omnes præparationes prout eas tibi patefaciam, quarum nulla infructuoſa eſt obſeruato debito ſtatu: *fixæ* enim Antimonij medicinæ ſanant morbos fixos, non fixæ non fixos, ſic Antimonium crudum (non vitrum præparatum) ventriculum ſolum exonerat & purgat, cauſam morbi remanere patitur.

Argentum viuum & ſulphur eliciuntur ex Antimonio quæ ſtupendas virtutes habent

inferius docet modum.

Fixæ antimonij medicinę morbos fixos ſanãt non fixæ non fixos.

Incipiam iam de omnimodâ præparatione Antimonij & de omnibus clauibus præparationis eius indicium facere, quæ igne tantum tanquam nouus partus manifeſtatur in vocatione à Deo præſcriptâ. Illa ſolutio ſeu preparatio mineralis Antimonij modis diuerſis ignis & artis regiminibus fit, quibus medica virtus operatioqne cum calore elicitur. Cumque Antimonium ſit coloris mixti ex ſubrubeo nigricante pariter & albicante, primò eius deſtructionem primam ſeu calcinationem deſcribit, quæ fit ſic.

Incipit præparationē Antim.

Accipe Antimonium Vngaricum aut aliud quoduis optimum tere ſuper marmor in puluerem ſubtiliſſimum, puluerem hunc non ſpiſſè ſed largè & tenuiter pone in vaſe teſtaceo plano, rotundo aut quadrato (quod margine circumdatum ſit, duos circiter tranſuerſos digitos altum) vas hoc pone ſuper fornacem calcinationis, ſubiice primò ignem ex carbonibus lentum, & cum ſtibium fumare incipit furcula ferreâ illud moue & remoue inceſſabiliter donec fumare deſierit: quod ſi in calcinatione Antimonium liquefactum in globulos coïerit, aufer vas ab igne, ſtibium frigefactum denuò tere & procede vt prius, quod toties iterandum eſt donec non amplius fumet neque coaleſcat ſed cinerum inſtar album ſit, tunc enim calcinatio perfecta eſt.

Calx

Calcinatio Antimonij eſt prima clauis cuius ope interiora Antimonij reſerantur

Accipe poſtmodum ſtibium ſic calcinatum, iniice in catinum aurifabrorum, impone

Præparatio in vitrum ſubeum ſine addito

igni violento vt Antimonium aquæ inſtar fluat puræ & liquidæ. Tunc verò ſi ſcire velis quando vitrum ſtibij perfectum & pellucidum calorem conſecutum ſit, immitte in catinum ferrum longum frigidum & adhærebit illi vitrum, quod malleo percute & ſepara, luci oppone, ſi pellucidum ſit bonum & perfectum eſt vitrum. Scire enim debet lector, artis huius tiro (non enim ſcribo expertis artificibus qui longo tempore feruorem ignis paſſi ſunt, cum facile ſit & leue vitrum ex Antimonio facere; ſe tironibus ſequacibus pyrotechniæ) omne vitrum vndecunqué factum fuerit ſiue ex minerali, ſiue ex metallo, ſiue ex alijs rebus debitam perfectionem habere debere vt operari, pellucere, & deinceps vlterius præparari ad medicinam poſſit. Antimonio ſic in catino liquefacto accipe peluim ſeu paropſidem latam & planam ex latono, calefac eam prius ne dirumpatur, infunde ſenſim & tenuiter in eam ſtibium, & habebis vitrum flauum, pellucidum, pulcrum. Et hæc via præparandi vitrum Antimonij abſque vllo additamento optima eſt, quod & in operatione maiorem virtutem oſtendit, & illud voco vitrum purum, cum reliqua cum additamento boracis & aliorum fiant.

Vitrum omne debet eſſe purum vt ex eo fiat medicina.

Alia præparatio cum additamento.

Exempli cauſa. Acc. Antimonii partem 1. boracis Venet. part. 2. tere ſimul. pone in catino in igne fortiſſimo donec ſimul liqueſcant, effunde in peluim ex latono calidam ſenſim & tenuiter, & habebis (ſi modo

rectè

recte proceſſiſti) vitrum rubeum pellucidum rubino ſimile. Huius vitri rubedo cum ſpiritu vini per longam in igne circulationem abſtrahi poteſt, & maxime cum fructu pro nobiliſſimâ medicinâ adhiberi,

Poteſt etiam ex Antimonio fieri vitrum album hoc modo. Acc. Antimonij part. 1. Boracis Venetæ part. 4. trita ſine in catino fluere vt iam dictum; primo flauum fit, ſed longius in igne permanens fit candidiſſimum, quod potes experiri immiſſo ferro frigido, videreque an color perfectus ſit ne; procede vt ſupra.

Vitrum album ex Antimonio cum borace.

Præparantur etiam ex Antimonio vitra aliorum colorum, ſed ego illa tantum propoſui quæ ipſe experientiâ didici & ſcio ſanitati conducere, neque enim neceſſarium iudicio chartam multiloquio implere, ne lectorem inutilium pigeat ambagum, præcipuè cum tibi in vitro ex Antimonio facto color ſcilicet principalis rubedo pellucida fuerit propoſita, nigredo quæ ab initio illam comitabatur cum fumo euolauit in modum ſpiritualem, quia illo modo ſpirituali igni violento venenum per calcinationem aufertur & deletur, licet vitrum non ſit omnino abſque veneno, ſed multum adhuc ſecum retinet. Ideò continuabo tibi manifeſtare quomodo venenum à vitro prorſus tollatur, purum ab impuro, & noua fiat ſeparatio noxii à remedio: vt eloquentis lingua ſoluatur & cauſam nanciſcatur ſibi permittendi vt laudes meas ad finem vſque terrarum propaget, quod ſine

Vitrum Antimonij non eſt abſque veneno.

dubio diſcipuli mei grato animo facient cum oculis & manibus viderint, ſenſerint, palpauerint me ad gloriam & vtilitatem ipſorum ſinceram veritatem ſcripſiſſe, & quaſi teſtamentum memorandum poſt me reliquiſſe.

Extractio tincturæ à ſuo ſale hoc, eſt ab Antimonio vitrificato per acetum & ſpiritum vini.

Separatio ergo prima ſulphuris à ſuo corpore, & extractio tincturæ à ſale fit ita. Acc. Vitri puri ſtibij abſque vllo additamento facti prout docui tere farinæ inſtar, pone in bociam vitream lato fundo affunde acetum forte diſtillatum rectificatum, pone in calore lento vel æſtate in ſole mouendo bis quotidie donec acetum imitetur colorem auri fuſi, ſepara à vitro; affunde nouum acetum, procede vt prius & vbi coloratum fuit extrahe: muta toties & extrahe donec acetum non amplius coloretur. Has extractiones omnes coniunge, filtra, in alembico in balneo Mariæ acetum abſtrahe, ſubſidebit in fundo puluis ſubruffus. Puluери huic affunde aquam pluuiam diſtillatam puram, aliquoties eamque abſtrahe, affunde nouam & abſtrahe, ſic ſemotâ acetoſitate puluis remanet dulcis & ſuauis. Puluerem hunc tere ſuper marmor aut vitrum prius calidum pone in alembico nouo affunde ſpiritus vini ad vltimam perfectionem rectificati tres digitos, ſic extrahitur tinctura Antimonij ſuauiſſimè rubens, & nonnullæ fæces in fundo remanent. Hæc extractio dulcis, jucunda, & remedium quod abſque experientiâ vix credi poteſt

Tincturæ rubeæ Antimonij extractio quæ eſt mirabilis.

Subſidet venenum in

Fæces relictæ retinent venenum, extractio

vero ſolam medicinam accipit, quæ medicina hominibus & brutis intus & foris commodè adhibetur. Si enim huius extractionis dentur ſingulis uicibus quatuor grana expellit lepram & luem veneream, purificat ſanguinem corruptum, repugnat melancholiæ & reſiſtit venenis, aſthmaticis medetur, plurimiſque alijs morbis ſi rectè & ordine vſurpetur.

fecibus, extractū autem medicinā capit.

Sed prior puluis flauus antequam cum ſpiritu vini extrahatur ſuper lapidem calefactum deinde accipe oua ad duritatem elixa quæ in longum diuide, exemto vitello imple albumen huius pulueris flaui, repone in loco frigido humido ſeu cellâ vinariâ aliquot dies, ita puluis in liquorem flauum reſoluetur. Hic liquor ſanat omnia vulnera recentia & ſolutiones continui ſi ſtatim ab initio adhibeatur & vulneribus illinatur pēnâ ſubtili vulnuſque emplaſtro vulnerario colligetur & muniatur, impedit corruptionem, putrefactionem, ſanatque vulnera recentia abſque ſuppuratione & tumore ita vt jure ſummo Creatori pro his dotibus gratiæ agantur. In antiquis vlceribus & gangrenoſis utere hac extractione ſeu balſamo Antimonij non deſeret te in neceſſitate, ſed poſt me laudes eius cantabis & virtutes quas poſſidet, & quomodo in externis morbis adhiberi debeat; gangræna, cancer, polypus, lupus, crurum vlcera omneſque ſimiles ſerpentes & rodentes morbi coram illo fugientes priſtinæ integritati domicilium liberum relinquunt

Remedium pro vulneribus recētibus.

ſi poſt rectam fixationem legitimè intus, & alia remedia conuenientia foris adhibeantur.

Reductio vitri in oleum dupliciter. hæ omnes tincturæ cum aceto Antimonij non cum aceto ſtillatitio vini extrahuntur itaque caue ne decipiaris in nomine aceti.

Vitrum Antimonij à me dupliciter in oleum reducitur per alembicum, ſic. Accipe vitrum ex minera Antimonij factum, tere minutiſſimè, extrahe cum aceto diſtillato, extractione facta abſtrahe acetum per balneum, & ſubſidentem materiam affuſo ſpiritu vini rurſus extrahe: hanc extractionem ita per ſpiritum vini bis dulcoratam optimè in vaſe lutato concluſam pelicana & circula per menſem integrum, deinde artificio ſingulari per ſe diſtilletur abſque vllo additamento, ſic habebis medicinam ſuauem, dulcem, miram, in formâ olei pulcri rubei ex quo porrò lapis ignis fit. Hoc oleum eſſe ſuprema quinta eſſentia quæ ad ſummum de Antimonio ſcribi poteſt ſicut in meâ admonitione vbi breuiter de Antimonio locutus ſum reperiri poteſt, vbi dixi quatuor inſtrumenta ad eius præparationem requiri, & quintum in quo Vulcanus habitat, id eſt, quatuor præparationes perfectioni eius præmittendas eſſe, & quintam eſſe vtilitatem & applicationem operis in corpore humano: vt, Primus labor eſt calcinatio ſeu in vitrum liquefactio, ſecundus digeſtio per quam perficitur extractio: tertius coagulatio, quartus diſtillatio in oleum per quam ſubtile à craſſo ſeparatur, eâque ſeparatione ſequitur fixatio per vltimam coagulationem per quam materia re-

ducitur in lapidem igneum pellucidum, qui poſt omnes operationes in metallis debet fermentari propter qualitatem ſuam penetratiuam ſed non æqualem virtuti antiqui & veri lapidis Philoſophorum, quia non vniuerſaliter ſed particulariter tantum tingit ſicut in fine cum de lapide ignis loquar indicabo.

Virtutes olei tam in medicina quam in tranſmutatione metallorum.

Oleum ſupra deſcriptum ante ſuam coagulationem operatur quæcunque medico maximè ſcitu ſunt neceſſaria & vtilia in curationibus, octo grana ante coagulationem in vino puro accepta iuuentutem homini reddunt, ab aſtmate liberant, quæcunque in homine creſcunt vt vngues & capilli decidunt alijque naſcuntur, & renouatur quaſi modo natus ſicut Phœnix (fabuloſam auem exempli tantùm cauſa adduco) per ignem, & hæc medicina multò minus combuſtibilis eſt quam ignotæ Salamandræ alæ. Quin imò conſumit omnia ſymptomata corporis humani inſtar ignis conſumentis cui comparari poteſt[a], expellit & eijcit omne illud malum quod aurum potabile expellere poteſt, ſolum verò Aſtrũ ſolis omnes totius mundi medicinas ſuperat ſi rectè præparatum ad perfectam fixationem fuerit. Aſtrum enim ſolis & Aſtrum Mercurij (quod & ipſum potens eſt) oriuntur ex ſanguine matris ſuæ & ex ſcatebra viuifica ſanitatis.

Olei Antimonij virtutes admirandæ.

Oleum verum rubeũ Antimonij conſumit omnes ſuperfluitates corporis tanquam ignis cui comparatur.

Ex igne ſcilicet naturæ & ſulphure interno quod eſt ſcatebra ſanitatis & verus fons.

Nec curet quis quod extractio hæc cum aceto diſtillato & ſpiritu vini ad puriſſimum

& ſubtiliſſimum abſtracta fuerit & ad ſummum per Vulcanum exaltata, neque enim purgat aluum ciendo aut vomitum excitando, ſed per ſudorem, vrinam, & ſputum eijcit cauſam morbi omniaque à ſymptomate corrupta reſtaurat.

Virtutes vitri communis antim.

Commune vitrum Antimonij teritur minutiſſimè cuius ſex grana aut circiter ſecundum vires ægroti dari poſſunt per noctem in pauculo vino infuſa in calido loco, & mane puriſſimè colatum bibatur, ciet aluum & ſæpe vomitum propter crudam Mercurij qualitatem quæ in vitro manet, vnde omnis prudens medicus ſecum conſulat & diſpiciat quomodo vitrum purgationi adhibiturus illud rectè examinet & debite adminiſtret, cum alij plures homines ſint in mundo, quibus inquiſitionis munus incumbit, & ego breuitate temporis impeditus omnia perquirere non potuerim: quod ſi feceris poſt & iuxta me laudaberis, & ego te plura (tuâ diligentiâ) inuenientem laudabo his meis ſcriptis in ſepulcro quod mihi aſſignabitur, licèt mihi à facie ignotus ſis & tecum nondum nato paucas controuerſias habuerim.

Hoc dicit author quia dum hęc ſecreta Antimonij perficiuntur alia ſecretiora inueniuntur, vnde qui hæc inueniet laudabitur quod hæc ſecretiora inuenerit.

Commune etiam vitrum Antimonij cum additamento in oleum laudabile conuertitur quod abſque periculo epilepticis datur, & paratur ſic. Vitro optimè trito affunde ſuccum omphacis ſeu vuæ non maturæ digerantur in bociâ vitreâ fundo plano optimè lutata, abſtracto ſucco ſiccetur, &

Vitrũ commune Antimonij cum additamento & eius virtutes miraculoſæ.

teratur cum duplo ſacchari clarificati, humectentur, aceto diſtillato, diſtillentur in nomine Dei per retortam, ſub finem fortificetur ignis, & ſic elicies oleum rubrum quod cum ſpiritu vini ad pelluciditatem clarifica. Doſis eius in paruâ quantitate data vtilis inuenta fuit. Huic oleo additur nonnihil ex ſpiritu ſalis, proijciuntur ſuper ſubtilem calcem auri præparatam, antea per aquam ſuam præparatam (quam alibi in meis ſcriptis docui) per alembicum extractam, ſolam auri tincturam arripit, corpus verò non aggreditur. Hâc fermentatione factâ non ſatis haberem chartæ ad deſcribenda omnia myſteria quæ præter hominum cogitationem ex eâ apparent. Dico autem medico vt propoſitiones meas Philoſophicas attendat, laborem aggrediatur, præparationem vſui exhibeat, ſic quotidiè plus laudis inueniet, plures operationes perdiſce, quã vllus medicus illi præſcribere poſſet.

Ex oleo rubro Antimonij cum ſpiritu extrahitur tinctura auri ſi ſuper eius calcem proijciatur & circuletur & hæc tinctura eſt miræ virtutis.

Cum Antimonium huc prouexiſti & recte conſecutus es (in quo prudenter te gerere oportet, rem ſolicitâ cogitatione diſcere & labore experiri) potes te iactare magiſterii illius à te capti altam apud pleroſque ignorantiam eſſe.

Hoc magiſterium mixtum cum ſolutione aut tincturâ coralliorum & in potu datum cum aliquâ aquâ confortatiuâ mirabiliſſima facit in morbis dyſentericis, impeditque omnes morbos ex ſanguine impuro oriun-

Oleum rubrum Antimonij poteſt permiſceri tinctura corallorum & eorum ſyrupo ad dyſenterias curandas.

dos, lætificat cor, excitat caſtitatem & probitatem, ſummatimque hominem in omnibus ſuis negotijs expeditum reddit. Pro quibus omnibus beneficijs agamus gratias humilimas Creatori & Conſeruatori omnium, qui nobis miſeris & corpore & animâ malè validis vtriuſque morbi remedia benigniter conceſſit, & in omnibus neceſſitatibus conſolationem & auxilium ſuppeditat. Loquar porro breuiter de arcano Antimonij. Accipe Antimonii & ſalis Armoniaci ſubtiliter tritorum partes æquales, miſce, diſtilla per retortam, quod tranſiit aquâ pluuiâ diſtillata, calefacta, affuſa, dulcora, qua abſtracta cumque ea omni acrimonia ſalis, manebitque vitrum Antimonii in fundo ad inſtar albarum & ſplendidarum pennularum, quas in leui calore ſubtiliter ſicca, pone in pelicano ſeu vitro circulatorio, affunde ſpiritum vitrioli albi optimè rectificatum, circulentur donec optime vnita fuerint, diſtilla, diſtillatis affunde ſpiritum vini, circula vt prius, ita fiet ſeparatio, & fœces quidem in fundo reſidebunt ſed arcanum manet vnitum ſpiritui vini & Vitrioli. Quod ſi hoc arcanum adhuc ſemel rectifices una gutta cum aqua roſacea potentius operatur (ſi bibitur) quam integer cacabus olerum coctorum, excitat appetitum, corrigit ſtomachum, melancholiam pellit, ſanguinem bonum gignit, iuuat concoctionem, theſaurus eſt optimus ad ſedandas matricis eleuationes & colicam,

Arcanum Antimonij aliud aggreditur miræ virtutis & efficaciæ.

Virtutes præcipue ad colicos dolores & eleuationes matricis.

nulloque argento ſolui poteſt laudatiſſimum hoc arcanum.

Arcanum Antimonii ſequitur Elixir eius quod ita fit. Accipe cum Deo Antimonii triti partes 2. ſal. Armoniac. part. 1. ſublima, ſublimatum per retortam in recipientem pelle tribus vicibus, ſingulis ſeparando fæces, deinde ſal Armoniacum dulcorando euapora, materiamque Antimonij bene obſcuratam lento igne reuerbera ſenſim donec quaſi æs cinnabaris fiat, affunde acetum diſtillatum, extrahe rubedinem, ſepara acetum, in balneo Mariæ pulueri affuſum ſpiritum vini extrahe, fæcibus in fundo relictis extractio puriſſima eſt. Hunc ſpiritum vini ſeu extractionem pone in bocia affunde parum corallorum & quintæ eſſentiæ Rhæibarbari, dato homini tres aut quatuor guttas, molliter ciet alvum, purgat abſque torminibus ſi rectè à te præparatum eſt, leuem reddit ſanguinem, & eſt remedium vtiliſſimum eis qui leues purgationes deſiderant. Mirabitur vero quiſpiam medicus quonam modo leniter purgare poſſit hæc medicina cum Antimonium per ſe ſit penetrantiſſimum & cum Rheobarb. miſceatur, quod etiam per ſe eſt medicamen purgans. Ceſſet mirari, Antimonium enim hâç ratione occiditur, vt venenata eius & purgans nihil aggredi poſſit quoties cum alio ſimplici medicamento purgante miſcetur, hoc enim ſimplex tantum vim aperiendi habet naturalem, Antimonium verò præparatum in-

Arcanum Antimonij purgans ſuauiter.

Arcanum antim. ad purgãdum ſuauiter & vires eius.

Antimoniũ ita ſpagiricè præparatũ purgat adeo corpus vt nihil impuri in eo relinquat idque ſuauiter ſine moleſtia ita vt pueris ipſis dari poſſit.

terim cum ventriculo nihil de expulſione laborans diſquirere poteſt otioſè aliam viam operandi & efficiendi id ad quod deſtinatum fuit. Crede mihi (nullam enim fallendi aut mentiendi habeo cauſam) Elixir hoc ita præparatum corpus penetrare & purgare ſicut aurum cum Antimonio depuratur, & ſi omnes eius virtutes recenſere vellem cogerer Deum rogare vt mihi longiorem vitam concederet, quò miracula diuinæ maieſtatis prolixius recognoſcerem, explorarem, explorata alijs communicarem, vt mira illa mecum agnoſcentes & animaduertentes Deo & Creatori ſuo gratias agere poſſint.

Nemo poteſt antim. virtutis aperire.

Vt vero ſatisfaciam inſtituto meo, quod eſt virtutes Antimonij eatenus deſcribere, quatenus experientiâ meâ ego didici, mihi occulta & à me non facta ſileo, neque me decet de rebus alienis experientiæque meæ incognitis iudicare, ſed illas alij iudici, qui ſuo marte aliquid expertus eſt, committo; cum vni homini impoſſibile ſit perdiſcere Antimonium funditus ob vitæ anguſtiam, & cum quotidie aliquid noui in Antimonio inueniatur.

Antim. idẽ præſtat in corporibus quod in metallis.

Sciant autem omnes Antimonium non aurum ſolum purgare & ab eo omnia extranea additamenta ſeparare, ſed idem operari in corporibus hominum & animalium, quod vt craſſo exemplo probem, paterfamilias beſtiam inprimis verò porcum in ſaginam locaturus triduò antequàm includat, in cibo

illi det dimidiam drachmam Antimonij crudi, ita enim appetitus cibi in eo excitatur, citò pingueſcit, & ſi aliquid incommodi in iecore habeat aut leproſus ſit, ſanatur. Craſſum equidem eſt hoc exemplum in auribus delicatorum hominum, ſed adduxi vt plebeij à quorum cerebro ſubtilis philoſophia exulat reipſâ videat quod exempli cauſâ propoſui, vt reliquis meis ſcriptis in quibus ſubtiliùs loquor citiùs fidem adhibeat. Sed quia inter hominum & beſtiarum corpora ingens eſt differentia, non eo conſilio à me adductum eſt vt homini quoque detur Antimonium crudum, quia beſtiæ multos cibos crudos ferre & concoquere poſſunt quod teneræ naturæ & complexioni hominis negatum eſt.

Dimedia ʒ. antim crudi curat porcum & ſanat ab corruptione ſãguinis

Non ideo hominibus dandum eſt crudum.

Quicumque igitur Antimonio vtiliter vti vult debet ante omnia expertus eſſe & exactè ſcire præparationem, & deinde conſiderare hominis naturam, an ſcilicet ſit iuuenis aut ſenex, fortis aut debilis, ne medicus errans ægrotum perdat, ſed ej medeatur, loquor autem de pondere doſium in quibus ſupremum magiſterium continetur. Cum autem omnia circumſtantiis & exemplis prolixis enarraturus nimis longus futurus ſim, hoc ſermone relicto aliam Antimonij præparationem, ſeu fixationem eius aggrediar. Sicut enim ſpiritus vini à corpore ſeparatus calefacit hominem ſi bibatur, ſi verò foris applicetur omnes cauſas inflammationis membrorum extrahit: contra acetum intus & foris refrigerat, licèt eiuſdem ſint originis & ſpecici,

Spiritus vini ſi bibatur hominẽ calefaict.

Foris applicatus cauſas. omnes inflammationis tollit.

Acetum cõtra intus & foris refrigerat.

Acetum fit per ſolam digeſtionē.

Spiritus vini per vegetabilē ſublimationē.

Digeſtionis & diſtillationis diuerſi effectus.

Fixatio antimonij in puluerem rubeum mirum.

Antimoniū dum fixatur miras virtutes acquirit.

cuius rei cauſa eſt quia acetum fit per ſolam digeſtionem, vnde vini putrefactio ſequitur cum vegetabili fixatione, ſed ſpiritus vini fit per ſeparationem diſtillationis ſeu per vegetabilem ſublimationem per quam ſpiritus vini fit volatilis: ita Antimonium iuxta hunc vel illum modum præparationis largitur ſua dona mirabiliter & vltra captum hominis. Fixatio ita fit. Accipe Antimonii ſubtiliſſimè pulueriżati quantum voles, in bocia affunde ei aquæ fortis tantum vt ſex pollices agrimenſorum ſeu dimidium pedem, pone in igne lentiſſimo ad extrahendum per decem dies, extractionem filtra vt à fæcibus pura ſit. Deinde abſtrahe aquam fortem ſuper cineres aut arenam ad ſiccitatem vſque, reſidebit in fundo puluis flauus, cui affunde aquam pluuiam diſtillatam pone in calore continuo & habebis extractionem rubram, filtra, abſtrahe aquam per balneum ad ſiccitatem, reſidebit puluis ruber. Affunde acetum diſtillatum quod paulatim in calore rubeſcet & fœces albicantes relinquet, hoc acetum diſtilla per cineres, pulueremque rubeum inde manentem triduo continuo in igne aperto reuerbera, & tandem tincturam eius cum ſpiritu vini extrahe, fæces verò manentes ſepara. His omnibus peractis abſtrahe ſpiritum vini per balneum, remanebitque puluis ruber, fixus & conſtans qui ſuo officio miraculoſè fungitur, ſi enim ter in die (mane, meridie & veſperi) vel etiam ſæpius dimidia dragma ſumatur (quod ſine vllo damno fieri

pôteſt) pellit ſanguinem coagulatum ex corpore, aperit cum tempore apoſtemata periculoſa, curat luem Veneream radicaliter, producit capillos nouos, hominemque notabiliter renouat.

Virtutes Antimonij rubei renouat corpus omni ex parte cum calidum innatum roborct & refocillet.

Cum de puluere fixo & extractione Antimonij ſatis dixerim ijs omiſſis de floribus ejus agam, qui multis modis præparari poſſunt. Hic plerique nec loqui nec reſpondere poſſunt vt pote artificij huius & ſimiliũ penitus ignari, pauciſſimi verò diſcipuli cupidiſſimi Artis Spagiricæ dictis meis animum aduertet & de ijs aliud iudicium ferent, hoc itaque vobis, diſcipuli mei, dico ſi me ſequi vultis meam crucem ſuſcipite, patiminj ſicut ego paſſus ſum, diſcite perſecutiones tolerare ſicut ego, & iuxta me propoſito labori inſiſtite, indeſinenter orate, abſque tædio laborate, ita Deus qui me exaudiuit vos non relinquet, quod ſuſpirijs cordis & oculorum lacrymis gratus recognoſco. Abſoluturus admonitionem meam de floribus Antimonij dico illos multis modis præparari prout ſingulis Spagiris notum eſt: quidam admixto ſale armoniaco deorſum pellunt per deſcenſum ex retorta, dulcorant ſal armon-abſtrahentes, & hos flores albiſſimi coloris multi faciunt. Alij inſtrumentis particularibus vtuntur cum tubulis ſeu fiſtulis vt Antimonium aëre liberius fruens aſcendat: alij obſeruant ſublimationem in igne forti imponenteſque tres capellas extrahunt ſimul albos, flauos, & rubros flores, quos abſque vllo errore imitatu-

Incipit præparatio florum antim. ex diuerſis.

Rubri flores cum colchotar vitrioli.

fui. Sed vt flores recto vſui adhiberem in medicinâ ſolitus ſum rubris floribus miſcere colchotar Vitrioli & ter ſimul ſublimare, ita enim eſſentia vitrioli ſimul aſcendit & flores fortiores fiunt, quo facto extraho flores cum ſpiritu vini, fæces remanentes ſeparo, ſpiritum vini per balneum diſtillo donec puluis ſiccus remaneat. Hi ſunt flores mei præparati fratribus meis alijſque ægrotis ad me confugientibus dati, quos ex officio ſpiritualiter conſolor in animâ, & ob fiduciam corporaliter adiuuo. Purgant leniter abſque exceſſu ſedium, multis tertianas & quartanas ademerũt, alioſque morbos conſumſerunt. Statui verò Deo volente & B. Mariâ ſemper Virgine conficere teſtamentum memorabile & in ſenectute meâ relinquere, catalogum omnium curationum à me fœliciter peractarum, vt grates Deo debitas referam publicè, & poſteri mei ſciant intimam meam beneuolentiam cordis mei mecumque admirentur & agnoſcant miracula Dei quæ ille in naturâ abſcondidit, & ego labore meo elicui. Sciat autem, lector, circa ſublimationem Antimonij ſeu flores eius, eandem eſſe conditionem eorum ac aquæ ex altiſſimo monte defluentis. Poſſet itaque aliquis ita dijudicare aquarum differentiam, quod aliæ in altiſſimis montibus erumpunt, & ſi montes adhuc multo altiores darentur, aqua tamen eo aſcenderet, ſicut reuera in cacuminibus excelſiſſimorum montium fontes ſcaturiunt: aliæ in viſceribus terræ latent & foſſione longâ &

Virtutes florum rubrorum Antimonij.

Catalogus curationũ Baſilij Valentini non eſt typis excuſus.

Aqua per vapores aſcendit vbique & etſi montes ſint altiſſimi nihilominus vapor

difficili perquiruntur. Ad differentiam dico hoc, matricem aquæ terreſtris in multis locis potentiorem & pleniorem eſſe diuitiis aquæ quàm alibi, quia omnia elementa matricem ſuam habent faciliùs aut difficilius gignendi ex vi ſiderum, ex quâ elementa ipſa naſcuntur & gignuntur. Quod ſi itaque matrix illa ſit fortis in terrâ, eijcit fortiter ſemen ſuum expulſione robuſtâ in altiſſimum alpiũ Rhæticarum aut turris Babylonicæ cacumen. ſermones meos audientes minus prudentes amentiæ me accuſabunt, aut dulci vino ebrium clamabunt ſicut Iudæi Apoſtolos in feſto Pentecoſtes.

aſcendit ad cacumen mõtis ibeque frigiditate loci condenſatur in aquã & ibi fit fons aquæ purus & nitidus.

Innuit excellentiam rerum ſublimatarũ.

Eadem eſt ſublimationis ratio ac aquarum, quarum aliæ in altiſſimis montibus inuentæ ſalubriores & frigidiores ſunt quàm puteales & foſſiles: ita ſi materia violentiâ ignis in montem antiquorum ſapientum iam pridem fato functorum eleuatur, terra in imo reſidet ex quâ ſal ad ſuum vſum extrahi poteſt, fitque ſublimatione ſeparatio boni à malo, puri ab impuro, ſubtilis à craſſo, medicinæ à veneno dignoſcendi.

Res omnes ſublimatæ puræ ſunt & à fæcibus vindicatæ, ideo efficatiores ſunt quia puriores.

Nos miſeri homines ob peccata noſtra hîc per mortem quam meruimus in terrâ ſepulti ſale condimur donec putreſcamus, & tandem cœleſtis ignis calore ſuſcitamur, clarificamur & extollimur ad celeſtem ſublimationem & exaltationem vbi ab omnibus peccati & impuritatis fæcibus purgati filii Dei & æternæ vitæ, quod nobis concedat Deus miſericors. Spero autem neminem me reprehenſurum

Corpora mortua ideo in terra putreſcunt vt purificẽtur a ſuis fecibus omnibus quas in reſurrectione in

ob exemplum hoc ſpiritualis & corporalis comparationis cœleſtis illius & terreſtris ſublimationis, neque enim hoc ſine cauſâ feci, cum meopte marte ſciam quid ſit album nigrumue, ſitne cœlum nubilum vel ſudum; tranſibo itaque ad aliam Antimonii præparationem.

terra relinquet, & pura & nitida reſurgent ſine fecibus.

Sciat diſcipulus meus artis cupidus, & ex Philoſophicâ doctrinâ notet, extractiones Antimonii & aliarum omnium rerum plurimum inter ſe in ſuis operationibus differre; quæ differentia non ineſt materiæ nec agnoſcitur ex materiâ ex quâ extrahitur ſed dependet & inhæret præparationi & additamento quibus virtutem omnem extrahi teſtatur experientia: & hoc exemplo declaro & confirmo, quia quicquid ex Antimonio alijſve rebus cum ſpiritu vini extrahitur longè aliam habet operationem quam id quod cum aceto forti extrahitur. Cuius cauſa præcipua iam antè dicta eſt quod extractiones cum ſpiritu vini cient fortiſſimè aluum, ſiue fiant ex Antimonio ſiue aliis purgantibus, aut herbis, radicibus, ſeminibus, alijſve ſimilibus, loquor autem de primâ extractione: contra quod cum aceto extrahitur non æquè mouet aluum ſed potius conſtipat & retinet ſingulari medio per quod volatile fixum factum eſt. Hoc ſecretum ſeu arcanum maximè ſpectandum eſt, ſed pauciſſimi illud conſiderant, multæ enim res latent & profundiſſimè incluſæ ſunt in hoc myſterio, quod multi Domini & ſerui imò multi ſcioli Sophiſtæ

diuerſæ virtutes ſūt quidem in re ſola ſed eliciuntur diuerſis præparationibus & additionibus.

Extractiones cū ſpiritu vini ciēnt aluum.

Quod extrahitur cū aceto contrarias habet virtu-

phiſtæ hactenus non viderunt.

Fit autem extractio Antimonii dupliciter, ſcilicet aceto aut ſpiritu vini: acetum conſtipat, ſed ſpiritus vini per ſe vrinam ciet & ſedes ſicut ſæpe dixi, & præcipuè in duodecim meis clauibus, extractionem ex vitro Antimonii mediocriter purgare, extractionem verò Antimonii cum aceto nullo modo purgare, quod veriſſimum eſt, quæ experientia cauſa eſt vlterioris conſiderationis per quam natura progreſſum dat & productionem veri Philoſophi. Eſtque omninò mirabiliſſimum quod ea quæ ab initio cum ſpiritu vini extracta ſunt purgatiuam facultatem retinere, contra vitrum Antimonii ab initio cum aceto extractum, & ſi aceto ſeparato cum ſpiritu vini denuo extrahatur, tamen venenoſa & purgans natura & proprietas omninò ablata eſt, nullumque ſui veſtigium reliquit vt ſcilicet ſedes moueat, poteſt tamen per ſudorem, & aliis modis, inprimiſque ſputo & vomitu ſuum munus exequi, quærit vbinam aliquid inuenire poſſit, purgat ſanguinem, ſanat peripneumoniam, prodeſt aſthmaticis, & aliis morbis, ſedat tuſſim malignam cuiuſcunque tandem generis ſit, eſtque diuinum remedium. Et hoc de communi aceto, fit enim alia extractio ſi Antimonio pulueriſato affundas acetum diſtillatum, non commune acetum ſed quod ex ſuâ minerâ extractum eſt, repone benè clauſa in calore ſolis, ita cum tempore acetum rubeſcit ſanguinis inſtar, extractionem hanc ſeparatam filtra, duc in

tes cũ quo quod extrahitur cũ ſpiritu vini

Liber Authoris duodecim claues.

Venenoſa qualitas ſolùm mouet ſedes.

Alia extractio ex Antim. cum ſuo aceto ex minera ſuâ extracto quæ minera eſt & alias õnes extractiones vincit & ſuperaſt

arenâ per alembicum miros & aſpectu ſuauiſſimos colores in tranſitu repræſentat, hoc oleum tandem ſanguineum fit & multas fæces relinquit, plurimiſque in morbis cum vtilitate adhibetur. Nam in leprâ eius gloria patefit & virtus manifeſtatur; lues venerea nuper allata in patriam noſtram ab illa conſumitur & exſiccatur, aliaque mira operatur dummodò medicus vſum verum attendat, rectamque præparationem obſeruet, experientiam conſulat diligenter & abſque vllâ obliuione notet.

Virtutes eius.

Præparatur etiam Antimonium ſic, Accipe Antimonij & tartari rubri partes æquales terantur ſimul optimè & in olla bene lutata (ne ſpiritus exhalent) incende donec tartarum exuſtum ſit quod fit in fornace venti Materiam ſic combuſtam tere minutiſſimè affunde aquam calidam communem cola quaſi lixiuium, inde fit iecur (ita enim antiquiſſimi prædeceſſores noſtri nominârunt) iecur hoc ſiccatum in cucurbitam pone, & ei affunde ſpiritum vini, in balneo M. abſtrahe ſpiritum vini (prius per chartam craſſam debet filtrari) ita vt tertia tantum pars ſuperſit, hæc extractio vſui adhiberi poteſt ſed modicè & cum maximâ diſcretione, in quâ miraculum ſingulare notandum, quod ſpiritus vini ſemel abſtractus non vult amplius vniri cum rubrâ exrractione à quâ ſeparatus eſt, ſed illi innatat ſicut oleum aquæ. Sed ſi hic ſpiritus vini recenti iecori affundatur denuò extrahit, ſed hæc ſecunda extractio

Alia extractio ſtupẽda Antimonij cum tartaro rubeo.

Iecur Antimonij dat tincturam miram cũ ſpiritu vini.

priori ſuperfuſa nullo modo cum illâ miſcetur, quod maximè mirum eſt, ſed quis omnia Dej miracula ingentia enarrare poteſt, aut dona Creatoris obſeruare quæ Creaturis profundè conſideranda inhærent?

Iam ante mentionem feci extractionis Antimonij cum aceto ſpirituque vini: quod ſi ab illa extractione ſeparetur acetum in balneo M. & puluis in loco humido reſoluatur in oleum flauum ſeu liquorem vulnerarium qui mirabilium mirabilia ineffabilia in recentibus vulneribus facit & in antiquis pariter, ſymptomata radices agere vel incidere omnino prohibet quæcumque & putrefactionem; altera extractio ex hoc puluere ante ſolutionem cum ſpiritu vini ſuum quoque facit, & in morbis internis nulli alteri remedio cedit.

Arcanum vulneneũ curãdorum ex Antim. beneficio aceti extractum.

Præparationis viam in præcedentibus meis ſcriptis ſæpiſſimè propoſui & in hac admonitione de Antimonio ex abundanti repetij, quia ſcio quanta vtilitas & ſecreta in eo lateant, ideoque ſpero ſcolaſticis non moleſtas fore repetitiones in ſcriptis meis. Non enim abſque cauſâ ſcribo quæ ſcribo, ſed ſermones mei ſunt breues & latum ambitum in ſe continent, & licet multiplices & ſæpe repetiti inexpertis ſunt obſcuriſſimi, pueris & infantibus inutiles, & ſolo diſcipulo artis vtiliſſimj.

Arcana multoties ſunt repetenda quia vtiliſſima nunquam ſatis inculcari poſsũt.

Datur & alia extractio per aquam cauſticam ſic, Vitriolum & ſal commune æquis partibus ſimul tere, & ex iis per latus aquam

Antimonij alia extractio purgãs per ſedes & vomitum.

diſtilla, ignem ſi vrgeas elicies liquorum butyro fuſo aut oleo ſimilem, hunc aſſerua ad tempus & vſum ſuum.

Caput mortuum pulueriſa & ſolue in cellâ in aquam quam ſeorſim collige & filtra per cartam. Exin accipe Antimonium Vngaricum minutiſſimè tritum in vitro fundo plano affunde ei iſtam aquam, repone in calore vbi ſi per tempus permanſerit ab initio amethyſti colorem imitatur violaceum, quod vbi ad hunc ſtatum reductum eſt, auge ignem & habebis colorem ſapphiri pellucidi ex hoc ſapphirino colore deſcendit puluis albus affuſâ aquâ communi intus aſſumtus idem facit quod extractio vitrioli crudi per ſedes & vomitum.

Conuerſio ferri in cuprum.

Solutio in cellâ ex capite mortuo extracta laminas martis tenues in ipſa coctas verè in Venerem mutat experientiâ teſte.

Arcanum alterũ antiquorum.

Audi iam & attende porrò. Oleum ſeu aquam ſupradictam in proceſſu memoratam affunde croco martis cum ſulphure ad rubedinem reuerberato prius, pone in calorem, extrahe tincturam martis ſanguineam. Deinde accipe huius extractionis partem, extractiones rubræ Antimonii cum ſale petræ exuſti & cum ſpiritu vini præparat. part. iij. aquæ Mercurij ſeorſim per tubulum iniecti partem vnam. calcis ſolis in hac aquâ cauſtica ſolutæ partem dimidiam, miſce & fundendo ex vaſe in alterum purga, mox per cineres igne mediocriter forti abſtrahe licet non totum tranſeat, remanet enim in

Præparatio aquę fortis.

ſundo pulcra rubca fixa ſolutio antiquis vlceribus perutilis. Caput mortuum quod ſupereſt liquorem adcò acrem parit ex reſolutione in loco opaco vt vix vlla aqua fortis ei comparari poſſit in acrimoniâ; ſed de his ſatis.

Hoc eſt præparatio Antimonij ſudoriferi.

Præparatur etiam ex Antimonio puluis albus ſic. Accipe Antimonij Vngarici & ſal petræ ter depurati tritorum partes æquales combure in ollâ noua quam nulla pinguedo tetigit in igne circulationis non ſimul iniecta ſed paulatim & ſeorſim infuſa, quod Spagyri antiqui Puffare vocant, artis enim ſtudioſus peregrinos ipſorum terminos diſcere debet ruſticorum ſermoni incognitos. Illa Puffatione ſeu ſuperiniectione perfectâ materiam illam duram in ollâ manentem pulueriſa eique in vaſe vitreo aquam communem tepidam affunde & cum materiâ ſubſiderit ſepara & refunde aliquoties vt ſal petræ abſtrahatur. Sicca & pulueriſa materiam & cum æqualis ponderis, ſal petræ miſce, procede vt prius, & hoc itera tertiò. Denique tere materiam quæ ſupereſt, affunde optimum ſpiritum vini & circula per menſem in cucurbita aut circulatorio bene clauſo, deinde exure ſuper nouum ſpiritum vini nouies aut decies, eoque labore peracto ſicca puluerem ſenſim & in catino fuſorio igni candeſcat die integro. Ex hoc puluere in loco humido reſoluto ſuper tubulam vitream aut lapideam aut in albuminibus ouorum fit liquor qui

Particularis Bezoartici lapidis ex Antimonio præparatio.

Mineralis Bezoartici pulueris virtus eximia.

in calore denuò ſiccatur in puluerem. Hic puluis equidem multa præclara operatur vix credibilia niſi teſte experientiâ, non agit ſubitò ſed ſenſim, & conceſſo otio prodit vires ſuas. Apoſtemate interiori laborans quotidie huius pulueris ſexies aut quinquies accipiat in ſpiritu vini aut vino mero quindecim grana, ſanabitur & paulatim ſanguine eiecto convaleſcet. Lue venereâ intra corpus laborans vtatur, ſimiliter radicitùs ſanabitur, producit pilos nouos, purgat ſa nguinem, multaque alia bona facit quæ breuitati ſtudentes omittimus. Non poſſum omnia adeò perſpicuè exponere vt quilibet ex ſcriptis meis medicus maximus euadat nullo alio labore, ferat tædium vt æquum eſt, cogitetque ruſticos panem albiſſimum comeſturos licet non triturauerint triticum. Nimis iam procedo in campum patentem in quo antiqui aucupes ſuas alaudas capiunt, quos mox juniores cum ſuis retibus ſequentur, nam meus ſtylus, ſicut omnia ſcripta teſtantur, peculiarem methodum habet ſicut & alij Philoſophi ante me fecerunt: quod verò jam proceſſibus immixtis mea Philoſophia mutetur nemo lector miretur, cum ſermo Philoſophicus differat ab alio ſermone nudo abſque manifeſtatione cum proceſſu deſcripto. Nota hanc differentiam nec accuſa me conſilij mutati in ſtylo Philoſophico, præparatione & proceſſu: in Philoſophico enim ſermone diſces & obſeruabis theoriam, ſed proceſſus

Minerale bezoar ex Antimonio vſu continuo curat omnes morbos.

cum ſufficienti admonitione docet praxin, ideoque in eo perſpicuis & ſufficientibus verbis vtendum.

Ex Antimonio (non crudo ſed ex eius regulo) præparatur balſamum multis morbis vtile ex quo Mercurius Antimonij viuificari poteſt: ſci. ℞. Antimonij Vngarici & tartari crudi partes æquales. Salpetr. partem dimidiam. trita fluant in fornace venti, effuſa in catinum refrigeſcant, regulus inuentus ter aut quater ſimiliter cum tartaro & ſalpetræ purificatur igne, & ſic albeſcit argenti inſtar fulmen ſuum paſſi & plumbum ſuum ſuperantis. Regulum hunc tere, affunde in vitro oleum iuniperi vel ſpiritum therebintinæ qui in diſtillatione primus aſcendit aquæ inſtar limpidus, benè obturata pone in balneo M. calore modico, ſpiritus ille ſeu oleum ſanguinis inſtar rubeſcet, ſefunde & rectifica cum ſpiritu vini. Habet eaſdem virtutes quas balſamum ſulphuris prout dicam cum de ſulphure agam vtriuſque enim ferè ſimilis eſt præparatio. Huius balſami tres guttæ in vino calido ter tantum in ſeptimanâ ſumtæ ſanat pulmonicos, aſthmaticos, pthiſicos, pleuriticos & antiqua tuſſi afflictos.

Balſamum Antimonij.

Oleum rubeum Antimonij reguli cum ſpiritu therebentinæ eſt arcanum pectoris.

Hoc idem balſamum paratur cũ aqua thærebentinæ ſi Antimonio crudo infundatur.

Fiunt etiam multa olea ex ſtibio, quædam per ſe, alia cum additamentis, habentque non eandem ſed diuerſas virtutes pro ratione præparationis. Parabolam tibi dicam multa animalia in terra duntaxat viuere vt vermes, ſerpentes & aliæ ſpecies quarum

interdum nouæ ex corruptione oriuntur prius ignotæ, alia in aquis digere vt piſces, alia in aëre vt aues, alia in igneut ſalamandra, inueniunturque alia animalia mira in regionibus & inſulis feruidis nobis ignota quæ vitam ſuam calore ſolari conſeruant & in alium aërem tranſlata ſtatim expirant. Ita Antimonium cum aqueo additamento præparatum aliud agit quàm cum igneo. Et licet omnis eius præparatio cum igne fiat abſque quo eius virtus non detegitur, nota tamen & conſidera additamentum terreum aliud operari quàm aqueum, & ſimiliter ſi Antimonium ſolum in igne in aërem eleuari & porrò præparari poteſt diuerſam à dictis præparationibus ſortietur virtutem.

Varia fiunt ex Autimonio pro varia præparatione.

Antimoniũ vt varietur in virtutibus ſuis oſtendendis.

Primum oleum ſtibij abſque vllo additamento & ſulphur ſic fit. Antimonio Vngarico crude trito affunde in cucurbita vitrea fundo plano verum acetum Philoſophorum, cum ſuo ſale acetum luta, putrefac in fimo equino vel balneo M. per 40. dies, corpus denuò aperitur fitque atramento nigrius quod ſignum eſt ſolutionis perfectæ. Hanc materiam nigram pone in alembico & lento igne abſtrahe, acetum remanebit in fundo materia informis quam tere & aqua pluuia diſtillata laua ad dulcedinem, ſicca, pone in circulatorio collo longo (quod debet habere tres ventres ac ſi tres ſphære cohærerent cum diſcrimine tamen, qualia ſunt ſubli-

Oleum antim. ſine additamento verũ & præſtans ex quo miranda fiunt.

Hoc balſamum ſeu oleum rubrum Antimonij difficil enam eſt præparatu ſed infinitæ eſt virtutis & energiæ vt videre eſt inferius.

matoria cum aludel, habens collum longum ſicut violæ) relinque in calore modico per duos menſes cum ſpiritu vini ad ſummum rectificato ita vt tribus digitis ſupernatet, luta: ſpiritus fiet ruber pellucidus rubini inſtar, ſefunde, filtra, terram nigram ſepara huic rei inutilem, ſpiritum vini in alembico vitreo benè lutato per arenam igne lento diſtilla, vehet ſecum tincturam Antimonij, elementa ſeparabunt ſe, videbiſque mirans tuum alembicum ac ſi ex auro puriſſimo factus eſſet, in fine pauculæ fæces reſidebunt, & aureus color in vitris perit: materiam diſtillatam in circulatorium funde & per 10. dies relinque, oleum Antimonij graue factum à ſpiritu vini ſeparatur & in fundum deſcendit, ſpirituſque vini ad primam ſuam claritatem redit & oleo innatat, ſepara ea ſeparatorio. Oleum hoc dulciſſimum eſt abſque vlla corroſiuitate, cuius vires à nemine credi poſſunt, ideoque ſulphur Antimonij balſamum vitæ voco, multum enim cum Deo profuit cum omni ſpe ſublatâ mors imminere certiſſima credebatur, prout fratres mei teſtari poſſunt. Hominem renouat, ſanguinem purgat cum tinctura corallorum mixtum lepram curat, ſcabiem ex impuro ſanguine ortam ſanat, melancholiam & triſtitiam pellit, membra & cor corroborat, præſertim ſiccum magiſterio margaritarum ſumatur: in lipothymiâ ſupremum eſt remedium, mixtum enim cum

Spiritus vini rubeſcẽs cum terra Antimonij ex ſolutione eius aceti.

Balſamum vitæ Antimonij miræ virtutes.

Virtutes eius.

oleo cinamomi æquali pondere & ſex guttæ in linguam iniectæ, nares verò & arteriæ eſſentia croci illitæ mox hominem euocant ad ſe.

Hoc dicit author quia multi rident & non credũt has virtutes quia in occulto ſunt & non manifeſtæ fiunt donec arcanum ſit peractum omnino.

Sed bone Deus, cur loquor, cur ſcribo, exiſtimó me apud pauciſſimos fidem inuenturum huic teſtamento quod meis diſcipulis relinquo, pauci tamen miraculis agnitis & experientiâ cognita exactius conſiderabunt, & mihi (qui Dei munere virtutem creaturæ vnitam ex profundo carcere liberaui & operatiuam exhibui) in tumulo putreſcenti honorificè gratias agent.

Aliud oleũ Antimonij purum ſine additione virtute mirum.

Altera via Antimonij abſque additamẽto per alembicum ducendi eſt hæc: ex Antimonio, tartaro & ſalnitro fit regulus vt iam ſupra dixi, illum regulum pulueriſa, pone in vitro magno rotundo in igne lento in arenâ, ſublimabitur Antimonium, ſed ſingulis diebus quod ſublimatum eſt penna abrade & reijce in vitrũ, itera donec nihil amplius ſublimetur ſed in fundo maneat regulus fixus & præcipitatus, ſed ſcito laborem hunc temporis egere antequam opus appareat. Hoc præcipitatum tritum in cella in lapide polito per dimidium annum relinquatur, tunc reſoluetur in liquorem rubrum fæces remanent, ſal enim Antimonij tantum liqueſcit, hunc liquorem filtra & in alembico abſtrahe flegma ad ſpiſſum vſque, quod repone in cella congelabitur in criſtallos rubore albicantes, ſi denuò purgentur omnino albeſcent. Verum ſal Antimonij eſt hoc

quod ſæpius feci, ſicca, miſce huius ſalis partem vnam cum tribus terræ Venetæ, diſtilla igne forti & primo albus ſpiritus, deinde ruber qui tamen etjam in album reſoluitur, hunc ſpiritum rectifica lentè in balneo ſicco & habebis aliud oleum Antimonij ſed priore longè inferius, eſtque potius ſpiritus quam oleum quia hoc ſal ſpiritualiter exprimitur. In febribus quartanis & alijs ſæpe laudem meruit, calculum veſicæ frangit, vrinam ciet, mundat vlcera vetera ſerpentia quæ ex marte ſuam operationem habent foris impoſitum, purgat ſanguinem ſicut ſal auri, poſſetque alijs adhuc morbis adhiberi ſed minus eſt perfectum quam oleum rubrum Antimonij cuius ſulphur ad ſummum redactum, purgatum & ſeparatum fuit.

Vires & virtutes olei Antimonij.

Curatio calculi ex ſale Antimonij dependet.

Deſcriptis ſulphure & ſale Antimonij, eorũ præparatione & vſu medico tranſibo ad Mercurij & eius medicæ virtutis enarrationem. Accipe ergo Reguli Antim. partes octo. Salis ex vrinâ humanâ clarificati & ſublimati, ſal armeniaci, & ſal, tartari ana partem vnam, ſalia miſce, affunde acetum forte, luta luto ſapientiæ, digere ſalia ſic per menſem in calore continuo, denique diſtilla acetum per cineres donec ſalia ſicca remaneant, quo facto admiſce terræ Venetæ partes tres, vrge igne forti per retortam habebis ſpiritum mirum: hunc ſpiritum funde ſuper regulum puluériſatum, putrefac ſimul duo-

Mercurius Antimonij qua via extrahitur.

bus menſibus, tandem abſtrahe acetum, reſiduo admiſce quadruplum limaturæ chalybis & vi ignis per retortam traduc, ſpiritus ſalis vehent ſecum fumi inſtar Mercurium ſed recipientis loco oportet apponere magnum vitrum aqua plenum ita vt ſpiritus ſalis cum aqua miſceatur, Mercurius verò congregatur & in fundo vaſis in verum viuum Mercurium conuertitur. Ita artifex viuum & currentem Mercurium ex Antimonio elicit quod à multis paſſim ſtudioſè requiſitum fuit, hinc iam eius vſum in medicinâ patefaciam. Accipe cum Deo huius Mercurii partem vnam, exprime per corium, affunde olei rubri ex vitrioli quatuor partes ad ſummum ante rectificati, abſtrahe oleum, ſpiritus olei cum Mercurio remanebunt, vrge, ſublimabitur aliquid, ſublimatum ad terram in fundo ſubſidentem reijce, affunde olei noui tantundem ſublima vt prius, itera tertiò. Quartò reijce ſublimatum in ſuam terram, tere ſimul & purum erit criſtalli inſtar, pone in circulatorio, affunde tantundem olei vitrioli & triplum ſpiritus vini circula vſque ad ſeparationem, ita mercurius in oleum reſolutus ſupernatabit inſtar olej oliuarum, ſepara hoc oleum & pone in circulatorio vitro alio, affunde acetum acre diſtillatum, ita oleum pondus ſuum intra viginti dies aut circiter recuperat & in imo ſubſidit, & quod venenoſi reſtat in aceto remanet nubilum & ſubnigrum. Et hoc miraculum eſt naturæ contrarium quod oleum

Sunt & aliijæ apud authores viæ extractionis mercurij ex Antimonij regulo vt ſi ſoluatur Antimoniũ aqua forti diſſolutioni addatur ſal tartari & ſal Armoniacum donec fiat paſta, paſta hæc diſſoluatur aceto diſtillatitio & putreſcat, deinde forti deſtillatione exſiccatur materia & per ſublimationem extrahitur Mercurius currens.

Oleum ex Mercurio Antim.

Hoc etiam poſſet fieri cum Mercurio vul-

initio natans tandem ſubſidat: ſed nota & oleum vitrioli graue eſſe, ideòque mercurium qui in ſua ſeparatione nondum omnino purus eſt ſupra ſe fert, verùm cum leuis impuritas ab aceto recipitur, tunc oleum ſuum pondus recuperat & in fundum it compactum effectum. Hoc eſt oleum ex mercurio Antimonij quarta omnium remediorum columna, vbi iam es leproſe ſanitatis medium tibi procurabo; hoc oleum ſanat apoplexiam, confortat cerebrum & rationem, excitat ſpiritus vitales cerebri: quicumque aliquandiu quotidiè hoc oleo vtitur aliquo incommodo affectus amiſſis vnguibus & pilis reiuueneſcit, ſanguis purgatur, omne malum expellitur, morbus Gallicus ludus eſt huic medicinæ quæ illum radicitùs eijcit breuiter, laus huius remedij nec linguâ nec calamo deſcribi poteſt. Miſerrima gleba terræ & ſacce vermium cur retardas Creatori tuo ſacrificium Euchariſticum offerre pro remediis tibi conceſſis? Vos vtriuſque medicinæ Thraſones iactabundi venite ad me monachum & famulum Dei patefaciam vobis quæ oculi veſtri anteà non viderunt, oſtendam vobis viam ſalutis quam modum obſeruâſtis, ſi quis rectiores præparationes nôrit ne ſileat ſed loquatur, diſcendi cupidus ſum neque me pudet vlterius inquirere & lucem ſcrutari quam nondum vidi, cum ſæpè dixerim neminem vnum omnia naturæ arcana ob vitam breuem precipere poſſe.

gari, ſed non eſſet tantùm virtutis, ac ex Mercurio Antimonij.

Virtutes olei Mercurij Antimonij.

Quicunque verò artifex experientiæ minus

habet quam ego meaque ſcripta non capit funditus, me authore ſileat neque ſcripta mea corrigere aut vituperare præſumat garritu inconcinno multiſque verbis inutilibus quod in ſcholâ non audiuit, neque capit iuridicorum proceſſus: termini enim mei diuerſi ab iis quibus vtuntur aduerſarii mei, quos pudet laboris arbores bonas ſerendi & bonos fructus inſerendi, vnde agreſti arbori inhærentes non poſſunt ad vllum ramum ſuauem arboris cicuris hortenſis peruenire. Imperite homo ne primo verbo iudices tibi ignota, neque condemna quæ nec cogitatione nec ſtudio attigiſti.

Multi quidem ruſtici dicunt piſces in aquâ frigore mori, verum quicunque hoc dicit ex ignorantiâ & imprudentia loquitur quod probari nequit, ſi enim hyeme maximâ ſuperficie aquarum congelatâ identidem foramina fiant ruptâ glacie nullus piſcis moritur ob frigus; ſed ſi ſtagnorum & aliarum aquarum glacies non frangatur piſces mori certum eſt non frigore ſed aëris defectu, qui glaciem integram penetrare nequit; certum eſt enim nullum animal abſque aëris vſu poſſe viuere, vnde piſces ſub glacie ſuffocantur non verò frigore enecantur. Applico hoc exemplum. Oportet Antimonio ob multiplicem vſum foramina à metalli foſſore in monte fieri vt aëre fruatur, deinde ipſum aqua, aëre & igne præparari oportet ne ipſius fœcunditas in terrâ ſuffocetur ſed multiplici præparatione medici manifeſtetur ad ſperatam morbi corectio-

Piſces non frigore ſed aëris defectu moriũtur.

nem quæ inquiſitionis cauſa fuit. Miſerrime homuncio Antimonij oſor & ſpretor, qui id merum venenum clamas vbi eſt eloquentia & Rhetorica tua vt te defendas? Cum verò nec album nec nigrum nec vllum alium colorem in hoc negotio intelligas de præparatione Antimonij, ignoreſque virtutem & commoda eius iure taces & hos ſermones & ſcripta aures tuas præterlabi ſinis (ob tuam imperitiam) fluuij impetuoſi inſtar à vento agitati, times enim ne vento & vndis creſcentibus nauicula tua rimoſa penitùs ſubmergatur. Vt periculum hoc euadas cum Apoſtolis maturè magiſtrum tuum dormientem precibus auxilium roga, non hypocriſi ſed corde ſincero & puro, ſic ſaluaberis & reipſâ comperies mare & ventos tibi morigeros, & omnia ad deſideratum finem perduces.

Oſores Antimonij increpat multis iniurijs, cum non reſipiſcant, & credant Antimoniũ eſſe veram medicinæ columnam.

Bone Deus, ſi hæc eſſet hominis mens aliquid ſtudio & labore aſſequendi abſque dubio fortunæ & muſæ ei fauerent, & ille diſcipulus artis experietur in ſuæ artis muſæo & gratiæ habitaculo proſperitatem & ſalutem fore, vt percipiat certum fundamentum, ſaturum, immaculatum & conſtantem lapidem angularem ſuper quem poſſit fundare tutò ſuam conſcientiam, & ſic garritus inutilis apud ægrotos diſputantium omittetur, ex ſcholis eijcietur, & tacens cum loquente vices ſuas permutabit & publicè aſſeret probabitque arcem lapideam non æquè facile exuri poſſe ac columbarium ſeu tuguriolum

ſtramineum vel nidum ligneum ciconiæ antiquum quotannis à ſole exſiccatum.

Per centrũ intelligit author, virtus intrinſeca rerum quæ in intimis radicata eſt ideo centrũ eſt ſemper perquirendum.

Diſcipuli mei attendite rectè ad admonitionem meam ſimplicem acumine intellectus, requirite ſtudioſè centrum quod ex facie externâ vix vel nunquàm cognoſcitur, perquirite virtutem eius ſolicitâ expectatione ſicut venator feram, attendite veſtigia niuis vt diſcernatis ne capiatis ceruum pro damâ, aut leporem pro vulpe ex veſtigiis malè intellectis & peius iudicatis. Proijcite rete veſtrum, rectè ita enim iactus piſcibus optimis fœcundus erit, rectè tendite retia veſtra & illicem rectè illigare & auceps ſuo deſiderio cum fructu ſatisfaciet. Summatim vt cuique quærenti dem admonitionem vltimam dico; chare auceps retia & plumas volubiles debita ratione vento expone, & tu nauta attende ad pyxidem tuam cùm diu noctuque nauiges in alto mari, & ſæpè à tempeſtatibus huc illuc iacteris, ſic enim non fruſtraberis ſpe tuâ ſed capies tandem aliquid, & nauem tuam cum vſurâ mercium tuarum ex regionibus remotiſſimis non fruſtrà ad portum appelles. Verum quid tero tempus loquendo & comparando ſtamen inane trituro ſophiſtarum garrulorum inſtar cum ita mea ſcripta nata ſint vt paucæ literæ in iis abſque fructu dilabantur & abſque vlla vtilitatis ſcintillâ extinguantur; imò contra in ſe continent certam doctrinam & inſtructionem vt ſcribendi labor mihi recreatio quædam & voluptas ſit.

Vnicum

Vnicum paſſum retrogrediar gladiatoris inſtar & nouam ſcholam in laboratorium inducam de rebus ſcilicet externis vt declarem & manifeſtem rationem & præparationem Antimonij, vt probetur reuera medicina vtiliſſima morbis externis, proceſſum itaque meum verbis pauciſſimis exponam. Mi diſcipule artis amans qui cupis arcana naturæ perquirere, occultiſſima myſteria indagare, vt dignoſcas diem à nocte tenebras à luce, dico tibi. Acc. Antimonij Vngarici optimi partem vnam, ſalis communis aut foſſilis partem dimidiam. Terræ figulorum non coctæ partes ſex. Trita miſce, diſtilla igne forti, continuò exibit oleum rubrum à quo abſtrahe phlegma per diſtillationem vt remaneat in fundo puluis rubeus ſiccus, teratur & ſuper tabula marmorea reſoluatur, prodibit balſamum rubens pellucidum cæteris balſamis vulnerarijs longè nobilius, vtiliſſimum in vulneribus antiquis quæ vulgus medicorum cum ſuis emplaſtris, vnguentis, oleis & ligamentis ſuſpecta & periculoſa æſtimant, cumque riſu equo frænum demere & ephippium deponere eumq; in equile vnde eum eduxerant reducere coguntur. Mea conſuetudo loquendi iam nihil aliud continet, monachus enim non poteſt omnia adeò perſpicuè ſcribere ac officij ratio & neceſſitas poſtulant, quia ignorat negotiorum circumſtantias, ignorat (inquam) illorum terminos vt formaliter non poſſit ſatis illos

Oleum Antimonij rubrum ad vulnera mirum.

Kerbring 264

Balſamum Antimonij pro vulneribus conſolidandis.

in lucem prodere, rogetque veniam quicquid illà in parte peccauerit, inuicemque ipſe in ſpirituali ſuo munere ſingulis Chriſtianis die & nocte ſeruire paratū ſe oſtendet, precibuſque aſſiduis lectoris benignitatem remunerabit. Hoc oleum in plurimis maximi momenti vulneribus & vlceribus antiquis ſaluberrimum inuentum fuit, neque ej multa remedia ſuperiora aut æqualia ſunt, præter oleum Antimonij cum ſublimato Mercurio vulgari præparatū potentius & nobilius eſt hoc in ſanandis cancris, gangrænis, lupis, noli me tangere. In fiſtulis verò & vlceribus ſerpentibus præſcriptum oleum ſuas vires admirabiliter per experientiam oſtendit in multis incredibilibus, quæ prætereo recitare ne quis me ambitioſum & honoris cupidum credat, quod vitium ſemper fugi, fugio & fugiam Deo & B. Maria auxiliantibus.

Præſcriptū hoc oleum rubrum Antimonij cum Mercurio ſublimato coniunctū eſt arcanū cancri & fiſtularum.

Præparatio breuis pulueris hermetici.

Præpara ſic. Acc. Mercurij vulgaris extincti optime & puriſſimè ſublimati, Antimonij. Ana part. æqual. trita & mixta diſtilla per retortam (quæ ſpiritus retinet) tribus vicibus, rectifica hoc oleum cum ſpiritu vini, & eſt paratum & ſanguinei coloris, ab inicio erat album, coaleſcit ſicut glacies aut butyrum fuſum. Hoc oleum multa mira peregit quæ alioquin natura vix permitteret credi emendari poſſe, ſed tamen ſemper virtus, facultas, & operatio eius apparuit ex malo faciens bonum.

Kerkring 267.

Præparatio in oleum rubrum.

Cum additamento aliud oleum præpara-

tum vulneribus exterioribus vtiliſſimum. Acc. Antimonii. Sulphuris ana partem. 1. Salarmon. ſal-vrinæ clarificati ana part. dimidiam; Calcis vitæ partes. duas. Trita miſce, diſtilla; ſi quid ſublimatur abrade & tere denuò cum capite mortuo, refunde oleum quod abſtraxiſti diſtilla vt prius, & hoc tertiò & eſt paratum. Vetera vulcera maligna & contumacia omnem ſanationem reſpuentia hoc oleum non ſpernunt, eſt fortiſſimum, penetrantiſſimum, & certiſſimæ ſanationis fundamenta facit ſicut & oleum vitrioli.

Aliud oleũ cũ addito.

Kerkring. 268.

Vlcerum omnium incurabilium arcanum.

Præparatur etiam balſamum vulnerarium mirum ex pluribus rebus quarum Antimoniũ eſt vna, ſic. Acc. ſulphuris vncias quatuor liqueſcat igne lento, admiſce argenti viui libram dimidiam, moue cum bacillo donec in maſſam coïuerit, quam tere, quia præparata eſt ſicut cinnabaris præparari ſolet: tere ſimul Antimonij vncias. 4. Arſenici rubri vnc. 4. Croci martis vnc. 2. laterum puluериſat. vnc. 8. Sublimentur ſimul vt artis eſt in vaſe vitreo habebis rubinos orientalibus non inferiores, quoad colorem dico, ſunt enim volatiles, nihilque fixi habent. Hi rubini à Cinnabari in ſublimando ſimul aſcendente ab artifice optimè ſeparantur, teruntur, extrahuntur cum aceto, quo labore facto acetum abſtrahitur in balneo M. ſenſim, puluis in fundo remanens teritur minutiſſimè & cum ſpiritu vini in alio vaſe extrahitur, fæces remanentes ſeparantur, hæc extractio cum ſpiritu vini in vaſe benè lutato digeritur in balneo

Kerkr 269.

Aliud oleũ Antimonij vlcerum arcanum optimum.

Rubini ex auripigmẽto, aceto diſſoluẽdã tincturam miram pro vlceribus.

M. per menſem, denique abſtracto ſpiritu vini (vt anteà aceto) puluis remanens in fundo rotundo cucurbitæ imponitur vaſi aquæ pleno in caucâ vt in eo natet ſcaphæ inſtar, ſic paucis diebus reſoluitur in liquorem pulcrum pellucidum, antiquis vlceribus & vulneribus vtiliſſimum ſi pennâ illinatur & imponatur emplaſtrum commune vulnerarium, neminem in auxilio deſtitutum patietur ſaltem in ijs vulneribus externis quæ antiqua & omnis medicinæ incapacia ſunt. Illæ verò ſolutiones continui quæ ex cauſâ aliquâ intrinſecâ dependent non hîc intelliguntur, ſed ad illarum ſanationem aliquid amplius requiritur quæ ſanè recuperari nequit abſque remediis internis ſymptoma & centrum morbi exiccantibus & radicitus euellentibus, licet hodie pauci ſint in mundo magiſtri qui hoc, dequo iam ſcribo animaduertant & exactè conſiderent. Si homo conſideraret miſeram vitæ noſtræ conditionem, in quam ex Protoplaſtorum lapſu incidimus, quem lapſum peccatum originale, & omnigenæ calamitates ſecutæ ſunt, imo ſæpe multi graueſque morbi quibus oneramur, rectiùs & vtiliùs tempus inſumeret vt charitate Chriſtianâ proximi ſui ſalutem perquireret, quam ex officio commendatam à principe cœli habet: ſed quia plerique tempus nugis terunt & perdunt, laboremque vt pote moleſtum reſpuunt in antiquâ ſuâ opinione permanent, carnemque abire ſinunt ne digitos perluant nec manus vngere cogantur, ne ſaponis pretium apud

Solutiones continui ab interna cauſa non curantur externis.

Omnes ferè morbi curatu eſſent faciles ſi alchymiæ ſedulo nauarēt operā medici.

mercatores augeatur quo ſe purgare & lauare poſſent. Miſeri nihil proprii in hoc mundo habemus de quo gloriari poſſimus, hoſpites ſumus in conducto apud Deum habitantes, qui nobis omnia bona dum viuimus vſui dedit non mancipio, deberemus itaque ita corporaliter & ſpiritualiter nos gerere erga eum ſicut fideles inquilini erga locantem, & illo die cum omnia locata bona ad ipſum redibunt bonâ conſcientiâ (cum cœleſtis ille paterfamiliâs rationem ab omnibus exiget) ſubſiſtere? ne ob peccata & ingratitudinem noſtram in carcerem exteriorem ſupplicij, vbi erit ſtridor dentium, proijciamur. Si homo hoc ſemper conſideraret non eſſet mirum ſi cor eius nunquam de vllo peccato patrando cogitaret, officioque ſuo diligentiſſimè fungeretur, vt proximo ſuo ſeruire poſſet: verum mundus parum aut nihil hoc curat, ſed pecuniam per fas & nefas corradit, potentes nihil curant & plebej illos iuuant, vim æquitatis nomine defendunt vt male quæſitorum parte & ipſi fruantur & ſeruorum inſtar dominorum bona fideliter deuorent, cauete (inquam) ne oſſa vobis in guttere hæreant, & piſcium ariſtæ cor configant. Sed hæ admonitiones ſunt irritæ, mundo ridiculæ & cõtemptibiles, nam cum olim difficile iter ad D. Iacobum Compoſtellanum peregrinus ex voto peregiſſem, & redux in coenobium meum (pro quo adhuc Deo gratias ago) crederem multos mecum gauiſuros & Deo gratias acturos pro ſanctis reliquijs quas in

In hoc mundo nihil propriè poſſidemus niſi ex conducto, Deus dat quibus placet, quid & quantum vult.

Non curamus niſi pecuniam & perinde Alchymiæ non ſtudemus cum in ea acquirenda multũ pecuniæ diſperdatur

Corruptio morum & auaritia.

auxilium & ſolatium noſtri cœnobij & omnium pauperum mecum attuli, at pauci vitam ſuam emendant, pauci gratos ſe pro tanto beneficio Deo monſtrant, quin imò auxerunt ex illo indies irriſum, contumelias, blaſphemias, ſed judex iuſtus in vltimo iudicio punire eos optime ſciet. Satis de his, ad Antimonium redeo, ex quo præparatur aliud remedium quibuſcunque febribus vtiliſſimum, nec non in tempore peſtis. Accipe Antimonium optimè tritum abſque vllo additamento, diſtilla igne forti per retortam cui adhæreat recipiens vitreum magnum, itera ter vel quater, ſic tandem ex eo fit puluis rubeus, quem extrahe cum aceto diſtillato, circula extractionem igne lento per decem dies, mox diſtilla ad abſtractionem aceti, reſiduum artificio peculiari vrgetur vt tranſeat in oleum, quod adhuc circulatur & pelicanatur donec flegma abiuerit & rurſus in pulucrem reducatur, aceto ſeparato prius diſtillatione & oleo vltimo in nouo recipiente collecto. Hoc oleum curat quotidianas, tertianas & quartanas febres datis 4. granis eius cum aquâ cardui benedicti diſtillatâ operto ægroto vt ſudet.

Remedium pro febribus quibuſcunque & peſte ex ſolo Antimonio depromptum.

Pro peſte remediũ ex Antimonio

Eadem doſis cum ſpiritu vini vel aceto diſtillato (prout peſtis cum feruore aut frigore primò inuaſit) peſtem potentiſſimè pellit, ſicut tres ex meis fratribus peſte correpti teſtamento facto morti ſeſe iam dedentes erepti fuerunt hoc arcano, & inde ijs meam medicinam pluris quam prius

fecerunt, & precibus & labore manuali poſt cultum Dei peractum me iuuerunt adeò ſolicitè vt tandem mecum multas experientias conſequerentur, vnde illorum & aliorum fratrum noſtrorum induſtriâ plura arcana naturæ vno anno detecta ſunt quàm priùs longo tempore, pro quo ad extremum ſenium ijs gratias egi, agerémque porrò toto corde quia de me alijſque probis Chriſtianis optimè meriti ſunt, ſed quia me viuo obierunt remunerationem illorum à ſupremo & cœleſti Archiatro peto, qui ſine dubio fratribus meis in cœlo ſufficiens præmium perſoluit, vt cœleſti mercede lætentur pro eâ quæ ijs in hâc vitâ prærepta eſt & ab imperitis non potuiſſet & ingratis hominibus perſolui.

oleum vulnerarium cum addito

Fit & aliud oleum vulnerarium ex Antimonio cum additamento, ſic ℞. Antimonij, ſulphur. Salpetr. ana part. æquales obtura ſub campana fieri ſolet, ſed rectiùs facies ſi alembicum cum recipiente adhibeas & plus olei colliges quàm per campanam: colore eſſe ſimile oleo communi ſulphuris, ſed multo fortius eſt ob additamentum potentiuſque operatur quàm commune oleum vulnerarium ex ſulphure: intus datur Pulmonicis, foris adhibetur vlceribus putridis & fœtidis: doſis intus tres guttæ cum ſpiritu vini, foris ſolum adhibetur impoſito emplaſtro vulnerario obſeruabis in omnibus malis eſſe remedium inſigne.

Virtus.

Aliud oleũ pro gãgrę-noſis morbis & vlceribus.

Kerbr. 231.
Des Fabr. 87

Aliud oleum Gangrænoſis morbis & vlceribus antiquis vtile ſic paratur. Antimonij triti libra vna, ſalis communis libra media, terræ figulorum non coctæ libræ quinque commixtæ, trita in retortâ diſtilla, prodibit oleum flauum, ſpiritibus omnibus egreſſis materiam in aliud vitrum pone, flegma abſtrahe, puluerem remanentem ſuper marmor in caueâ repone, reſoluetur in balſamum liquidum morbis ſerpentibus & gangrænoſis præcipuè faciei humanæ & mamillarum muliebrium vtiliſſimum. De hoc balſamo plura ſcribere poſſem niſi timerem imperitum & garrulum ſophiſtam dicturos me (ſuo iudicio) nimis ſcribere, multaque in chartâ docere quæ non inueni vſu ſed imaginatione tantùm concepi.

Aliud oleũ perineupmoniæ & pulmonis morbis vtiliſſimum.

Fit & aliud oleum ſic. ℞. Antimonij partes quatuor. Salarmoniaci partem vnam trita ſublimentur igne lento & ſic ſal ſecum extollit ſulphur ſanguineum Antimonij: hoc ſublimatum tere optime & pro ſingulis libris Antimonij crudi vncias quinque ſublima vt prius. Hoc ſublimatum in humido loco optimè ſoluitur; aliâs ſal ab eo ſepara, ſenſim id ſicca, habebis ſulphur combuſtile inſtar vulgaris paſſim venalis. Hoc ſulphur cum tempore extrahe cum aceto diſtillato, & aceto in balneo M. lento ſeparato extrahe tincturam eius, & puluere remanente ſubtili artificio in recipiens attrahe, ſi artis ſtudioſus hanc viam rectè inſiſtat inueniet oleum dulce excellens abſ-

Morbis pectoralibus vtile.

que vlla corroſione aut periculo, ſanat peripneumoniam, pellit laterum dolores, & aſthmatici accipiant manè & veſperi cubitum ituri duo grana cum elixire aut ſpiritu vini, morbis pectoralibus medetur, ex pectore omnes impuritates pellit, & mihi vltra ſpem in multis auxilio fuit. Sed cum in alijs præparationibus virtutes Antimonij ſatis deſcripſerim fruſtra me hîc repetere non iudicaui operæ pretium, ne ſtudioſis tædio ſim & ſuſpiciones ijs excitem neſcio quas. Liquor ex hoc ſulphure Antimonij factus (vt iam dixi) adhibetur remedijs externis vtiliſſimè, aufert omnes ſordes cutis & ſi parum olei ei admiſceatur tollit lichenes & maculas manuum ſæpius illitas, cutem nitidam facit, & alopeciam ſeu capitis ſcabiem ſanat.

Alopeciæ cura.

Præparatur adhuc aliter ſulphur Antimonij. Antimonium tritum coque duabus horis vel amplius in lixiuio forti ex cineribus affuſo aceto fortiſſime, Antimonio filtrato ſubſidit ſulphur rubens, ſefunde phlegma, ſicca puluerem, extrahe cum aceto diſtillato tincturam ſicut in ſuperiore ſuphure, redige in oleum per diſtillationem, quod non eſt inutile, debilius tamen quàm ſuperius cuius ſublimationis initio corpus Antimonij ſale Armeniaco recluſum & ſolutum fuit.

Sulphur Antim. & oleum rubrum.

Sequuntur circa Antimonium tria Spagiro maxime neceſſaria, præparatio aceti ex minera æris ipſius, ſtella ſignata Phi-

Nota tria ex Antimonio.

loſophorum, & plumbum Philoſophicum multis plurimi æſtimatum, qui crediderunt ex eo effici poſſe verum Mercurium Philoſophorum, ſed impoſſibile eſt, neque enim tantum illi à Deo conceſſum eſt vt in vel ex antimonio inueniatur Mercurius Philoſophicus, primum Ens, argentum viuum & aqua prima metallorum perfectorum, ex quo fit magnus lapis antiquorum Philoſophorum: *Sed hoc primum Ens in alio minerali inuenitur in quo metallicâ ratione operatio altior eſt quam ſtibij*, licet & hoc particulariter vtilitati ſit. Nota optimè internæ & externæ medicinæ columnam eſſe in omnibus apothecis ſi debitè præparetur quod iam ſæpè dixi, nihilque deeſt quàm vt artifex diſcat diſcernere naturas metallorum & mineralium, obſeruetque exactè præparationem & vſum Antimonij, ad quæ (& non prius) ſequetur rectum iudicium. Satisfaciam ergò promiſſioni meæ & diſcipulorum meorum votis & perdocebo notitiam vltimæ & veræ ſeparationis boni à malo, à præparatione aceti Philoſophici ex Antimonio initium ſumens. Aes ex quo Antimonium funditur & purgatur teritur minutiſſimè & in phiala vitreâ longiſſimo collo affunditur ei aqua pluuia diſtillata vt dimidium vitrum plenum ſit, lutatum putrefiat in fimo equino donec æs efferueſcere & ſpumare incipiat aſcendendo, tunc eximatur, quia hoc ſignum eſt corpus apertum eſſe. Materiam ita digeſtam pone in cu-

Ex Antimonio nō poteſt educi verum acetum Philoſophorum.

Acetū Antimonij nō eſt acetum Philoſophorum niſi particulariter velis operari.

Initium aceti Philoſophici ex Antimonio.

curbita benè lutatâ & abſtrahe aquam quæ ſubacida erit, quâ extractâ auge ignem, ſublimabitur aliquid, hoc ſublimatum cum fæcibus mixtum denuò aquâ abſtractâ rigatur, diſtillatur vt prius, & hæc iteratur toties donec habeat acrimoniam aceti fortiſſimi diſtillati, ſublimatum verò in ſingulis diſtillationibus decreſcit. Hoc acetum ſic præparatum affunde Antimonio æris nouo trito in pelicano vt tribus digitis ſupernatet ſtet in calore 12. dies, ita rubeſcet acetum & fiet acidius, hoc ſepara puriſſimè, & diſtilla per balneum M. abſtrahetur acetum, & rubedo ſubſidet in fundo: hanc extrahe cum ſpiritu vini & erit optima medicina. Acetum rectifica denuò in balneo vt phlegma ſeparetur, deinde ſolue in eo proprium ſal vt in quatuor vncijs aceti, vnam ſalis diſtilla fortiter per cineres ita fortius fiet acetum. Refrigerat mirum in modum, vltra vim aceti vulgaris ſedat gangrænam ex puluere tormentario incenſam aliaque damna feruida ſi cum anima ſaturni teratur in vnguentum & cataplaſmetur. Cum aquæ Endiuiæ mixtum & incenſo fixo ſalpetræ cum ſulphure præparato ſquinantiam diuidit & calorem extinguit.

Qua via & methodo acetum acerrimum ex Antimonio præparetur, vt tinctura rubea Antimonij, aceti illius ope extrahatur.

Sedat grãgrænam.

Pro ſquinantia.

In peſte ſingulis vicibus cochlear plenum hauſtum, & foris etiam ſupra bubonem cataplaſmatum cum tertia parte aquæ diſtillatæ ex ſpermate ranarum combuſto, extrahit venenum & refrigerat.

Pro peſte intus, & extra.

Lapis ſignatus Antimonij magni fit à mul-

De lapide ſignato.

Regulus martis Antimonij nullo pacto eſt materia lapidis phiſici vt multi putarunt.

tis, plurimique nihil non fecerunt vt cum præpararent; quidam voto potiti ſunt, alijs propoſitum in aquam abijt, plerique putarunt hanc ſtellam eſſe materiam veram Lapidis Philoſophorum cogitantes ſeueraciter hoc imaginari quia natura ſtellam hanc ſponte ſuâ formauit. Ego verò nego: hi viri regiâ viâ relictâ per auias rupes vbi ibices habitant & prædatrices aues nidificant iter inſtituunt, non id debetur huic ſtellæ vt materia ſit lapidis nobiliſſimi, licet in eo lateat medicina optima, fit autem ſic.

Quomodo fiat ſtella ſignata Antimonij.

Accipe Antim. Vngar, part. 2. Chalybis limati part. 1. tartari vſti part. 4. liquefacta ſimul funduntur in catino aurificum in quo aurum purgant, ſine refrigeſcere, ſepara regulum à ſcoriâ & fæcibus, trito adde triplum tartari vſti, funde vt prius, ſepara, tere, adde denuò triplum tartari vſti & funde, ita regulus purgabitur. Si rectè procedas (quod primum hic eſt) habebis ſtellam albam, ſplendidam argenti puri inſtar diuiſam ac ſi optimus pictor in radios deſcripſiſſet. Hæc ſtella cum ſal-armon. ſublimata rubeſcit, aſcendit enim tinctura martis, hoc ſublimatum in cella ſoluitur in oleum vulneribus vtile. Ducitur etiam hic Regulus vel ſtella cum* ſerpentibus lapideis ſæpius per ignem, ita vt tandem omninò conſumtus ſerpenti ſe aſſociet, quo peracto artifex habebit materiam feruidiſſimam & totam igneam in quâ multa artificia latent, & hæc materia reſoluitur etiam in oleum quod per diſtillationem traduci & deinde rectificari debet

Stellæ ſignatæ Antimonij oleum rubeum.

*Hoc eſt cũ mercurio ſublimato, ſerpentes enim lapidei hoc eſt vitriolũ & ſalpetra inſunt ſublimato.

Eſt enim butyrum martis Antimonij & mercurij vna cum ſpiritibus vitriolij & nitri, quæ omnia fecundiſſima ſunt.

donec purum & limpidum ſit. Ejus vſus in corpore eſſe poteſt vt in liquore commodo duobus ſcilicet vncijs vini aut aquæ alicuius diſtillatæ pro ratione morbi detur, ſed bis tantum in ſeptimanâ, & tres ſolum guttæ non plures. Spectet itaque medicus morborum cauſas, ægroti complexionem vt remediis ſuis tutò vtatur. Eſt autem oleum hoc maximæ acrimoniæ in quo multa latent non manifeſtanda plebi, vt arcana quædam Philoſophis reſeruentur qui tot acerbiſſimos labores impenderunt ſingulis diebus, meis veſtigiis inſiſtentem ne pigeat quærere, ita inueniet ſicut ego labore improbo reperi quod toto corde petieram.

Rubeũ hoc oleum mira præſtat in metallo rũtinctura,

Satis multa ab inicio tibi præſcripſi ex quibus finem quæras, multi verò moriuntur qui inicium nondum attigerunt & ante magiſterii conſecutionem obierunt, ideoque librum de principiis relinquere volui vt diſcipuli mei primæ experientiæ gnari eò citiùs ad finem optatum venientes Deo & mihi gratias agant. In hoc oleo hoc mirandum quoque videtur quod criſtallos aggreditur per triduum ante calcinatos, extrahit ſal ex ijs, quo facto oleum adhuc ſemel per retortam ducitur, & habetur remedium adeò potens vt calculum veſicæ conterat & expellat, pluraque alia perficiat.

Arcanum calculi frãgendi in hoc oleo quod ſoluit criſtallos.

Circa plumbum Philoſophorum ſciat naturæ ſcrutator Antimonium plumbo vulgari eſſe affine, ſicut arbor nimiam reſinam (quæ ſulphur eius eſt) ex ſe expellit, ſicut

De plũbo Philoſophorum ex Antimonio.

Plumbum philoſophorum eſt regulus Antimonij

Regulus ex chalybe copulati componũt ſtellam ſignatam Antimonij.

in ceraſis & alijs gummi ſuum eijcientibus videtur; aliæ verò arbores Mercurio nimis abundantes alias plantas ex ſe produnt heterogeneas, vt in quercu & pomo videtur quæ tales ſpurios & monſtra procreant: ita & terra abortus edit in ſeparatione à puris metallis reiectos. Cùm itaque ſtibium ſaturno affine propter ſulphur nimium ab hoc eijciatur, neque in natiuitate ad corporis fuſibilis perfectionem venire potuerit minerale manſit, quia nimietas ſulphuris calidi abundantia vicit & Mercurium frigoris inopiâ coagulari in corpus fuſibile prohibuit. Plumbum verò Antimonij nihil eſt quàm regulus eius nondum fuſibilis, & ſicut dixi cum regulus & calybs fuſione copulantur & ex ijs ſtella fit, ex qua multi errantes lapidem antiquorum Philoſophorum fruſtra facere niſi ſunt, remedia verò ex eâ parabilia iam docui, nec repetam. Agnoſcitur verò hic regulus plumbum, quia ille quem ſtibium ex ſuo vitro per ſe dat ſi cum ſale ſaturni per tres horas (prius cementatus) in catino bene clauſo in fornace venti fundatur & eximatur ſit malleabilis, grauiorque eſt quam prius quia à ſale habet malleabilitatem & incrementum vt corpus fiat compactum & ponderoſum: neque eſt magna differentia inter ſtellam ſignatam & plumbum ſtibij licet multi artifices vt diuerſa proponant; vtrumque enim fit ex regulo, & ad eandem medicinam præparari poſſunt vt dixi. Deſinam hîc, & poſt

Conuerſio Antimonij in plumbũ ex ſale plũbi, deficit enim ſal in Antimonio ſi addatur fit malleabilis & verũ metallum

appendicem ſequentem lapidem ignis exponam. Aſpiret Deus, aperiat aures & corda pertinacium benedicatque ijs vt miraculis naturæ agnitis omnipotentiam eius laudent, proximum iuuent. Amen.

APPENDIX.

TANDEM nota ſtibij alios eſſe vſus vt in characteribus typographicis, item ſub certis conſtellationibus & planetarum coniunctionibus metallis mixtis fiunt ſigilla & caracteres miræ virtutis, & ex certâ commixtione ſpecula diuerſarum facierum & proprietatum: tintinnabula item & ſtatuæ, quæ cùm nihil ad medicinam faciant, neque meam vocationem ſpectent meo officio immanens alijs artificibus illa tractanda relinquam.

Pergit ibi Baſilius enarrare occultas proprietates Antimonij

ACROSTICHON.

AB initio cum terra me concipiebat
Naſcebar ex ſolo cœlo
Tum iuuit fideliter vt naſcerer
Iaſon duplicatus electus.
Meam virtutem dedit mihi calor ſolis,
Omni igne carens non ſudo ſanguinem,
Nec non accipe Plutonem tibi ſocium.

Hoc eſt Antimonium præparatū & ab artifice à ſuis immūdicijs vendicatū plus habet virtutis ab ipſo artifice quam ab ipſo cœlo, & natura, dat enim longam vitam, & diuitias quas per ſe ex natura ſua dare non poteſt.

In pugnâ ſit ille calefactor,
Vulcanus verum ſuum honorem oſtendit,
Mathuſalem gratias tibi agit.

DE CVRRV TRIVMPHALI Antimonij & quidnam ſit Lapis ignis.

ALIQVANDO ſerijs precibus Deo fuſis à ſuperfluis cogitationibus & mundanis negotijs abſolutus ſtatui ſpirituales caſus meditari qui neceſſarij eſſe poſſent ad conditiones naturæ perquirendas. Statui ergò mecum parare mihi alas vt in aſtra ſuperiora euolarem & ea inſpicerem ſicut Icarus & Dædalus teſtibus Poëtis fecerunt. Cum verò ſoli nimis appropinquaſſem calore eius exuſtæ ſunt alæ meæ, & præceps rui in profundiſſimum mare, ſed quia Deum in meâ neceſſitate inuocaui cœlitùs mihi miſſum eſt auxilium, quo ex exitio & periculo liberatus fui. Venit enim Angelus de cœlo, venit in auxilium mihi, qui aquam ſiſtere iuſſit, apertaque fuit abyſſus ingens montis altiſſimi inſtar, vbi deambulans inſpicere volui an poſſibile ſit vt filij hominum loquuntur, vt ſit familiaritas inter altiſſima & infima & an ſtellæ ſupremæ à ſuo Creatore

Aenigma hoc tendit vt doceat res omnes ab aſtris dependere & originē habere ſuā nam forma rerum omniū quæ eſt præcipua pars rerum a cœlo eſt.

Hoc intelligitur de materia prima metallorū quæ aquea eſt, cum

tore

tore vim acceperint in terris ſimilia ſibi producendi, inuenique omnibus diſquiſitis vero verius eſſe quodcunque antiqui præceptores iampridem nobis diſcipulis ſuis veritatis cupidis in doctrinam reliquerunt & pro fundamento poſuerunt, pro quo Deo omnipotenti maximas toto corde gratias egi mirabilium authori.

vaporſit, quæ perenni coctione exſiccatur metallum perfectum vel imperfectū

Breuiter inuenio omnia mineralia ex cœleſtibus aſtris emanare & oriri ex aqueo vapore qui diu ab aſtris nutritus ab elementis in formam palpabilem redactus eſt, vnde vapor ille exiccatur vt aqueitas dominium amittat, & ignis poſt aquam beneficio aëris prædominetur, vt ex aqua ignis, ex igne & aëre terra fiat, quæ tamen inſeparata in omnibus rebus mundi ante reſolutionem repeciuntur corporeis. Omnium itaque corporum materia prima eſt aqua quæ exiccatione ignis & aëris in terram mutata eſt. Cum verò propoſuerim lapidem ignis ex Antimonio præparabilem docere; cumque non homines ſolùm, ſed & metalla particulariter curet æquum eſt premonere quidnam ſit Lapis ignis, quænam ſit eius minera, an lapis abſque materiâ fieri poſſit nec ne de vltimâ differentiâ, generibus, & vſu lapidum. In hoc meo propoſito adſit mihi ſpiritus ſanctus vt verè profitear quantum mihi fas eſt vnde ſpero æternam abſolutionem à meo ſummo Confeſſore qui in æternum ſedet in throno gratiæ ab æterno & teſtabitur de omnibus rebus cum vlti-

Materia prima omnium corporū aqua.

Lapis ignis homines & metalla curat.

propoſitio.

omnibus hominibus fertur abſque vllâ pro-
teſtatione aut appellatione.

Tinctura ant. non fit ex ant. vendibili ſed vt trahitur ex minera.

Ab initio & ante omnia ſcito veram tincturam Antimonii quæ hominum & metallorum medicina eſt non fieri ex crudo fuſo Antimonio quale apud Pharmacopolos & mercatores proſtat, ſed ex minerâ ſeu ære eius quale effoditur ex montibus & prius ex eo vitrum factum eſt, qualiter autem extractio illa fiat omne artificium eſt & tota ars, qui hanc inuenerit & valetudine & opibus ſuis diteſcet. Scito inſuper, amice lector, præparatam, fixam permanentemque ſtibij tincturam (quam lapidem ignis voco) eſſentiam eſſe penetrantem, ſpiritualem, igneam in coagulatam materiam redactam, ſalamandræ comparandam quæ comburi non poteſt ſed igne purgatur & conſeruatur. Tingit autem lapis ignis non vniuerſaliter ſicut lapis Philoſophorum, qui ex eſſentiâ auri factus eſt, neque enim tanta virtus ej conceſſa eſt; ſed tingit particulariter ſcilicet Lunam, Iouem & Saturnum in aurum, Martem & Venerem non attingit niſi quod ſeparatione hac in parte ex iis produci poteſt: tùm hæc tinctura vnâ parte non poteſt tranſmutare vltra quinque partes vt conſtans permaneat in Saturno & ipſo Antimonio in quartatione & coloratione, cum è contra verus, antiquus & magnus lapis Philoſophorum innumerabiliter perficiat, neque in ſuâ augmentatione non poteſt adeò exaltari, aurum tamen purum & conſtans eſt. *Minera lapidis ignis ſeu tinctura eſt as*

Extractio difficilis.

Tinctura Antim. eſt eius eſſétia fixata.

Tingit particulariter lunam, Iouem & ſaturnum.

Non tranſmutat vltra quinque partes.

ſtibij vt dixi, ex quo fit : quomodò autem fiat, virtuteſque & operationes eius mox dicam.

Notabit porrò lector multiplices lapides eſſe particulariter tingentes, omnes enim pulueres fixi qui tingunt, à me lapides vocantur; alius tamen alio altiùs tingit, vt primò lapis Philoſophorum qui cæteros præcellit, quem ſequuntur tinctura ſolis, lunæ &c: in albo. deinde tinctura Vitrioli ſeu Veneris, & tinctura martis quæ ambæ in ſe tincturam ſolis continent ſi modò antè ad fixationem redactæ fuerint: has ſequuntur tinctura Iouis & ſaturni ad coagulationem mercurii, & tandem *tinctura Mercurij ipſius. Hæc eſt differentia & multiplicitas lapidum & tincturarum quæ tamen omnes ex vno ſemine & ex vnâ matrice principali* generantur, vnde vera vniuerſalis etiam fluit, & extra has nulla tinctura metallica poteſt dari.

De multiplicitate tincturarũ.

Omnes tincturæ ex vna radice

Imò ne in aliis quidem rebus cuiuſcunque nominis, reliqui lapides & gemmæ non curæ mihi ſunt, de quibus non loquar cùm nullam niſi medicinalem virtutem in ſe contineant, omittam quoque animales & vegetabiles lapides ſoli medicinæ attributos & operibus metallicis inutiles: quas omnes mineralium, vegetabilium & animalium lapidum ſimul & ſemel virtutes in ſe continet lapis philoſophorum. *Salia tingere non poſſunt, ſed clauis ſunt tantum ad præparationem lapidum aliâs ex ſe impotentia; ſaltem quod metallica & mineralia ſalia attinet (dico iam*

Nulla tinctura extra metalla.

Lapis philoſophorũ continet in ſe virtutem omnium lapidum.

aliquid ſi me rectè intelligas quam differentiam putem eſſe inter ſalia mineralia) non debent reiici nec poſſunt in tincturis, in quarum compoſitione nemo iis carere poteſt, in iis enim inuenitur præſtans theſaurus per quem omnis fixatio & conſtantia ſuam originem & fundamentum habet.

Salia metallica ſola non tingũt ſed ſulphuribus ſuis iuncta optime tingunt & ſũt theſaurus ingens.

Quærat iam aliquis quem hoc nomine nonreprehendo, an talis lapis abſque materiâ fieri poſſit, dico quod Non: omnis enim res habet neceſſariò ſuam materiam, ſed diuerſimodè; animalia ſuam, vegetabilia ſuam, mineralia ſuam: nota tamen exactè nullum corpus(abſque fermentatione, cuius in fine operis de præparatione lapidis magni vbi alia metalla cum lucro mutare cogito, & qua carere nequit) vtile eſſe ad vllum lapidem; *licet ab initio forma corporea, eſſentia corporea, viſibilis & palpabilis ſumatur, tamen ex tali corporeâ eſſentiâ tantũ cœleſtis, ſpiritualiſque viſio(aliter nominare nequeo) elici debet, quæ corpori illi prius ab aſtris infuſa & porrò ab elementis genita fuit & cocta; quæ item eſſẽtia ſpiritualis rurſus igne paruo per regimẽ & diſpoſitionem microcoſmi in materiam palpabilem, fixam, conſtantem & incorruptibilem palpabiliter & formaliter mutari debet.* Abſque vllâ imaginatione in campum liberum loquor, ſi ſaperem ne mutirem quidem, manuſque meas à ſcribendo cohiberem. Omnes itaque tincturæ metallorum ita debent præparari vt metalla ſingulariter ament, vnicéque cupiant illis vniri, eaque perficere

Nil ſine materia fieri poteſt

Nullum corpus abſq; fermẽto vtile eſt.

Oſtendit ibi totum opus.

Tincturæ omnes ſũt ignes ardentes in ſua metal-

ad inſtar duorum amantium qui ardentes amore quieſcere nequeunt donec vniantur & deſiderio ſuo ſatisfaciant, tunc enim demum quieſcunt & voluntate Dei multiplicantur. Homo multis & miris morbis ſubiacet, qui nonnullis naturæ vires debilitant & aufferunt, iis morbis antidotis occurri poteſt vt homo priſtinam ſanitatem recuperet. Amor verò ſuperat omnes reliquos morbos, illi enim non poteſt auxilium ferri niſi mutuô amore, cumque ſit vtriuſque ſexus mutuum deſiderium extinguitur ſolùmmodò deſiderij inflammati & famelici ſatisfactione, de potentia amoris multi adhuc teſtari poſſunt, qui non iuuenes ſolos ſed & ſenes aggreditur, qui extremâ ætate non delirant ſed inſaniunt venereo furore. Alii quoque morbi naturales cõplexiones hominis imitantur, vnum magis quàm alium adoriuntur, amor verò indiſcriminatim omnes aggreditur diuites, pauperes, ſenes, iuuenes, neque vllum rete (quod ei tendi poteſt) pertimeſcit. In aliis morbis naturalibus dolor certa tantùm membra occupat reliquis quietis & pacificis; ſed amor totum corpus, totam eius eſſentiám, formam, ſubſtantiam capit ne minimo quidem excepto, cor enim adeò ardore impletur vt per omnes artus & venas diſpergatur; & (vt ita dicam) amor radices agens occupat rationem, ſenſum, & cogitationem, hominemque à mente auocat vt omnia obliuiſcatur, omittat & flocci faciat: ſpernit Deum, Deique verbum, promiſſa, iram, minas & pœnam (de

la tingẽda ideo debẽt amore in metalla ferri.

Amor illiciti deſcriptio vt morbus eſt. & ignis,

Amor, morbus vniuerſalis eſt.

amore inordinato & prohibito loquor) & nihil hominem ab eo amore poteſt auocare, obliuiſcitur officii, conditionis & vocationis ſuæ, admonîtiones calcat, ſpernit proximorũ & beneuolorum adhortationes, adeòque plurimis ſuos oculos claudit vt ne ſuam quidem perniciem videat, fideliterque monentium verbis aures claudit. Amor quoque ſomnum multis adimit, & appetitum cibi tollit, opificii, artîficiique immemores reddit vt amorem ſectentur. Multi amore in melancholicam triſtitiam incidunt præſertim ſi res non ſtatim ex voto ſuccedat, conſumuntur candelæ inſtar, imò nonnulli vitam & animam perdunt vt exemplis patet. Sed homo nihil curat, pericula contemnit animæ & corporis, quod horrendum eſt. Sufficit, mihi enim Eccleſiaſtico indecorum eſt talibus rebus locum in corde meo dare, ſicut & (abſit verbo inuidia) totâ meâ vitâ hoc ardore ſuperſedi hactenus, & porrò Dominum meum rogabo vt me ſponſæ meæ Chriſtianæ Eccleſiæ conſeruem cui me iuramento fideli deuoui: ſed hoc tantum adduco exempli cauſâ vt indicem omnes tincturas amorem debere habere erga metalla ſi modò in verâ amicitiâ ſuſcipi & in vero amore penetrante ad meliorationem peruenire debent.

Amoris illiciti deſcribit ardores vt tincturarũ potentiam & virtutem patefaciat tinctura ſi quidem amat metalla, quia ex metallis eſt facta.

Aggrediamur præparationem lapidis, vſum in finem reſeruantes, cum verò hic lapis penetrantiſſimæ & meræ igneæ proprietatis ſit, igne coquatur & matureſcat ſicut reliquæ mundi res, differenter tamen pro diuerſis ſin-

Aggreditur præparationem.

gularum naturis, prout diuerſi ignes ſunt.

Primus ignis eſt cœleſtis à Deo inſtitutus quo incenditur charitas & fiducia erga Deum ſummum, SS. Trinitatem, miſericordiſſimum ſaluatorem noſtrum Ieſum, quæ fiducia nunquam nos fallet neque in vlla neceſſitate derelinquet, ſed animas noſtras ab æterno exitio eripiet. Primus ignis à Deo.

Secundus ignis eſt ſol ſeu ignis elementaris à ſole productus qui omnia in macrocoſmo ad maturitatem perducit. Secundus à ſole.

Tertius eſt corporeus quo omnes cibi & medicinæ coquuntur & præparantur, quo homines neque ad valetudinem neque ad alimoniam carere poſſunt. Tertius corporeus.

Inuenimus etiam in ſacrâ ſcripturâ Deum ante iudicium vltimum mundum hunc viſibilem igne conſumpturum, qualis verò hic ignis futurus ſit judicio Altiſſimi committamus. Neſcitur ignis iudicium vltimum præcedens.

Mentio fit inſuper in Verbo Dei alterius ſeu æterni ignis qui in inferno adhibebitur ad pœnam damnatorum æternam, inceſſabilem & infinitam Deo permittente, neque damnatis ſolùm ſed & diabolis, à quo igne nos præſeruet Deus omnipotens: vnde omnes fideliter admoneo vt indeſinenter orent, vt cuiuſque vocatio & vita conſentiant, & ſic ſe conſeruet vt Deus eum ab illo infinito ſupplicio eripiat.

Sciant autem omnes noſtrum lapidem ignis debere coqui & maturari corporeo igne microcoſmi ad inſtar reliquarum medicina-

Ignis macrocoſmui eſt calor cœleſtis, Generalis ignis vero microcoſmi eſt ignis etiam Cœleſtis ſed particularis in mixtis omnibus.

rum & ciborum; vbi enim deſinit ignis macrocoſmi operari, ibi incipit ignis microcoſmi nouam generationem producere, itaque hominum nemo hanc coctionem. miretur Triticum creuit & maturuit igne elementari macrocoſmi, igne corporali microcoſmi rurſus noua coctio & maturatio producitur vt homo illâ benedictione ad ſuam conſeruationem vti poſſit amplius, vt vltimum & minimum quod à primo & magno operatum eſt ſuo fungi poſſit.

Verum oleum Antimonij ex quo lapis ignis præparatur.

Verum oleum Antimonij ex quo lapis ignis præparatur eſt proprietatis dulciſſimæ & à ſuâ terrâ ita purgatur & ſeparatur. Ponitur vitrum eo plenum in ſolem, diſpergit ex ſe radios varios & miros, rubinorum inſtar rubentium aut igneo fulgore ſplendentium, miroſque alios colores referentium imagines inſtar multiplicium ſpeculorum ſoli oppoſitorum. Audi vero Technophile Alithophile ſtudioſe ſi vltra cupis progredi in experientia;

Antimonij calcinatio.

Accipe in nomine Altiſſimi ſtibij æris poſt ſolis ortum nati partem vnam, ſalpetr. mundiſſ. tantundem. trita optimé miſce, pone in igne lento, vre vel candefac ſimul ex arte (hoc opus, hic labor eſt) tunc remanebit tibi materia ad brun fuſcum colorem inclinans, ex hac fac vitrum, ex quo puluériſato extrahe tincturam ruberrimam cum aceto diſtillato fortiſſimo ex propria ipſius minerâ facto, abſtrahe acetum in balneo Mariæ remanebit puluis quem extrahe adhuc ſemel ſpiritu vini ad ſummum rectificato remanebunt fæces, habebiſque extractionem ruberrimam,

Acetum diſtillatum extrahens tincturam Antimonij quale eſſe debet.

dulcem, in medicinâ vtilem.

Hoc eſt puriſſimum Antimonij Sulphur ad ſummum ſeparatum, cuius ſi habeas libras duas adde vncias quatuor ſalis Antimonij ſicut te docui facere, miſce & circula in vaſe bene obturato ad minimum per menſem, ita ſal vnitur cum extractione, ſi fæces ſubſederint, ſepara illas, deinde diſtilla primò ſpiritum vini in balneo M. & eo abſtracto auge ignem prodibit oleum ſuauiſſimum, pellucidum, rubeum cum multis miris coloribus, hoc oleum rectifica in balneo vt quarta pars ſuperſit, & eſt bonum. Quo facto accipe mercurium viuum Antimonij iam dictum & affunde oleum rubrum vitrioli ex ferro factum & ad ſummum rectificatum, phlegma in arenâ à Mercurio diſtilla, habebiſque præcipitatum quo non videri poteſt pulcrior nec vtilior in antiquis vulneribus & vlceribus, exiccat enim humores accidentales, ex quibus morbi martiales oriuntur, vbi iuuat eum ſpiritus olei vnitus. Huiús præcipitati & olei prædicti Antimonij dulcorati accipe partes æquales, miſce, pone in phiala bene obturata in calore lento continuo præcipitatum ſoluetur in oleo & figetur, omne phlegma ab igne conſumetur, & tandem fiet puluis fixus, ruber, ſiccus, fuſibilis qui non exhalat fumum. Mi diſcipule loquar iam prophetarum inſtar futura predicentium; Cum ſtudia tua huc vſque in Philoſophiâ prouexiſti, laborem Antimonij, à me præſcriptum perfeciſti, habes medicinam hominibus & metallis, eſt dulcis & tuta, pene-

Argentum viuum Antimonij eſt præcipua pars lapidis ignis.

Vlcerum curatura.

Lapidis ignis Antimonij compoſitio.

trat, non mouet aluum, corrigit & pellit malum: ſi rectè procedas hæc medicina remunerabit te in valetudine tuâ & in victu tuo, vt nihil tibi deſit in mundo, pro quo Deo ſacrificium gratiarum debes.

Mi Deus loquor iam animo triſti ſicut vir Eccleſiaſticus, neſcio enim recténe an ſecus faciam, nimiſne an parum, hoc cuiuſuis judicio committo; Vos diſcipuli mei facite & vos periculum ſicut ego, ſi ſcopum attingitis agite gratias Deo & mihj præceptori veſtro: ſi à viâ erretis voſmetipſos accuſate, erroris enim veſtri cauſa non ſum.

Satis locutus ſum, ſatis ſcripſi, imò adeò perſpicuè vt clariùs docere nemo poſſet, niſi quis datâ operâ in infernum currere & eò ſe demergere vellet prodens à Creatore prohibita & edens ex arbore in medio Paradiſi poſita. Sufficiet ergo mihi donec amplius judicauerim quid hâc in parte mihi liceat, ſed de vſu paucula dicam.

Virtutes lapidis ignis.

Vſus conſiſtit in perſonæ inſpectione, obſeruationeque complexionis quoad ſanitatem humanam, vide ne nimis vel parum præbeas, naturam oneres vel ne ſatis quidem, licet non noceat etiamſi nimis detur, juuat enim valetudinem amiſſam & reſiſtit venenis. Scito tamen tria aut quatuor grana ſingulis doſibus ſufficere ad pellendos omnes morbos data cum ſpiritu vinj, hic lapis ſeu tinctura penetrat omnes artus corporis, aliiſque arcanis longè excellentior promtiſſimè auffert phthiſin, omnes morbos ex pulmone ortos, aſthma,

tuſſim, lepram & luem veneream, peſtem, icterum, hydropem, omneſque febres: expellit venenum potum, vtilis eſt philtro infectis, confortat caput, cerebrum & ijs affinia, ſtomachum, iecur, ſanat morbos renum, purgat ſanguinem vitioſum, pellit humores malignos, comminuit calculum veſicæ & eum expellit, dyſuriam ventoſam ſanat. Reducit ſpiritus vitales, ſuffocationem matricis comprimit, menſtrua mouet, & nimia ſedat, fœcunditatem parit & ſemen ſanum in vtroque ſexu.

Extrà ſanat hic lapis ignis (intra corpus tamen ſumtus foris appoſito emplaſtro congruo) gangrænam omneſque alios morbos corrodentes, ſcabiem, morbos ex ſanguine corrupto ortos, & Noli me tangere. Vno verbo hic lapis tanquam tinctura particularis remedium eſt ferè omnium morborum quibus homo ſubiacet, quod experientia oſtendet viamque oſtendet ſi modo tu verus es Medicus à Deo miſſus & vocatus.

Nihil amplius de Antimonio ſcribam, feci meum, faciat & alius ſuum vt myſteria ante finem mundi patefiant ad Dei gloriam & hominum ſalutem. Tacebo & in ordinem meum monaſticum ingrediar donec in meâ Philoſophiâ ampliores progreſſus fecerim vt porrò ſcribam quæ iam diu ſtatui de Vitriolo, ſulphure vulgari, & magnete, eorum principijs & virtutibus. Princeps cœli largiatur nobis ſalutem corporis & animæ æternam in gaudijs immenſis amœnitatis cœleſtis. Amen.

Lapis ignis Antimonij curat omnes morbos externos & internos ipſius hominis.

COncludo hunc tractatum de Antimoni quæ de oleo rubro Antimonij quod e ſummè purificato ſulphure factũ eſt & de ſpiritu qui præparatur ex ſale eius ſcripſi, nota & cum eo confer hanc vltimam doctrinam de lapide ignis, vbi ſi acuas ingenium & mentem ex hâc collatione coniunctionem inuenies, nam eſt vnum & idem fundamentum, & eadem amicitia per quam ſalus acquiritur & ceruus quærens venatione hilari capitur.

Aqua, ignis, aër & terra omnia in puluerem & cinerem redigentur, quicquid ex ijs naſcitur etiam temporaliter perit: ſola Dei miſericordia permanet in æternum, quâ ſolâ homo fruitur, vnde grati illi ſimus.

FINIS.

ROGERII BACCONIS TRACTATVS de oleo ſtibij.

Tractatus ſequentes baſilianos explicāt & ideo coniunctim tipis mandandos cē-ſuimus.

LECTORI STVDIOSO Petrus Ioannes Faber Doctor Medicus Monſpelienſis.

LICET ſequentes tractatus non ſint Baſilij Valentini, quia tamen magnorũ Philoſophorum ſunt, vulgandos cenſui. Cumque primus Rogerij Baconis Angli agat de oleo & tinctura Antimonij, in ſecundo capitulum de tinctura particulari Antimonij Baſilij doctrinæ conſentiat, & totus ille alijs Baſilij ſcriptis de ſulphure & cæteris mineralibus conueniat, quorum alia iam impreſſa ſunt, alia imprimentur, hos tractatus currui triumphali ſubiunxi, quia illa ſcripta in his declarantur, & libellus de via vniuerſali exponit librum Valentini impreſſum de magno

lapide antiquorum ſapientum. Cum in commodum phyſochymicorum Baſilij ſcripta ediderim, edam & alia quæ illa exponunt, licét adeò perſpicui ſint vt cognitis terminis à quouis capiantur (qui enim cum Ariſtotelico diſputare vult Ariſtotelis terminos intelligere debet, & Chymicos libros lecturus Chymicorum voces) ſi naturam ſequatur, niſi datâ operâ in meridie labi velit. Amatores autem & oſores pariter artis (prout ego do) boni conſulant, amatores vt ſcopum attingant : oſores vt odio deſiſtant, deinceps Baſilij libros reliquos vulgabo. Deum precor vt labori tuo faueat &c : Toloſæ Majo 1643.

DE OLEO STIBII TRACTATVS.

ROGERII BACONIS SVMMI Philoſophi & Chymici.

Antimoniũ quid ſit & quibus cõponatur.

STIBIVM ſecundùm Philoſophos componitur ex nobili ſulphure minerali, vocaturque nigrum arcanum plumbum Philoſophorum, Arabicè Azinat, aſinat, Chymicis Antimonium. Additio. Antimonium vocatur alijs nominibus vt alcophit, altofet, alitum, coſumet, & eſt duplex mas

& fœmina. Ducet autem hoc in conſiderationem multorum arcanorum ſi perſpiciamus naturam in quam aurum exaltatur, ſicut magi inuenerunt hoc minerale arieti tribui qui primum eſt ſignum cœli in quo ſol exaltari incipit, licet vulgus hoc negligat, docti tamen ſcient & obſeruabunt etiam hoc loco arcana & infinitates cum maximo fructu partim cõſiderari, partim perquiri poſſe. Ignari quidem putant datum ſtibium calcinatione aut ſublimatione, aut reuerberatione aggredi, magnumque eius arcanum & perfectam medicinam eius adipiſci, ſed dico vobis hoc loco neque calcinationem neque ſublimationem, neque reuerberationem quicquam prodeſſe ad perfectam extractionem metallicæ virtutis vt vitia corrigat, hoc enim impoſſibile eſt. Ne vos decipiant Philoſophi quidam qui de his ſcripſerunt, vt, Geber, Albertus M. Raſis, Rupeſciſſa, Arlentius, alijque plures, notate hoc. Imo dicunt quidam, ſtibio in vitrum redacto ſulphur malignuum & volatile ablatum, oleumque vitri fixiſſimum fore, daturumque ingreſſum verum & medicinam metallis imperfectis ad perfectionem. Verba & opinio hæc bona ſunt ſed reuerà non præſtantur, dico enim ſincerè ſi memorati ſulphuris in præparatione aut calcinatione aliquid amittatis, quod leuiſſimo igne fieri poteſt, amittis verum & penetrantem ſpiritum, qui totum Antimonij corpus ad oleum perfectum rubrum redigeret vt per alembicum cum odoris ſuauitate & colorum varietate tranſiret, to-

Antimoniũ dicitur aries quod arieti tribuatur, vnde aqua in ventre arietis occulta eſt aqua ſoluens aurum vera ſolutione id eſt mercurius Antimonij eſt vera aqua ſoluens aurum latitans in ventre arietis.

In præparatione Antimonij cauendum eſt ne ſpiritus eius euaporet, nam eo evaporato, nihil boni ex Antimonio habere poſſumus.

tumque corpus huius mineralis cum omnibus ſuis membris abſque ponderis diminutione (exceptis fæcibus) oleum erit, tranſibitque per alembicum, & hoc etiam nota. Quomodo poſſet in oleum verti corpus aut ſuaue ſuum oleum reddere ſi in vltimam eſſentiam gradus ponitur, vitrum enim vltimum eſt ſcitote etiam vos nullo modo accepturos nobile perfectum oleum ſi cum aceto correcto Antimonio ſuperfuſo extrahatur, imò ne reuerberatione quidem, etſi multos colores prodat, tamen non eſt vera via, oleum quidem habebitis ſed nullam tincturæ aut virtutis aut augmenti partem in ſe habebit & hoc notate. Iam laborem aggredimur. Accipe in nomine Dei trinj & vni Antimonij mineram ſubtilem albeſcentem venis rubris & cœruleis, plenam, tere eam & ſolue in aquâ Regis totaliter vt aqua eam vincat, poſt ſolutionem extrahe eam ne aqua ej noceat, citiſſimè enim ſoluit tincturam Antimonij, quia aqua noſtra ſimilis eſt ſtruthioni qui calore ſuo conquoquit ferrum, ita quando diutius remanet tinctura ab aqua reſoluitur & in modum terræ luteæ reſidet, & omnino perit. Accipe ſimilitudinem à Lunâ quæ eſt pura & compacta in aqua noſtra reſoluta, ſi per noctem ſolùm quãdiu aqua adhuc plena eſt ſpiritibus relinquatur, annihilatur, neque reduci poteſt in corpus compactum, ſed manebit terra lutea vel coagulatur in colorem cornu aut vngulæ equi, neque reduci poteſt vllo artificio in corpus ſolidum. Itaque Antimonium ſolutum

Olei Antimonij compoſitio,

In aqua regis ſecretũ.

ſtatim

ſtatim exime, præcipita, & laua ne cum oleo ſuo perfecto ab aquâ deuoretur & exuratur. Aqua ſoluens ſic fit. ℞. Vitrioli & ſalnitri ana libram vnam & dimidiam. Azinat libram dimidiam, aluminis crudi tantumdem. Salarmoniac. ſal gemmæ ana libram vnam. Hæ ſunt ſpecies ingredientes aquam ſoluentem Antimonium. miſce. diſtilla lentiſſimo igne quia ſpiritus eius copioſiùs erumpunt quàm in aqua communi ſeparationis, quos caue, ſunt enim noxij & ſubtilis penetrationis. Antimonium dulcoratum ab aqua acri ponatur in phialâ purâ & affuſo aceto diſtillato putrefiat in fimo equino per 40. dies rubeſcet ſanguinis inſtar, quo facto ſefunde acetum hoc & fæcibus affunde nouum vt extrahatur quod remanſit, ſine vt prius 40. dies in fimo equino aut balneo M. hoc quater fiat, abijce fæces inutiles. Solutionem per balneum diſtilla vt acetum abſtrahas, affunde hoc ipſum vel recens acetum & materia in acetum vertetur, abſtrahe denuo & remanebit puluis ſiccus, qui lauetur aqua communi diſtillata ad dulcedinem, materia ruberrima ad ſolem ſiccetur vel lento igne. Philoſophi Antimonium arcanum ita paratum dicunt, quia vires externæ intrò præcipitantur, & internæ foras eliciuntur, mutaturque in oleum quod in intimo latet donec præparetur, neque poteſt ad vltimum vſque iudicium in primam eſſentiam reuocari, verum eſt, nam ſimulac ſentit ignem violentum euaneſcit in fumum cum omnibus

Quomodo fiat aqua ſoluẽs Antimonium vt ex eo ita ſoluto fiat tinctura rubea cum aceto.

partibus quia volatilis eſt. Vulgus laborantum Antimonij ſic præparati accipiunt partem vnam, propter ſumtum vt opus melius perficiant, admiſcent partes æquales Salarmoniaci, Vitri ſeu Titri, Rebooth ſeu Cadoli quo corpora purgantur & hanc mixtionem proijciunt ſuper Lunam puram, ſuper marcam Lunæ & in ſeparatione in eâ inueniunt 20. drachmas auri boni & ſæpè plus, habentque opus vt propter ſumptum magnum opus melius expectare poſſint, ignorantes vocant hoc iniectionem in Lunam, ſed falſum eſt, aurum enim hoc non introducitur à ſpiritibus ſed omnis marca Lunæ continet vnciam auri & ſæpe plus, aurum enim cum naturâ Lunæ ita vnitum eſt vt neque aqua forti neque Antimonio cõmuni vt aurifices norunt ſeparari poſſit: ſed hac mixtione in Lunam in fluxum proiectâ talis fit ſeparatio vt Luna aurum ſuum in aqua forti aut regali libenter deponat, ſeparet, in fundum proijciat, quod aliâs fieri nequit, non eſt ergo introductio ſed eductio è Lunâ.

Eductio aurì è luna.

Continuat docere oleum rubeũ Antimonij.

Sed redimus ad noſtrum opus, ſolum enim oleum habere volumus, ſolis ſapientibus notum, indoctis incognitum. Antimonium prædicto modo rubificatum ſolue affuſo ſpiritu vini bene rectificato in balneo M. lento quatuor diebus continuis, ſiquid rectat affunde nouum ſpiritum vini & ſolue in balneo, fæces (erunt autem paucæ) vt inutiles abijce ſolutionem pone in cucurbita

cum alembico bene lutato in balneo M. cum recipiente vt ſpiritus intrent, deinde diſtilla lento igne donec ſpiritus omnis tranſierit, affunde denuò materiæ ſiccæ, diſtilla vt prius, hoc itera donec videbis ſpiritum vini per alembicũ tranſire multiplici colore, tunc tempus eſt augere ignem, tunc ſpiritus vini ruber in alembicum aſcendet & guttatim in recipientem cadet olei inſtar, & corpus tenerum in oleum aſcendet & in recipientem fluet. Certè hæc eſt via ſecretiſſima ſapientum celeberrimi olei ſtibij quod eſt odorum & fortiſſimum.

Vos pauperes hîc docebo, vt magnum opus non cogamini expectare, alium modum; non ſicut veteres ſeparauerunt aurum à Lunâ. Accip. olei huius drachm. 4. Saturni calcinati vncias quatuor, miſce guttatim oleum cum Saturno, pone decem dies continuos in calorem fornacis arcanæ, & ſingulo biduo auge gradum ignis prout fornax continet, & poſt quatriduum pone in tertio gradu ignis, quieſcat triduo, deinde aperi feneſtram quarti gradus in quo etiam triduum ſatis eſt, exime, inuenies ſaturnum in alto carbonis inſtar nigrum, & ſub eâ nigredine inuenies alium pulcrum ſubrubeum, funde cum Borace Veneto, quo facto inuenies olei noſtri virtute in aurum eſſe mutatum, habebis ſumptum vt magnum opus expectes.

Opus particulare ad ſaturnum in aurum conuertẽdum.

Redeamus ad propoſitum vbi reliquimus, didiciſtis iam ſupra ſpiritum vini cum oleo

per alembicum in recipientem traducere eoque vti ad Opus ſaturni in aurum mutandum, ſed iam ad alterum opus tinctura ſcilicet feſtino, ad quod requiritur vt ſpiritus vini rurſus ab oleo ſeparetur, ſic: Accipe miſtionem & in balneo M. abſtrahe igne lento ſpiritum vini vt ſecurus ſis nihil ſpirituum in oleo reſidere quod fiet cum aliquas olei guttas cum ſpiritu vini videbis cadere, tunc ignem omnem deſubter balneo auffer vt citiùs refrigeſcat: auffer recipientem cum ſpiritu vini & optime eum conſerua quia plenus eſt ſpiritibus olei ſicut dicam, ſed in balneo M. inuenies benedictum ſanguineum oleum Antimonij, cautè exime, luto mollito ſubtiliter ne quid ſordidum in oleum cadat, aſſerua cautè ne quid detrimenti capiat, cœleſte enim oleum habebis quod noctu lucet igniti carbonis inſtar, cauſa eſt quia vis & anima interior eius in exterius prouocata iam manifeſta eſt lucetque per corpus purum ſicut candela per laternam: ita & in vltimo iudicio anima noſtra per corpus pellucidum lucebit ſolis inſtar. Sic vtrumque ſeorſim aſſerua ſpiritum ſc: vini viribus & miraculis plenum in ſanitate humani corporis, & oleum mirum in ſanatione omnium morborum, metallorum inperfectorum, reductioneque eorum in aurum. Virtus ſpiritus vini latè vagatur debitè adhibiti, habeſque remedium cœleſte omnium morborum corporis, & vſus

Oleum rubeum Antimonij mirum.

Oleum rubrum Antimonij noctu lucens.

Vſus ſpiritus vini Antimoniaci.

Pro podagra.

In Podagra proijce tres guttas in hau-

ſtum vini accipe ſtomacho ieiuno initio paxyſmi, reitera die ſequenti & tertio: primo die ſedat dolorem maximum, prohibet tumorem, ſecundo ciet ſudorem fœtidum & craſſum, tertio die purgat leniter.

In Lepra dentur prima vice ſex guttæ ſtomacho ieiuno, ægrotus ſit ſolus bene opertus, ſudabit inſtar nebulæ fœtidæ, die ſequenti ſquamæ decident à corpore eius, habeat autem ſecum adhuc quatuor guttas huius medicinæ & die quarto eas capiat, ita octauo aut nono die cum Deo ſanabitur, ſed dum ſudat nemo ſanus cum eo ſit. Pro lepra.

In Apoplexia iniice ægro vnam guttam ſuper linguam, eleuabitur vapor & membrum affectum curabitur: ſi alia pars corporis ſit læſa accipiat tres guttas in vino, vt in podagra dixi. Pro apoplexia.

In Hydrope ſex diebus continuis gutta vna in aqua Meliſſæ detur aut Valerianæ, & die ſeptimo tres guttæ in vino bono. Pro hydrop.

In Epilepſia, Catalepſia, Analepſia, dentur initio paroxyſmi duæ guttæ, in aqua ſaluiæ, & poſt duas horas rurſus tres, & ſi quid rurſus mali accidat denuò duæ.

In Hecticâ dentur duæ guttæ in aquâ violarum primo die, ſecundo duæ in bono vino. Pro hectica

In Febribus inicio paroxyſmi dentur tres guttæ in aqua herbæ S. Ioannis aut cichorii manè & poſtridie ieiuno duæ. Pro Febribus.

In Peſte, correpto dentur ſeptem guttæ Pro peſte.

in bono vino, ſit verò ſolus, ſudabit & venenum cum Deo non nocebit illi.

Pro vitæ prolongatione.

In prolongatione ſanæ vitæ, dentur initio veris duæ guttæ & inicio autumni totidem ſeruabit vtentem ab omni aëre infecto niſi morbus irruens à Deo ei lethifer deſtinatus ſit.

Tranſeamus ad oleum & virtutes eius, quomodo id morbos metallorum curet.

Vſus olei pro metallis.

Oportet vt prius aurũ ſoluatur in aqua regia deinde oleo vitrioli veneris rectificato, & vltimo ſpiritu vini rectificato & ſic vere diſſoluitur.

Accipe cum Deo auri puriſſimi quantum vis & ſatis, reſolue in vino rectificato ſicut aqua vitæ fit, auro ſoluto ponatur in digeſtionem per menſem, diſtilla lentè in balneo & ſpiritum vini aliquoties abſtrahe & refunde donec videas aurum ſucci inſtar in fundo iacere. Via hæc ſecundùm antiquos auri præparandi optima, ſed docebo meliorem & vtiliorem, loco auri præparati accipe Mercurium auri, quem alibi præparare docui, abſtrahe ab eo aquam aëreitatis vt in puluerem ſubtilem redigatur, ad partem 1. affunde olei noſtri benedicti partes. 2. ſenſim vt omne ingrediatur, pone in phiala benè lutatum in calore primi gradus in fornace myſterij per decem dies & noctes ſiccabitur materia colore ſubcineritio, dein auge calorem ad ſecundum gradum, color tranſibit in album ſubcœruleum & poſt hos decem dies mutabitur in rubrum, ſed ne cures, omnes enim hi colores à Mercurio ſolis ſunt quem oleum noſtrum benedictum abſorpſit & in intimum ſui corporis compegit: ſed vi ignis oleum vincet Mercurium, ex intimo prouocabit, & oleum ſuo colore

feruido rubro illi dominabitur & ſemper foris erit. Vigintidiebus elapſis aperi feneſtram tertij gradus ignis, in quo color externus albus & virtus omnino intrabit, & interiorem rubedinem vi ignis foras eliciet. Hunc gradum ignis decem dies ſerua abſque augmento aut diminutione, videbis puluerem antea album, iam rubeum, ne hoc quidem cura, rubedo enim non fixa ſed volatilis eſt, decem diebus elapſis, ſeu triceſimo die aperi vltimam feneſtram vltimi gradus ignis & ſerua decem diebus, ita hic puluis fundetur, ſtet in fuſione decem diebus, exime, inuenies in fundo ruberrimum pellucidũ lapidem cölore rubini fuſum vitri inſtar prout in tractatu de vitriolo dixi cum quo proiectionem facere potes, lauda Deum pro magnâ ſuâ manifeſtatione &c.

Multiplicatio duplex virtutis & quãtitatis.

Multiplicatio. Antiqui ſapientes inuento lapide & præparato ad perfectam virtutem & correctionem metallorum vilium in aurum quæſiuerunt diu viam multiplicationis lapidis, inueneruntque duas, vnam virtutis vt lapis in altiorem vim redigi poſſit de qua multiplicatione egi in tractatu de auro: altera eſt augmentatio quantitatis lapidis cum priore virtute, quæ pondere creſcente ita vt ex vna vncia plures fiant, nec augetur nec minuitur, fitque ſic. Accipe in nomine Dei lapidem tuum, tere, adde ei tantundem Mercurij ſolis, pone in vitro rotundo, ſigilla ſigillo Hermetis, pone in fornace ignis vt prius dixi, ſed iam breuius tempus eſt, vbi

enim prius decem dies requirebantur iam ſufficiunt quatuor, cæteroquin opus idem eſt. Age gratias Deo, roga vt benedicat labori, ſanitatem tibi largiatur, & pauperes iuua. Laus Deo omnipotenti.

TRACTATVS BREVIS ET OPTIMVS.

DE PARTICVLARI ET Vniuerſali tincturâ. Anonymi Philoſophi.

Theoph. Paracelſ. libr. III. *de vita longa cap.* 6.

> Antimoniũ vires reliquorum mineraliũ ſuperat.

SICVT Antimonium purgat aurum, ita & corpus; in illo enim eſt eſſentia quæ nihil impuri cum puro relinquit: nemo Archidoxorum peritus aut ſpagirus virtutes omnes Antimonij pernoſcere poteſt. In prima hyle eſt Antimonium adeò eiectum & inter æra elementi aquæ prædeſtinatum vt virtus eius à nullo diluuio auferri poſſit, ſicut alijs aqueis mineralibus quorum virtutes Antimonium ſuperat.

> Hoc eſt in prima ſua materia hoc eſt vapore aqueo minerali.

Idem in libro de renouatione & reſtaura-

tione. In primo ente Antimonij tanta eſt vt quicquid attingat tranſmutet ex ſe ex propriâ natura, ſicut Antimonium facit per ignem.

De particularibus & vniuerſalibus tinctu- ris. Quid ſit Alchymia. Quid Chymia ſit & quid eam exercens ſcire debeat, in quonā ars fundamētaliter contineatur docet Philoſophus ſtatim in principio Roſarij, Dicimus itaque quod nomen ALCHYMIA nihil aliud ſit quàm tranſmutatio. Tandem omnibus artificibus prudentibus notum eſt, Artem Alchymæ metallorum tranſmutationem eſſe Quorum ſingula vt breuiter declarentur prius de via particulari, quæ in ea aut gaudium ferant aut cauenda ſint, deinde de vniuerſali agetur.

Chymicus ſcire debet quid ſit in rerum natura quod mutationē rerum faciat.

DE VIA PARTICVLARI.

DICI nequit quot Magnates ſummo ſtudio & ſumptu conati fuerint in hac arte aliquid particulariter vtile perficere quod impulſu quorundam aut doctorum aut indoctorum ſophiſtarum factum fuit, laborauerūtque in ſulphure comuni, Antimonio, Mercurio, cinabari, fixationibus, aquis fortibus, gradationibus, cementis, oleis, Arſenico, ſalibus &c: alijſque mineralibus. vbi & ego olim deceptus credo paucos ad optatum finem perueniſſe & vtile quid feciſſe. Cauſa eſt artificum arrogantia quorum ſinguli ſeſe artem callere judicant & quiſque ſuo errore

Nihil eſt vtilitatis in particularibus operibus chymiæ.

ducitur. Tùm verò quia artis huius à Deo benedictæ fundamenta neſciunt, vnde Philoſophus expreſſè ait, Quod omnis error in arte exiſtit ex eo quod debitam naturam non accipiunt, vnde qui neſcit principium finem conſequi non poteſt: Multum enim in cognitione materialium ſitum eſt, ſed non omnibus datur adire Corinthum ex prouerbio, vnde omnis illorum conatus inutilis fuit, in Alchymia enim non ſemper cruda materialia adhibenda ſunt, ſed ante initium operis omnes ſuperfluitates, aquoſitates, humiditates, phlegmata &c: auferri debent calcinando, diſtillando, coagulando, ſublimando, reuerberando &c: adhibitis menſura, termino & experientia, ſi modo lucrum, vtilitas, gaudium, non damnum, iactura & triſtitia ſequi debet. Alium ergo modum expoſiturus rem aggrediar, perſpicuè omnes docebo, me ſequentes abſque dubio mihi gratias agent, incipiamus à SVLPHVRE.

Res materiales quas accipere debet chymicus cognoſcere debet, earumque præparationem ſi quid vtilitatis recipere debeat.

In ſulphure communi laborauerunt multi alij ex ignorantia, alij putantes ſulphur, cum ſit vnum ex tribus principijs, tingatque lunam & alia metalla, gradetque ac ſi aurum eſſet, aliquid efficere poſſe, ſed non meminerunt ſulphur cõmune eſſe pinguẽ, viſcoſam, combuſtibilem & fœtidam materiam, & licet ſubſtantiam igneã formamque gradationis in ſe habeat operationẽ, non latet in ſulphure tamẽ eius impediri nimiâ impuritate quæ in ſulphure latet. Philo. enim teſtatur expreſſè ſe non loqui de ſulphure vulgari, dicens, ſul-

Si quid latet in ſulphure non latet in ſulphure vulgari ſed in Philoſophico quod in intimis metallorum latet.

phur vulgare non eſt artis noſtræ, ſi ergo ſulphur vtile eſſe debet aliter ei ſubueniendum eſt, hoc modo. Accipe lapidem ſulphureum purum, marcaſitam auri vel aliam ſimilem in qua latet ſulphur purum, neque commixta eſt cum alio ſpiritu metallico cuius rei probatio artifici notiſſima eſt, extrahe inde ſulphur more Philoſophico abſque corroſiuis & ſcito id ſic purgare vt ſeparetur ab omni nigredine, impuritate, fœtore, combuſtibilitate & volatilitate ſuâ, fluatque in laminâ ignitâ abſque combuſtione, ita tamen procede vt humor eius radicalis non auffeꝛatur, neque ſpiritus vitalis comburatur, corrumpatur & deſtruatur. Hoc eſt verum ſulphur embryonatum de quo ſcribit Theophraſtus in libello de natura rerum his verbis, hic multis paucis verbis ſuccurri poſſet, ſed taceo. Deinde ſulphur hoc cum floribus Antimonij non per ſublimationem ſed debito more extractis pondere iuſto ſublima, tunc ſubtilis eius ſuſtantia cum Antimonio aſcendet pura & perſpicua, fæces inutiles in fundo remanebunt: mox ex certis ſalibus & mineralibus præparatis diſtilla aquam, in qua ſolue ſulphur, in alia parte aquæ præcipita mercurium, aut cinabarim præparatam, in tertia parte aquæ lunam: has tres ſolutiones coniunge, in balneo per triduum, aut diutius putrefac, abſtrahe aquam ad oleitatem vſque, ſubſtantiam corroſiuam dulcora, ſpiritus huius aquæ fortis ſimul artificioſâ præcipitate fige, relinque ad tempus breue, abſtrahe ſe-

In marchaſita aurea latet ſulphur tingẽs & dicitur ſulphur Philoſophorum in quo latet ens primũ auri miras habens virtutes notatu dignas omni Spagyro.

Tacet aquã ſoluentem quæ ex vitriolo, ſalepetra Antimonio ſale Armoniaco & ſalegẽmæ ana. præparari debet.

Hoc arcanum tincturæ eſt potentiſſimum.

mel aut ter aquam, maſſâ in fundum reductâ ſequi poteſt nobilis tranſmutatio & ditior quam ab arte ſperari aut credi poſſit. Quia hæc eſt ratio, tria principia hic vnita ſunt, ſulphur eſt purum, vt & mercurius, aqua à nobilibus ſalibus diſtillata & in fixum corpus redacta, ſulphur fixum & gradatum, mercurius nutritus & tranſmutatus, ſal coagulatum & reddit corpus fluidum, abſque nutrimento enim nihil in terrâ poteſt creſcere quicquid ſit, neque vllum corpus metallicum abſque fluiditate vtile eſt quod ſophiſtas latet abſque quibus mediis fruſtra in ſulphure laboratur &c: ſed ſatis.

Acetũ quo tinctura Antimonij extrahitur nõ eſt acetũ cõmune ſed eſt acetũ propriũ Antimonij.

Aceti mineralis & Philoſophici extractio.

DE ANTIMONIO. Multi in Antimonio laborauerunt flores, oleum aut regulum facturj quærentes ſic lunam tranſmutare: alij Antimonij & mercurij partes æquales diſtillantes, alij cum ſalgemmæ: alij Antimonium cum aceto diſtillato extraxerunt vt haberent flores & quintam eſſentiam ſpe ſuâ fruſtrati, carent enim fundamento, nam Philoſophus non loquitur de aceto quod fœminæ penes ignem faciunt ſed proprium naturale eius acetum paucis notum. Philoſophicus circa Antimonium proceſſus eſt hic: Ex minera æris eius debito artificio poſt debitam putrefactionem diſtillatur per ſe abſque vlla aquoſitate additâ acetum purum, clarum, acre quod eſt aqua verè metallica & mineralis, arcanum nobile ad ſolutionem & maturationem metallorum, hoc enim acetum Antimonio affuſum ſoluit id in pulcram pel-

lucidam rubedinem.

Hæc rubedo prorſus extracta denuò in ventre equino putreſcit, diſtillatur in vaſe forti & eius phlegmata ſcorſim colliguntur: deindè igne valido elicitur oleum nobiliſſimum mille varios colores trahens, ſanguineum, quod tamen non eſt ſatis (ſicut multi chymici ſomniant) ſicut Theophraſtus dicit, itaque nihil illi de ſua ſubſtantia demi debet, ergo terræ in fundo reſidi aqua oleum eſt abſtractum phlegma proprium affunditur, ſal extrahitur & clarificatur, quod eſt naturale eius ſal. Sal hoc oleo coniungitur & per retortam trahitur, tranſitque in formam olei ruberrimi rubini inſtar pellucidum, quod quamlibet lunam 24. horis in aurum purum gradat & figit, ſi huic oleo addatur æquum pondus de ſulphure ſolis, quilibet conijcere poteſt quid inde fieri poſſit, nullum aliud fundamentum eſt, ſed hoc eſt optimum laborandi in Antimonio. Eſt tamen alia via breuis parua in Antimonio vt Philoſophico modo ex eo vitrum præparetur, hoc extrahe cum aqua rubra ſalis, abſtrahe aquam, reſiduum traduc artificio debito, prodibit oleum pulcrum: in dicto oleo ſalis ſolue ſolis partem. 1. Mercurii debito modo ſublimati part. iij. has tres ſolutiones coniunge, putrefac, diſtilla, habebis oleum Antimonii & mercurii quod quamuis lunam in aqua forti ſolutam præcipitat & notabilem partem in marca paucis diebus in aurum bonum gradat & figit. Reliquæ ſententiæ de Antimonii mercu-

Oleum Antimonij rubeum per ſe elicitum nullo addito.

Sal Antimonij qua ratione extrahitur per ſe.

Oleum Antimonij purum & oleũ auri perfectum opus faciunt.

Olei Antimonij alia præparatio

rio, regulo & floribus alibi exponentur.

DE MERCVRIO. Mercurius Alchymiſtarum Momus varie à variis tentatus amalgamando, figendo, croco martis, arſenico, oleis, ſublimationibus, ſalibus, mineralium diuerſorum additamentis, coagulando cum & ſine metallis, præcipitando, extrahendo aquis fortibus, & cinnabari fruſtra tentatus fuit: optimus modus eſt hic. Amalgama mercurium debito modo ad ſummum purgatum cum conuenienti pondere auri præparati, amalgama hoc reſolue in aqua forti diſtillatâ ex certis mineralibus & ſalibus, putrefac, abſtrahe partem aquæ, ſpiritus aquæ ſingulari artificio fixa, pone in loco frigido vt ſolutio criſtallos proijciat, abſtrahe aquoſitatem per deſcenſum quæ eſt vera dulcificatio eius; procede vt prius, congela in criſtallum, & hoc tertio, ita criſtalli rubeſcent, ſepara à fundo ſeu fæcibus inutilibus, dulcifica, reſolue in cellâ quod facile fit, coagula igne lento, habebis præcipitatum rubeum, pellucidum, ceræ inſtar fluidum: ingreditur in lunam, augmentum eſt ſolis, remunerat artificem copioſé, pro quo Deo ſunt gratiæ agendæ. Aliâs parum in mercurio eſt lucri niſi in ſubſtantiam redigatur adeò ſubtilem vt non ſit mercurius ſed elementum mercurij, neque amplius poſſit viuificari, quod ſi per ſe in loco humido ſoluatur more philoſophico in aquam dulcem, non maculantem, nec mordicantem, nec corroſiuam, ſoluentem ſed non extrahentem aurum; quæ poſt ſolutionem pelicanata,

Ex mercurio cõmuni quid boni elici poſſit tincturæ metallicæ inſeruiens.

Ex mercurio nihil elici poteſt boni niſi reducatur in aquam nõ amplius in mercurium reducibilé

aliquandiu circulata vniuerſaliter & particulariter vtilia multa efficere poteſt, quod Theophr. teſtatur in libro de vita longa tract: de mercurio: aliter difficile eſt ex mercurio proficere.

De Crocis metallorum & eorum SALIBVS. Queruntur iam pridem Alchymiſtæ ſe non poſſe coniungere crocum martis cum Mercurio, neque in lunam introducere, quæſiueruntque miras vias vtriuſque: alii limaturam ferri cum vitriolo bene coxerunt, deinde cum mercurio ad ſimilitudinem amalgama triuerunt, nihil tamen ptofecerunt: alij limaturam ferri in aqua forti ſoluerunt, ad rubedinem reuerberauerunt, alij ſapientiores ſe exiſtimantes aceto affuſo rubedinem extraxerunt & coagularunt: alij martem per ſe reuerberarunt donec ſubtilis & pulueris inſtar leuis fieret, ſummatim hic crocus nihil profluit niſi in cementis & gradationibus, aliâs nullum fructum ex eo hauſerunt, neque quicquam eo effecerunt. Defectus fuit ex eo quia neſciuêre præparationem croci fluidi, hunc laborem fruſtraneum eorum produxit figmentum belli equeſtris quod nec intellexerunt nec intelligunt. Verus modus eſt hic.

Diſtilla primò aquam fortem pro ratione metalli, ſuſpende ſuper ea in curbita benè lutata laminas ferri duos digitos ſupra aquam (non loquor hic de fæcibus vinj vt Theophr. in Archidoxis & Metamorphoſi ponit) nec attingant omnino aquam, ſtet 24. horis in calore arenæ, adhærebit laminis crocus pul-

Modus faciendi olei martis optimi.

cher & mirus, abrade leporino pede, ſuſpende denuo, abrade, itera donec non amplius crocum reddant, tunc corpus martis mortuum eſt & inutile, ſiquidem totum in crocum mutarj nequit, crocus quippe dicitur quinta ſola anima & non totum corpus ſumi debet. Deinde affundatur croco huic acetum forte à ſalarmoniaco abſtractum quod intra mediam horam dulce fiet vt anima ſaturni, filtra, coagula, habebis ſal martis nobile, pulcrum, ſapidum. Hoc ſal in loco humido ſtatim reſoluitur in oleum flauum, quod crocus martis prius ſiccatus imbibit vt terra ſicca pluuiam natura enim naturâ gaudet, crocum imbibe oleo ſuo donec non amplius recipere velit, ſicca lento igne, reſolue in cella, natura enim naturam vincit, vertitur in oleum. In hoc oleo imbibe mercurium ſublimatum quantum accipere volet, in cella reſoluetur in oleum clarum, natura enim naturam ſuperat, coagula ſimul, & ſic Mercurius cum marte amalgamatus eſt, coniunctus & fixus vt non ſeparentur quia natura naturam retinet. Puluis hic lunæ iniectus intrat vt adeps, lætificat artificem, quia æqualis æqualem delectat, ruſticus in nobilem mutatus eſt. Mars à ſua nigredine purgatus cum mercurio vnitus in lunam ingreſſus nobilis factus eſt, quod Theophr. innuit in libro Vexationum. Ita procedi poteſt cum croco martis: ita & cum alijs metallis, ære, ſtanno, plumbo, argento & auro quod Theophr. obſcurè innuit in libro Metamorph. dicens, quomodo ex auro

Oleum martis cum ſublimato coniunctũ eſt inſeparabile, ãbo in oleum ſoluuntur.

vitriolum

vitriolum extrahatur. Veriſſimum enim eſt & nemo artifex peritus mihi negabit ſi hoc modo cum auro procedatur quod non 24. horis ſed 72. horis demum ex corpore ſolis prodit, ſulphurque eius & ſal colligatur artificem & in chymiâ & in medicinâ habitutum theſaurum gaudij plenum. Et licet corpus ſolis mortuum ſit, tamen accipe corporis ſolis mortui part. iij auri purj part. I. fluant ſimul, fiant laminæ ſubtiles, ſoluantur in aqua ex quibuſdam mineralibus & ſalibus diſtillata, putrefiant ad tempus, abſtrahatur aliquoties aqua, reducatur maſſa, addatur dimidia pars Veneris ex marte, laminentur & cemento regali cementen tur, denuò eſt aurum nobile. Sic ſemper corpus ſolis mortuum reſuſcitari poteſt, ex cum omnibus metallis procedi vt habeatur crocus, ſulphur & ſal eorum, ſed hæc ſufficiunt.

Aurum ita poeſt calcinari cum ſulphure, vt verè diſſoluatur cum aceto & tunc temporis hoc oleum auri mutat multas partes lunæ in verum aurum.

DE VITRIS METALLORVM & eorum eſſentijs. Multi metalla ſingula in vitrum aliquod gemmæ alicui ſimile redigere conati ſunt, & præſtiterunt quidam: deinde ſperauerunt lunam longa fuſione & multiplici fluiditate in fixitatem & vnionem redigere cum eo, fruſtrà; quid enim prodeſt etſi luna millies cum vitro metallico fluat, inutile tamen eſt quia vitrum materia arida nec humorem nec liquidum habet ingreſſum, luna etiam corpus fixum & durum talem materiam non poteſt ſuſcipere, & licet luna multiplici fuſione compacta fiat, tamen in cupella ſeparatur & labor eſt inanis. Quid fa-

De vitris metallorũ.

ciendum ſit monebo. Fiat ex ſaturno per ſe vitrum miſceatur tribus ſalibus, his cementetur luna triduo, fluatque ſimul tribus horis & erit compacta: ſalia enim aperiunt corpus lunæ & introducunt ſpiritum ſaturni qui vnitus cum ſpiritu lunæ dat ei pondus: deinde Mars, Venus & Iuppiter ita debent calcinari vt nunquam amplius in corpus redigi poſſint, quibus ſic præparatis addatur mercurius præcipitatus fixus, fluant artificio peculiari, prodent vitrum rubeum rubini inſtar, ex hoc vitro omninò abſtrahatur rubedo: hanc extractionem abſtrahe ad oleitatem vſque, caput mortuum reduc, producet vitrum fuſcum, cum hoc fluat rurſus luna & eſt præparata ad tranſmutationem. Deinde flores ſulphuris, & Antimonii cum vitriolo calcinato ſublimati dant ſulphur pulchrum rubrum, quod cum parua parte auri ſolati imbibe & coagula recto pondere cum extractione vitri metallorum; denuò imbibe, reſolue in balneo, omnia coagula denuò, & idem tertio: puluis hic lunæ ingeſtus monſtrat ſe cum vtilitate immenſa, *ratio eſt, quia cum metallis, in metallis & per metalla perfecta metalla fiunt.* vt Theophr. loquitur in libro Vexat. tomo. 4.

Luna vt acquirat pondus.

Lunæ in aurum conuerſio.

Præterea metallicæ omnes eſſentiæ quæ in vitris particularibus coloribus lucent ſicut vita in homine extrahuntur, ſimul coniunguntur & figuntur & ſic rurſus in corpus recto ſuo pondere & iuſto proceſſu Philoſophico & vſu rediguntur, quod non abſque vtilitate abit ſicut credi debet. Ita ex vitris metallici

vtilitas haberi poteſt neque reuera aliter, in omnibus enim intellectus omnium & experientia eſt omnino neceſſaria.

DE MERCVRIIS METALLORVM ET eorum oleis.

SVPERVACANEVM eſt narrare quanto labore & ſumtu multi conati ſint metalla reducere in primam ſuam eſſentiam ſeu in Mercurium viuum: quanta fuit inquiſitio circa Mercurium ſaturni, ſolis, & lunæ, quantus labor, quot artificia? Alij metalla vt aurum & argentum cum mercurio amalgamauerunt, lento igne digeſſerunt, mercurium per corium preſſerunt, rurſus coniunxerunt & hoc tandiu donec corpus cum reliquis per corium tranſiret. Alij mercurium per metallum ſublimauerunt donec in mercurium redigerent. alij diſtillationibus per deſcenſum efficere voluerunt ſed fuit inutile. Metalla in mercurium reducendi optimus modus eſt. Accipe metallum quam puriſſimum habere poteris, reſolue in aqua cuique metallo conuenienti & in calcem volatilem redige, mixtam cum tribus ſalibus in ventre equino ad ſuum tempus putrefac, pone in retortam adde recipientem

Quomodo metalla omnia in mercurium redigi poſſint.

Tres ſales ſunt ſal armoniacum ſal vrinæ, & ſal tartari.

cum aqua frigida, diſtilla ac ſi mercurium viuificare velis, tranſibit metallum in formam nebulæ & in recipiente in mercurium currentem viuificabitur, quo quiſque ſuo judicio vtetur.

Eſt & alius modus per ſublimationem mihi ex propria experientia notus, ſed eſt ſolicitudinis, laboris plenus, & minoris lucri, majoris temporis, mihi tamen magis arridet, ſed cuique ſuam experientiam relinquo.

Metalla etiam vt & mineralia in oleum redigere, artis & prudentiæ indiget, non enim oleum ſed liquor tantùm dici poteſt, quicquid aquæ aut vino non innatat ſed in fundo ſubſidit: oleum etiam non eſt quod in frigore coagulatur, ſed id quod ſemper in oleitate ſua manet & liquidum apparet.

Quid ſit oleum.

Multi boni virj ſeipſos deceperunt & opinione ſua deluſi crediderunt ſulphur, vitriolum, & alia mineralia: imò martem, mercurium, Iouem & alia metalla in liquorem redigendo magna efficere, præcipuè cum ſolis liquore ex quo aurum potabile præparari poſſe putauerunt, ſed bone Deus multò plura hic requiruntur, & quia metalla & mineralia non omnia conſentiunt, ſed ſingula ſuam qualitatem habent non patiuntur vnum modum ſed quoduis ſuum ius poſcit vt nec nimis nec parum fiat ſed prudenter agatur, quod docebo.

Metalla diuerſa diuerſis modis tractantur.

Cum dictum ſit olea talia eſſe debere vt aquæ innatent non ſubſidant quod ex terreſtreitate eorum procedit, hoc impedimentum

ante omnia aufferatur, metallum in criſtallum redigatur, fit ſic. Ex certis ſalibus artifici notis pro ratione metallorum diſtillatur aque ſingulis alia, in qua ſoluantur metalla, per triduum in balneo relinquatur ſolutio, deinde abſtrahatur tertia pars, reſiduo affundatur guttatim debita quantitas ſpiritus tartarizati, ponatur in loco humido, tunc metallum in criſtallum vertetur, abſtrahatur, denuo aqua vt ante, & infundatur ſpiritus reponatur in cella augebuntur criſtalli & terram ſuam à ſe in fundum reiicient. Sic procedatur tertiò, criſtalli purgentur ab omni terrâ, ſiccentur diu igne lento, terantur, dicto ſpiritu de nouo imbibantur, in cucurbitâ forti diſtillentur primo lento deinde fortiori igne vt modus eſt tranſit mille coloribus oleum pro ratione cuiuſuis metalli coloratum, quod verè metallicum & multis rebus vtile eſt prout artifices norunt.

Tacetur aqua cuius ope ſoluuntur metalla vt reducantur in oleum vt communis aqua fortis ſufficit.

Ita cum mineralibus procedatur, in quibus artificio prudenti purum ab impuro ſeparetur, procedatur vt dictum pro ratione cuiuſuis mineralis, non enim in omnibus neceſſarius eſt ſpiritus tartari, ſed ſi artifici purgatio nota eſt facilè diſtillationem inueniet.

Vitrioli oleum nec eliciatur.

Vitriolum enim à ſulphure extraneo aluminoſa ſubſtantia purgatum per ſe oleum nobile dabit, ſed nō ſine medio, bene quale debeat eſſe iſtud medium cuius beneficio prodit oleū dulce, vitrioli, exſtimo eſſe ſal plumbi aut ſal martij cum aceto ſtillatitio ſale armoniaco impregnato cum vitriolo permixtum: iſti

Nota.

iſti oleo adde ſal proprium iuſto pondere, putrefiant, rurſus diſtillentur per alembicum tranſit pulcrum, clarum, dulce vt ſaccharum à multis quæſitum, à paucis inuentum. quæ præterea in vitriolo quæri debeant indicat nomen ejus ſic expoſitum; Viſitabis Interiora Terræ Rectificata.

Inuenies Occultum Lapidem Veram Medicinam: de quo Theophr. ſatis gloriatur in tractatu Theſaurus theſaurorum de quo alibi in tract. meo de mineralibus agam.

DE PARTICVLARIBVS IN GENERE.

Notanda hæc ſunt cum quæ ſunt arti præmittenda contineant.

DE aliis particularibus ob multiplicitatem quam vulgo Chymici ſectantur, vt cementando &: non ſcribam prolixè, licet non omnia reijcienda, & aliquid ijs effici poſſit recto modo obſeruato ne ſcilicet nimia ſalia corroſiua, penetratiua & gradatiua ſimul miſceantur, ſed omnia ex arte & prudenter fiant, materia priùs ſecundùm artem preparetur, & per ſpiritum diſtillatum fixetur, poteſt aliquid ſed parum, panis tantum eſt quotidianus laboris plenus.

De aquis hoc dico, niſi gradantibus aut fixantibus aquis corroſiua ſubſtantia & ſuperflua aquoſitas detrahatur, ſolæque species

ſin humorem penetratiuum fixentur & in eo luna ſoluta ad tempus digeratur nihil effici poteſt.

Sileo reliqua particularia non ex fontibus naturæ procedentia & fundamentis illius difformia, inutilia enim ſunt.

Particularia omnia quæ non habent in ſe principia naturalia pura & pura, nihil habent virtutis & nõ proſunt.

Scribere etiam debuiſſem de ſublimationibus metallorum, de creſcentijs, & alijs ſecretis artificibus neceſſarijs ſed breuitatis cauſa aliò remitto, & ſic tractatum de via particulari concludo.

DE VIA VNIVERSALI PARS PRIMA

VIA SICCA.

VNIVERSALITER laboranti non ſufficit primo ſcribere, licet multi vtriuſque conditionis niſi ſunt quærere nobile hoc arcanum ſeu lapidem Philoſophorum, multique adeo apud magnates gloriati ſunt ſe illum ſcire & præparare poſſe, ſed pauci verè noſtro ſæculo excepto Theophraſto inuenerunt. Superfluum eſt etiam narrare in quibus nugis à multis quæſitus fuerit, ſicut ait Bernard. Treuiſan. aliquot proceſſus recitans, quos repetere breuitatis cauſâ nolo. Neceſſe itaque eſt vt

breuiter de eo loquamur ne laboratus à Sophiſtarum puerilibus propoſitionibus decipiatur, ſed diuino auxilio inuocato Philoſophorum dicta ſcrutetur, quia nullum mendacium dixerunt teſte Philoſopho in Roſario. Afferam vobis doctrinæ magiſterium nempe eorum quæ vidi proprijs oculis & manibus palpaui nec aliud nunc poſſum vobis teſtimonium rectius perhibere, conſulo autem vt nemo ſe arti intromittat niſi principium veræ naturæ & eius regimen agnoſcat, qua cognita pluribus non indiget rebus niſi vna, nec magis requirit expenſas quia in rerum multitudine ars noſtra non perficitur &c. pag. 331. & mox, Conſulo autem &c: ibidem. & rurſus, Quia in rerum &c: ibidem. Requiritur ergo ad conſequendum nobilem hunc theſaurum habere Deum omnipotentem præ oculis, auxilium eius implorare, abſque quo nihil fieri poteſt, hoc eſt conſilium Philoſophi dicentis; Filj, ante omnia memento Deum timere. Vt verò ad propoſitum meum de via vniuerſali redeam nihil eſt certius quam antiquos Philoſophos duplicem habuiſſe viam in ſcriptis ſuis ſcilicet ſiccam & humidam quod ex roſario patet, & licet diuerſos modos, vnum tamen habuerunt ſcopum niſi quod alius alio citius eum attigerit. Has duas vias deſcribit etiam Theophr. Philoſophus noſtro ſæculo peritiſſimus, ſiccam in tinctura Phyſicorum, humidam in ſuo manuali. Bernardus Treuiſanus in humidâ laborauit quod ex practicâ

Duplex via

Vnus ſcopus.

ejus patet prout infra perſpicuè probabo.

Circa viam ſiccam omnibus notum eſt quam mirabiliter, profundè & incomprehenſibiliter Philoſophi de primâ materiâ diſputauerint & in ſcriptis ſuis ſecretum verè altiſſimum multiplicibus obſcuris nominibus abſcondiderint, nec opus probatu cum fateantur, dicentes, nos omnia reuelauimus excepto ſecreto artis &c: vt ſupra dictum; innuunt tamen omnia in eo ſita & deſcribunt his verbis; Prima materia metallorum eſt quædam ſubſtantia fumoſa continens in ſe humiditatem vnctuoſam, à qua ſubſtantia artifex ſeparat humiditatem Philoſophicam quæ apta eſt pro opera quæ erit tam clara ſicut lachrima, in qua habitat quinta eſſentia metallica, & illa eſt metallum placabile & in ea eſt medium coniungendi tincturas, tam ad albam quam ad rubeam ideo quia habet naturam mercurij & ſulphuris, ſed verba hæc obſcuriſſima ſunt neque facile intelliguntur, neque vllus Philoſophorum clariùs rem expoſuit quam Theophr. in theſauro theſaurorum vocans aſtrum ſolis & aſtrum ſpheræ lunæ, dicens, inuenimus in viſceribus terræ minerale quod in ſua coagulatione reperitur rubrum. Et in Tinctura Philoſophorum vocat leonem rubrum multis nominatum paucis notum, obſtenditque locum in quo quærere oportet leonem eique puriſſimum ſanguinem detrahere & aquilæ alas. Vnde ſequitur nullum alium eſſe modum quærendi altum hoc arcanum quam in Ente Solis, Lu-

Antimon. & mer. ſublim.

Hæc ſcitu digniſſima ſunt vt artem noſcamus lilium dicitur hic ſulphur album quod in ventre mercurij Solis & Lunæ lateret & ſanguis dicitur ſulphur rubeum.

næ & Mercurij, hæc enim tria Entia ſi recte cognoſcantur, & lilium eorum ex ijs extrahatur, abſtrahatur ſanguis leonis rubrj, albæ aquilæ alæ conjungantur, & coagulentur vt breuiter & Philoſophicè loquar, neceſſariò Theſaurus ſequetur; adſunt enim ſol & Luna mas & fœmina, tertio mercurius ſeu ſpiritus qui viuificat, quod requiritur ſecundùm Philoſophum dicentem, Lapis philoſophicus ex tribus fit ſole,luna & mercurio,ex illis conjunctis pater Hermes ſciuit conficere tincturam &c: pag. 335. Idem teſtantur verſus Iohannis Texenenſis Lapis noſter fit ex tribus &c: p. 336. Et Philoſophus Rythmis Germanicis docet aurum vulgare non eſſe materiam Lapidis, Aurum & argentum hoc non efficit niſi primum illorum ens faciat.

In duobus ſunt.

Maximum ergo artificium artifici eſt neceſſarium materiam lapidis eſſe tria hæc Entia quæ rectè agnita ſuper marmor terantur non in mortario tundantur, hoc enim retardaret; in vaſe competenti benè lutato in furno Philoſophico ponantur reganturque calore qualem gallina ouis incubans habet; ſublimatur, purum ab impuro ſeparatur, vt lilium germinet ſicut herba campi creſcit, & hoc eſt primus labor, quod benè in Roſario notatur figura virj & fœminæ in balneo ſedentium & ſpiritus in medio. Niſi enim rectè agnoſcatur, & in probatione artifici anre initium operis agnoſcenda, item num Entia fœcundè creuerint nec ne, omnis labor perit, vnde Pontanus in Epiſtolis fatetur ſe plus

quam ducenties errâſſe in cognitione materiæ, Entia enim fœcunda eſſe debent. Viſibilis hæc Entium germinatio & fructificatio artificem ſucceſſu operis lætificat, ej affert conſolationem & ſpem de reſurrectione mortuorum, implet primum Dei mandatum Geneſ. 1. Creſcite & multiplicamini. In primo enim incremento prorumpit (præcipuè ex Ente ſolis) inſtar pellis viridis herbæ viridiſſimæ colore ſupra totam materiam, quod Philoſophi rectè leonem viridem, duenech, & æs Hermetis nominant: vnde philoſophus; Nullo tamen modo poteris lapidem præparare, abſq; duenechs viridi & liquido, quod videtur in mineris noſtris naſci. O benedicta ergo viriditas quæ cũctas res generas, vnde noſcas quod nullum etiam vegetabile atq; fructus nullus apparet germinando quin ſit ibi viridis color & caue ne in princ. cõburas ſuos flores & ſuã viriditatem. Dum itaque creſcit artifici notum ſit regimen ignis & color, ne primos flores exurat & opus deſtruat, quod Philoſ. monet; Et caue vt in principio &c: pag. 338. Cum ita in labore proceſſum eſt &c: poſteà indies in albedinem ſublimabitur, & in mercurium Philoſophorum mutabitur non currentem ſed viuentem, vnde Philoſophus; Lapis quem Philoſophi quærunt in quo ſunt omnia, eſt mercurius ſcilicet non quilibet ille circa quem natura paululum operata eſt tamen ſuas primas operationes determinauit imperfectum tamen reliquit hunc autem lapidem ſi extraxeris ab illa re in qua inuenitur,

& circa ipſum inceperis operari ad perfectionē incipiendo in eo, quod perfectum inuenies & gaudebis, Et lapis noſter nominatus mercurius qui non eſt natus ſed de corpore extractus & alius philoſoph. inquit prima materia corporū non eſt mercurius vulgi ſed eſt vapor vnctuoſus & humidus, nam ex humido fit lapis mineralis & ex vnctuoſo fit corpus metallicum: hic lapis eſt vnus in toto mundo & qui in hoc vno errat in vanum laborat. Nam hic eſt mercurius noſter nobiliſſimus, hæc eſt materia noſtra & ſecretum noſtrum & dicitur diuinum myſterium à Deo datum, & Deus nunquam creâuit rem nobiliorem ſub cœlo, præter animam rationalem, lapis autem ille id eſt mercurius noſter à natura creatus inuenitur, & per Deum altiſſimum nihil plus indiget niſi quod eſt ſuperfluum in eo renouetur & purum ſolum & candidum accipiatur, & coquatur iugiter donec figatur, illud purum cum auro coctum citius figitur &c: 339.

In hoc lilio niue candidiore (quia intimum ejus foras prouocatum & exterius intro retruſum eſt) latent tria principia Philoſophica, ſal, ſulphur & mercurius, & habent vim tingendi tam ad album quam ad rubeum, Fœlix vero artifex qui prudenti artificio Philoſophico more tria hæc lilia decerpere poteſt, id eſt, florem ex ſaron & roſam omnium roſarum, ex quibus conſequenter corona ſalutis, longæuitas & diuitiæ fiunt, quod ſecretum ab omnibus antiquis occultatum eſt in Roſario figura triplicis aquæ ex fonte erumpentis, vbi

ex vno latere eſt ſol, in altero Luna, & mercurius in medio, vnde ſatis intelligitur hanc illorum fuiſſe mentem, ideoque omnia illorum dicta quæ memoria mihi abſque libris ad manum ſuggeſſit publico bono verbotenus adduxj, Pergam quomodo procedendum: cum ergo ex Entibus lilium productum eſt & extractum more Philoſophico, & ex Ente Mercurij (quod Theophraſtus in Iſtria jubet quærere) fortuna ſeu aqua Mercurialis facta eſt, aqua ſicca, vt Philoſophi dicunt, Aqua noſtra nec humectat nec comburitur, vnde diſcipuli Philoſophum de materia lapidis interrogant, Dic mihi ſi lapis eſt, quod eſt lapis philoſophorum? reſpondet Magiſter, Eſt lapis, non lapis eſt, ſed aqua ſicca ſophorum, Eandem differentiam ponit philoſophus, dicens, Dicitur lapis & non lapis &c. pag. 342. Cumque ſit aqua ſicca à Philoſophis multis nominibus indigetatur peregrinis, Aqua viſcoſa, vitæ, fons vitæ, lac virginis, aquila volitans, quam nominum multiplicitatem fatetur & Philoſophus; iſtam Medicinam vocant Philoſophi omnibus nominibus quia tot ſunt nomina huic mercurio quod vni, aut numquam poſſit aliquis noua vocabula imponere, & hoc fit propter naturæ ſuæ dignam & mirabilem colorum varietatem & alibi multa nomina illi impoſuerunt, ſed tu conſidera illam ſolam rem quæ argento viuo, & corporibus adhæret, &c. pag. 343. ſed aqua hæc debet eſſe æque pura ac gutta in oculo, vnde verſus, Pura ſit Nympha, ſed ſit puriſſima

Aqua Phil. lac virginis.

lympha. Hoc autem verum & indubium eſt principium, & medium coniungendi hæc duo corpora ſolis & lunæ probabo primò verſibus Ioh. Tezenenſis, deinde verbis Philoſophorum. Ait Tezenenſis, Tu qui gliſcis donum Dei contemptare huius rei fontem peramabilem lunam ſolem tranſmutare tibi mando voce clara lympham inſolubilem, hæc eſt radix prima nobis data multum chara Hermetis comprobauimus &c: pag. 344. Et Palingenius ſimiliter ſcribit, Hunc puerum Arcadium &c: 344. & Roſarius, Aes in aquam puram, nil plus perficere cura.

Non facta eſt aqua noſtra ſed præparanda eſt ex metallis.

Cum itaque ſatis dictum ſit de primâ materiâ lapidis, probatumque nec mercurium vulgi, nec aliquod corpus compactum hic requirj ſed talia Entia præparata, duo alia Entia ſol & Luna ſoluantur in hac aqua mercurialj legitimo pondere coniuncta; ait enim philoſophus; Quicunque ignorat pondera &c. p. 345. Vt itaque medium & certa coniunctionis ratio certificetur caue ne vir ſit robuſtior fœminâ, nec fœmina viro dominetur, nec aqua reſoluens nimis profunda ne ſperma ſubmergatur: ſic enim ſequi poteſt prægnatio vt ex vno duo, ex duobus tria, & tandem ex tribus denuò vnum fiat, quod Theophr. dicit Vnitatem per dualitatem in Trinitate &c: neque alius eſt modus quam (vt dixi) ambo ſolem & lunam in aqua mercuriali ſoluere quod & philpſophus iuramento interpoſito teſtatur: Fili, per fidem altiſſimi &c: pag. 346. Ex his & aliis philoſophorum dictis ſa-

tis liquet nullum eſſe aliud medicum quam in his tribus, Sole, Luna & Mercurio.

Quomodo hoc altiſſimum arcanum inquirendnm ſit & de proceſſu ſatis dictum vt lilium obtineatur, hoc enim fons eſt Roſarij vbi figura oſtendit triplicem aquam ex fonte ſcaturientem & in imo fontis confluentem, vbi ſola dextra eſt, Luna à ſiniſtra, & Mercurius in medio his verſiculis, Nos ſumus metallorum initium & prima natura. Ex nobis oritur ſuprema natura. Hæc itaque tria ſic coniuncta ponantur in vitro Philoſophico ſub ſigillo Hermetis vnde Philoſophus, & nota quod Ianua tua ſit bene clauſa. Vitrum ſic ſigillatum ponatur in furno Philoſophico cum regimine ignis Philoſophici, nullusque amplius eſt labor neceſſarius, ſed in vno vitro, & vno vaſe opus poteſt perfici, vnde Philoſophus, in operis noſtri magiſterio vſus tantum vnico vaſe, vna fornace vnaque diſpoſitione, quod intellige poſt primam præparationem lapidis. Id eſt, cum tria hæc ſol, mercurius & luna in mercurium mutata, ſimul coniuncta ſunt primum & præcipuum opus perfectum eſt, vnde id quod ſupereſt antiqui Luſum puerorum & laborem fœminarum vbi omnia in lauando & coquendo conſiſtunt nominauerunt. Cumque hæc iam purgata ſint nihil requiritur quam ignis cuſtodia, incipitque coniunctio propriè in Roſario depicta. Coniunctione peracta incipit nigreſcere & appropinquat ſolutio vera ſecunda quæ eſt certiſſi-

Lapis Philoſophorũ vt fiat & ex quibus.

Quid ludus & opus mulierum.

mum indicium proſperi ſucceſſus operis, vt Philoſophus ait; Et cum videris materiam tuam denigrare gaude quia principium eſt operis. Coniunctione enim perfecta incipit Prægnatio. Hæc nigredo in dies ad ſummum vſque augetur & tunc prægnatio eſt perfecta, hanc nigredinem vocant Philoſophi Caput corui de qua philoſophus; ſcito fili quod caput artis eſt coruus qui in nigredine noctis & diei claritate ſine alis volat. In hâc verò nigredine incipit Mercurius à corpore in altum tolli quod Philoſophi ſuam ſublimationem vocant, licet non ſit ſublimatio vulgaris, vnde Philoſophus; ſcire te conuenit quod noſtrum ſublimare nihil aliud eſt, quàm corpora ex altare id eſt in ſpiritum deducere. Itaque ſpiritus rurſus à corpore ſeparatur quod figura & verſus Roſarij indicant, Hic laus Lunæ prorſus finitur, anima citò à corpore ſeparatur: manetque corpus mortuum in fundo cineris inſtar quod neminem terreat, operis enim proprium eſt teſte Philoſopho, Quando materiam Solis & Lunæ mortificat Mercurius, & remanet materia ſicut cinis & vocatur à Philoſophis cribratio & contritio. Quod corpus viuificantem ſpiritum amiſit ideoque pallium exutum ſeu ſpiritum viuificantem auidiſſimè expectat, & mox Mercurius ſeu ſpiritus guttatim incipit decidere, vnde Roſarius; Hic ros è cœlo deſcendit & lauat corpus nigrum in ſepulchro: eleuatur tamen rurſus & Philoſophi dicunt ſepties, vocantque deſcenſum ænigmaticè

Sublimatio Philoſophica qualis eſſe debeat.

ænigmaticè ſuam diſtillationem & aquam cœleſtem, vnde Philoſophus; Hæc aqua diuina eſt res de cœlo deſcendens. Quod notandum, quia dicunt expreſſè ſuas diſtillationem & ſublimationem non eſſe diſtillationem & ſublimationem vulgares, dicentes noſter Lapis ſeipſum diſtillat & ſublimat, quod ſophiſtæ nec potuerunt nec voluerunt intelligere. Terra enim ſicca magno cum deſiderio erga ſpiritum ſuum afficitur, animamque ſuam libenter reciperet, quod ſuo tempore fieri poteſt; tempore enim elapſo ſpiritus in corpus redit, de quo diſceſſu & reditu, & reuiuificatione corporis teſtantur Philoſophi, reditque tunc vita, vnde Roſarius, Hic ros imbibitur & terræ mortuæ ſuam aquam rurſus dat bibendam: Philoſophus, ſi vis vt corpus reuiuificetur, redde ipſi animam & ſtatim viuet. Hæ guttæ cum corpus mortuum recrearunt recipit vitam, vnde Roſarius, Hic anima rurſus de cœlo deſcendit & corpus in tumulo recreat: quo facto quotidiè mutat colores igne mutato Philoſophico more, vbi tamen feſtina lente, Philoſophus enim ait, Noli cito perficere opus tuum; & alibi; Patientia & mora ſunt neceſſaria in noſtro opere. Neceſſe eſt ergo patientia vti, non feſtinare, neque opus agendo deſtruere. ſi ergò in omnibus verum medium & rectum ignis regimen obſeruatur, quod maxîme requiritur (quæ omnia Philoſophus verſiculo hoc incluſit.

Mercurius hic vocatur ros & aqua & anima.

Quia ignis lentus ſemper continuandus nec vllo pacto augendus ideo patientiâ eſt opus, cum hoc opus ſit longiſſimũ quia lento calore peragitur.

Vas, fornax, pondus, ignis, cum tempore

latent (tranſibit in rubedinem tandem per-fectiſſimam & carbunculo ſimilem (vt Phi-loſophus dicit) nocte lucentem in tenebri: inſtar ſtellæ centum radios emittentis, & ſi pretioſiſſimus theſaurus habetur cum Deo à multis quæſitus, à paucis inuentus , de quo Philoſophi & imprimis Roſarius verſiculi Germanicis ſcribunt. Hîc nata eſt Imperatri ditiſſima , Philoſophi ſuam filiam vocant hic natus eſt Rex honorabilis quo non po teſt eſſe altior. &c. reliqua hîc à me omiſſ quiuis ſuopte marte legere poterit . quæ an tiqui de hac arte benedicta dixerint. Han enim ſcientiam Salomon ſibi pro luce habe re propoſuit & ſuper omnem pulchritudi nem & ſalutem dilexit quoniam omne au rum tanquam arena eſt exigua & veluti lu tum æſtimabitur argentum in conſpect operis noſtri.

Alchymia Salamoni fuit dilectiſſima.

Ita Deo propicio perſpicuè viam lapic Philoſophici quantum Philoſophicum m dum decet deſcripſi & quaſi in ſpeculo c iuis propoſui vt ſe ibi contempletur , cir viam ſiccam, quam quicunque cum intell ctu leget ſinceritatem meam agnoſcet. Scr bere debebam de multiplicatione & proi ctione, ſed deſiſto , quia ſuperfluum eſt, c enim Deus hucuſque ſuam benedictione dat dabit etiam ad reliqua obtinenda , gratus ſit benigno Creatori.

Concluſa ſic via ſicca humidam in qua tum ex propria experientia mihi innotuit dei ceps exponam quam potero & debeo cl riſſimè &c.

DE VIA VNIVERSALI

pars II. VIA HVMIDA.

CVM hactenus docuerim breuiſſimè quomodo viâ ſiccâ pretioſiſſimus Theſaurus poſſit acquiri diuinâ ope, docebo breuiter quomodo idem Theſaurus viâ humidâ ſedulo, artificioſo, ſecreto, occulto & ſolis Spagyricis noto artificio obtineatur, fitque ſic, poſt Theophraſtum inicio manualis ſui ponentem, Accipe electrum minerale immaturum (malè in recèns impreſſis exemplaribus limaturam legitur) ſolue in ſtomacho ſtruthionis &c: quidam putauerunt aurum tenuiter laminatum ſoluendum in aqua Regis & deinde rurſus ſoluendum in ſpiritu vini, quem proceſſum & artificium Philoſophi à (neſcio quo nomine ſit dignus) Rayſn. Lulio acceperunt ſcribente in ſuo tractatu ℞. Nigrum nigrius nigro, id eſt, vinum rubrum: hunc tractatum ſecuti ſunt, poteſt enim Raymundus ita nobiliter Philoſophari, & ex vino rubro ſpiritum extrahere quod docet & ego olim tentaui quo vero ſucceſſu noui ipſe, experto crede Ruperto: hunc ſpiritum affudit (ſali armoniaco quod

Hic tractatus omnis tendit vt vrinam humanam aſſerat eſſe arcanum lapidis quia docet eius ſalem volatilem extrahere & cum ſpiritu vini rectificato coniungere, ita vt nunquam amplius diſiungantur, & hinc paratur vera auri ſolutio, auri ſcilicet Immaturi quod eſt aurũ quod in ripis fluuiorum, reperitur ſed hæc omnia cũ myſterio dicuntur nam vt ſonant verba. falſa ſunt omnia nõ enim in vrina latet aliquid,

aquilam vocant) per ſe tamen prius aliquoties rectificatum, & ita acuit vt aurum ſolueret in colore rubeo per alembicum traxit, deinde phlegma ad liquorum vſque abſtraxerunt, & hoc eſt aurum illorum mortabile, potabile, inquam, ex quo non tincturam ſolùm ſed verum lapidem Philoſophicum conficere voluerunt, ſed fruſtra & in vanum laborauerunt, multi tamen opinioni huic tenaciter inhærent, quorum cœcorum (quibus nemo perſuadere poteſt vt ab errore deſiſtant) me miſeret, ſed vnuſquiſque ſuo errore ducitur. Sed ponam expreſſe, cum Theophr. vocet electrum, & omnes Philoſophi fateantur in nulla re preterquam in auro quærendam eſſe tincturam, quod antiqui ſtudio & labore maximo in luce naturæ inuenerunt in quo contemplati ſunt initium & generationem omnium, exploratâque naturâ viderunt Deum omnipotentem totam mundi machinam ſummâ ſapientia in quatuor elementa diuiſiſſe, ſc: ignem, aërem, aquam, & terram, & vlteriori meditatione in naturâ itidem quatuor principia ſtatuerunt, ſc: cœleſtia, vegetabilia, animalia & mineralia. In cœleſtibus nihil ſole præclarius inuenerunt, ſiquidem lumen ſuum non ſolùm inferiori mundo, ſed & lunæ, ſtelliſque communicat, eaſque ſuo quoque fulgore hebetat; tum vero quia calor ſolis plantas omnes & mineralia producit & maturat vt hominibus & brutis vſui ſint, ideoque ſolem inter cœleſtia tanquam præcipuum elegerunt.

quod aurum ſoluere poſſit & in naturam primã reducere cum conſeruatione ſuæ ſpeciei, corroditur quidem aurũ ab ſpiritu vrinæ, & ita deſtruitur, non ſoluitur, vera ſolutione, at ſal vrinæ dicitur myſtice, ſal metallorum ex cuius ſpiritu metalla ſolui poſſe exiſtimo.

Spiritus vini rectificatus & ſali armoniaco acuatus aurũ ſoluit.

In auro ſolo latet vera tinctura, quia in auro ſolo

In vegetabilibus ſimiliter naturâ exploratâ nihil vino nobilius inuenerunt non ſolum quia epotum cor homnibus lætificat, cūris liberat & doloribus, ſed etiam quia ex eo diſtillatur ſpiritus nobiliſſimus, quo ex omnibus vegetabilibus & mineralibus Quinta Eſſentia abſque vllâ odoris & ſaporis nobilis iactura in maximum hominum vſum extrahi poteſt, ideoque vino inter vegetabilia primum locum dederunt.

In animalibus hunc modum obſeruarunt, nullumque homini prȩferendum putârunt, non tantum quia à Deo ratione & intellectu præ cæteris dotatus eſt, vnde & animal rationale dicitur, ſed etiam quia ad imaginẽ Dei creatus tale arcanum & medicinam in corpore ſuo fert quod Deus & natura ej præ cæteris benignè conceſſerunt, nempe mumiam hominis, ſecretum ſanguinis, ſecretum microcoſmi &c: Quam verò miræ & ſtupendæ operationes in tribus his lateant tam in medicina quam alijs; cuiuis experto & perito medico notiſſimum eſt, vnde homo meritò inter animalia principem locum obtinet. Inter mineralia antiqui magi lumine naturæ in explorando vſi didicerunt aurum nobiliſſimum eſſe non tantum quia reliqua ſuperat pulcritudine, fulgure & ſubſiſtentia in igne & hominem lætificat qui eo abundat; ſed etiam quia in eo latet nobiliſſimus theſaurus tinctura ſuprema, medicina perfectiſſima cui non inuenitur ſimilis in orbe, quæ non hominem ſolum à morbis præſeruat, ſanita-

latent ſpiritu, metallicæ ſubſtantiæ tingentes & permanentes.

In cœleſtibus nihil ſole nobilius eo quod tota virtus naturæ in ſole eſt compendioſe coarctata.

In vegetabilibus nihil vino nobilius eo quod in vino tota virtus vegetabilium eſt compẽdioſe coacervata.

Homo in ſe arcanũ lapidis ſecum fert, & nihil eſt inter animalia homine nobilius quòd virtutes animalium omnium in ſe contineat.

temque reſtaurat, ſed & vitam longam donat; vnde inter metalla locum primum ſibi vendicat, Quomodo autem hæc Tinctura paranda ſit intelligenti perſpicuè ſcribam, hoc modo. Cum theſaurus ille nullibi lateat quam in ſole abſque mixtione aut additione aliorum, vnde Philoſophus, In rerum multitudine ars noſtra non conſiſtit, neque tamen ſequitur eſſe aurum fuſum & per ignem purgatum, cum Theophr. nominet electrum Treuiſanus vocat librum aureum multorum foliorum, vnde ſequitur eſſe aurum quod nondum in igne fuit, quia fuſum iam ſuam perfectionem obtinuit, eſtque exempli cauſâ panis coctus qui non poteſt fructum ferre licet toto ſæculo in terrâ iaceret & putreſceret, ſed ex eo poſſunt fieri alij cibi, verum nutriendo homini duntaxat apti, quemadmodum cupediarum piſtores & farinâ varijs aromatis admixtis diuerſa gulæ ſcitamenta faciunt, neque tamen ſequitur farinam aut panem habere in ſe vim generatiuam aut multiplicatiuam: ita ex auro nobilis medicina fieri poteſt, anima ſcilicet eius ſeu eſſentia extracta ſaluti humanæ vtiliſſima, & tingens aliquomodo metalla, ſed paruo cum fructu, neque eſt totum fundamentum. Caput eſt vt accipiatur aurum ex minera aut aurum totum abſque vlla alterius metalli admixtione, quod artifex dignoſcere diſcat, aliâs in vanum laboratur: & tale quidam vt numquam ignem intrauerit, ab igne enim tactũ virtutem generatiuam & augmentatiuam per-

Inter mineralia nihil auro præſtantius, quod mineralis virtus in auro fortiſſima ſit, & potentiſſima.

De marchaſita aurea hoc ſuſpicandum eſt vel de auro pluuiatili quod Inuenitur inter arenas qua ſi foliatum

Aurum foliatum quod in fluuijs reperitur eſt aurum illud quod accipiendũ eſt, vt tinctura inde fiat.

dit ſicut frumentum molâ comminutum, ignis enim ſpirituale ſulphur & mercurium comburit & ſic aurum perficit quaſi coctum panem, id eſt, compingit in ſoliditatem perfectam ex quâ nihil creſcit, vnde Philoſophus; Ex perfecto nihil fit quia iam perfectum eſt. Quibus verbis innuitur non eſſe aurum vulgare, fuſum & naturale ſed Electrum ſeu Aſtrum ſolis prout Theophraſtus vocat, vnde Philoſophus; Noſtra terra eſt aurum & argentum non naturale ſed eſt de eadem re & radice. & Tezenenſis Noſtram ſcire cupis artem Rei fore ſcias partem Vnam inſcindibilem. Tale aſtrum ſolis acceptum ſubtili & artifici noto artificio frangatur vt volatile efficiatur & ſubtilem calcem procreet, quod non aqua Regis neque vllo ſale aut corroſiuo fieri debet, ſed ſpirituali vapore, cumque ita fractum eſt ſeruetur, & deinde procedatur ſecundum doctrinam Theophr. & Treuiſani. Treuiſanus ait ſe inueniſſe fontem clarum & limpidum circumdatum lapide albo & prope erectam antiquam quercum fiſſam per medium, & fontem muro cinctum fuiſſe ne feræ ei nocere poſſint. Fons hic Treuiſani à multis ignoratus à varijs variè exponitur, ſed nemo rectius quàm Theophraſtus in ſuo manuali nominatim vocans arcanum tartari: fons enim, ſicut quilibet peritus fatebitur, eſt vinum, lapis albus tartarum, in vino latens; vetus quercus eſt dolium in quo vinum aſſeruatur, muri ſunt cella vinaria in qua vinum ſeruatur frigidum &c:

Aurum fluuiorum dicitur aſtrum ſolis.

Iſtud aurũ fluuiorum volatile redditur cum argẽto viuo vel cum vrinæ humanæ ſale & ſpiritu vini, hæc ambo, vaporem ſpiritualẽ conſtituũt.

Explicatio fontis Treuiſani ſed falſa, quia hæc debẽt interpretari de noſtro vaſe quod continet argẽtum viuum noſtrum quod eſt verus fons

noſter, qui cōcluditur vaſe noſtro vitreo & furno & vaſe terreo, vel ligneo hoc eſt ſcutella lignea ſuper quam inathauore ſuperponitur vas noſtrũ cum argẽto viuo noſtro.

Quod autem dicit antiquum Sacerdotem dixiſſe ſatis innuit eſſe vinum, quia Sacerdotes abſque vino nunquam celebrant ſacrum, ænigma ergo Treuiſani partim expoſui, fontis quoque illius præparationem docebo.

Præparatio primæ materiæ vrinæ ſcilicet hominis minime abſthemij.

Bernardus dicens ſe cœpiſſe haurire ex fonte indicat non totum vinum in ſua ſubſtantiâ ſumendum, ſed requiri vt labore longo & prudenti artifici noto ex vino eliciatur verum arcanum tartari vt Theophr. vocat, quod non eſt tartarus ipſe, qualis apud mercatores proſtat ſed ducit originem ex fontibus Philoſophicis: vel quod melius eſſet; ſi ſecretum microcoſmi vt Theophr. vocat parabitur, id eſt vt ex hominis ſani longo tempore vinum optimum bibentis vrina collecta fiat ſal vrinæ artificioſè præparatum, in ſale enim vrinæ per ſe latet medicina optima infra deſcribenda, tamen hoc arcanum tartari rectè præparatum hanc virtutem habere debet vt minimo momento minima eius quantitas quemuis ſpiritum vini rectè diſtillatum coagulet & in ſal nobile & odorum ab omni ſuâ aquoſitate ſeparet & præcipitet, quod reuera eſt magnum myſterium; hoc enim ſal, arcanum tartari, vel ſecretum microcoſmi prout Theophr. vocat in ſuum liquorem per ſe reductum & auro volatili prius facto ſuperfuſum ad tres digitos, in vaſe conuenienti in furno Philoſophico poſitum cum regimine ignis debito ſoluit corpus puriſſimè (quod nullum corroſiuum

Arcanum tartari in liquorem per ſe reductũ ſoluit corpus metall.

facere poteſt) relinquit corpus in fundo album , & accipit tantum animam ſeu ſulphur corporis,quod Philoſophus iubet fieri. Oportet te extrahere quintam eſſentiam alioquin in vanum laborabis. Hoc eſt Philoſophorum acetum acerrimum , ſpiritus vini , vera aqua vitæ , vera ſolutio ſolis , quæ non poteſt melius & commodius fieri quam hoc ſale , vnde Philoſophus , Et ſi Deus omnipotens hoc ſal non creaſſet non eſſet poſſibile conficere elixir. Itaque ad hoc opus & ad hanc ſolutionem nullum eſt aliud medium quàm nobile hoc ſal , vnde Philoſophus; ſuccus lunariæ fit ex vino noſtro quod paucis notum eſt,idem teſtatur Geber , Radix artis eſt ſapo, ſapientum eſt minera omnium ſalium & dicitur ſal amarum. Et de huius ſalis operatione ait Geber ; ſapientes antiqui concludunt de ſale iſto. Et nobile hoc ſal vt dixi & ex Philoſophis probaui in ſolo vino latet quo fit prima ſolutio & decerpitur flos nobilis.

Acetum acerrimum ex ſpiritu vini & ſale vrinæ confectum.

Solum ſal vini ad ſolutionem auri, modo ex ſpiritu vini & ſale volatili vrinæ conponatur.

Hac ſolutione factâ liquor hic ſolutus , quem Philoſophi ſulphur vel mercurium ſolis vocant , per ſpiritum tartarizatum vt Theophr. vocat abductus in vaſe circulatorio ad tempus pelicanetur & clarificetur donec in fundo maneat oleum præſtans mali punici corticis colore, quod eſt verum aurum potabile , neque eſt medicina altior & nobilior in mundo ; hoc eſt oleum Philoſophorum incombuſtibile , quod in ſolo auro inuenitur, & per ſecreta in vino latentia ſoli ſpa-

Aurum potabile oleũ Philoſop.

giro nota elicitur, quo artificio exponitur dictum Philoſophi; Noſter lapis triplex eſt vegetabilis, animalis & mineralis; idem indicat & Geber his verbis; In ſuâ ſumma perfectione &c: pag. 377. Et Tezinenſis canit, Lapis eſt triangularis mente tua mouearis Qualitatem viſcere. Vegetabilis eſt quia vinum eſt vegetabile, animalis quia vinum per tartarum humanum in ſecretum microcoſmi redigitur, mineralis quia aurum ſolutum hac ratione in liquorem reductum. De hoc tartaro humano gloriatur Morienes non parum apud Regem Calid diſputans, à quo interrogatus nobile illud ſecretum quam maximè potuit occultauit donec poſt conſummationem operis & in diceſſu ſuo ſcripſit circa vitrũ in quo materia & tinctura cõtinebatur, Omnes quæ omnia ſecum habent alieno auxilio nullatenus indigent. Hoc Philoſophi antiqui innuentes dicunt Adamum Lapidem ſecum ex Paradiſo tuliſſe; item, Vilem eſſe rem non emendam pecuniâ, à paupere & diuite æqualiter poſſideri. Item Rem eſſe adeò vilem vt etiam in viâ inueniatur &c: quæ omnia ſal vrinæ denotant, quod ſemper occultant neque vnquam expreſſè nominauere in ſcriptis ſuis neque præparationem docuere, ſed Philoſophus ait, Noſter lapis eſt viliſſimus &c: Et Geber Philoſophus inquit, ô quam viliſſima res eſt noſtra qua vtimur. Et hoc de ſolo ſale vrinæ dictum eſt quod in primâ ſua præparatione & purificatione emittit peſſimum,

Lapis quare vegetabilis animalis & mineralis.

Ex vrina humana acetum Philoſophorum, lac virginis.

damnoſum & maximè cauendum fœtorem, donec ſeparatio puri ab impuro perficiatur, quod maximè ſciendum eſt illi qui opus aggreditur, quia vrina res viliſſima tale ſecretum poſt debitam præparationem in ſe habet, ideò Philoſophi tantoperè occultant, ne ob vtilitatem contemnatur, vnde verſus.

In præparatione vrinæ maximus & vitandus fœtor.

Spernitur à ſtultis, ſed plus amatur ab edoctis. Et Hermes ait expreſſè, ſcito fili quod hunc lapidem de quo arcanum peragitur nihil eo vilius. Licet autem Philoſophi rem vilem in reſpectu nominauerint tamen Philoſophus ait in Roſario, Quicunque vult intrare in Roſarium noſtrum & ibi videre & habere Roſas noſtras abſque illa re vili cum qua noſtræ ſeraturæ reſerantur, ille aſſimilatur homini ambulare volenti abſque pedibus. Vnde & ex alijs Philoſophorum dictis patet prudenti & acuto quàm mirabiliter hoc arcanum ſapientia diuina in rem conſpectu vilem intruſerit, nec dubium eſt, ſi ſal hoc vrinæ Philoſophico modo debitè præparetur ita vt ſpiritus vitæ non tollatur ei, ſed appareat album pulcrum & criſtalli inſtar clarum, eſſe per ſe medicinam nobiliſſimam, humani corporis conſeruationem, morborum podagricorum & tartaricorum ſolutionem, ſoluentem in corpore humano nodos podagræ, quod multi negant, vnde Poëta irridens ait.

Virtutes ſalis vini.

Neſcit nodoſam medicus curare podagram. Vires autem, virtutes & operationes

in hoc ſale latentes docto & experto medico notiſſimæ ſunt. Ratio eſt, homo iam per ſe habet in ſe ſpiritum ſalis naturaliter, cum quo ſpiritu hic miſcetur & conjungitur; habet item microcoſmus in ſe mumiam & alia ſecreta ſicut dictum eſt, vnde ſequuntur neceſſario inſignes curationes præcipuè cum additamento auri vt docui liquor hic nobilis præparatur, artificioſè & ſubtiliter perficitur, poſteaque meritò ſal fuſibile, oleum incombuſtibile, & ſapo ſapientum à Philoſophis vocatur; ait enim Philoſophus, Corpus reſolutum dicitur aqua permanens ſiue perennis, & alibi, qui haberet ſal fuſibile & oleum incombuſtibile laudaret Deum. Hoc modo aurum in ſubſtantiam & eſſentiam talem verſum eſt vt non amplius in corpus reduci poſſit, quod maximum artificium eſt artifici ante omnia ſciendum, ait enim Philoſophus, Qui ſolem ſcit deſtruere quod peramplius non erit, ille ad maximum arcanum peruenit. Et hoc nobile oleum ſimiliter à Philoſophis ænigmaticè deſcribitur, ait enim Hortulanus, Rem huius arcani diſſolutam vocauerunt ſalem Armoniacum. Prolixum nimis eſſet omnia adducere quæ Philoſophi ſimiliter ænigmaticè de eodem ſcribunt, ad propoſitum redeo.

Sal fuſibile & oleum incombuſtibile ex vrina & ſpiritu vini paratur, & auro cum eis ſoluto, quod nunquam amplius reducitur in aurum.

Nobilis hic liquor & aurum potabile ad effectum productum habet odorem adeò ſuauem, & operationem præſtantiſſimam vt à Theophr. dicatur medicina pluſquam perfecta, cumque opus in flore ſit artifexque

primum & maximum laborem perfecerit indies abſque dubio fructus magis magiſque appropinquabit quem gaudens expectet ſicut ex arbore non ſtatim matureſcunt & vſui ſunt. Hic itaque liquor ſeu ſulphur ſolis in ſuo vitro Philoſophico (matricem & ouum nominant) ponatur ſecundùm doctrinam Philoſophi dicentis, Et nota quod ianua ſit bene clauſa, collocetur in vero ſuo furno & regatur Philoſophico more igne Philoſophico vaporoſo non vllâ lāpade aut igne materiali omni ſtudio, non enim labor eſt amplius ſed ludus puerorum, vnde Philoſophus, Rebus omnibus præparatis erit ludus puerorum & in vno vaſe poteſt magiſterium adimpleri & Geber Philoſophus ait, Quia in opere noſtro &c :, ibidem. Itaque ignis exactè debet cuſtodiri, non tamen vtendum eſt igne materiali, ſed ex Treuiſani doctrinâ calidus & humidus, aëreus vapor & incluſus ſit, & vt alibi ait cum mutatione aëris; & vt Theophr. dicit in libro de aurora, ſummatim hæc eſt materia noſtri ignis vt accendatur ignis ſpiritus noſtri & quæ ſequuntur. Ignis enim Philoſophicus nunquam ab vllo Philoſopho deſcriptus eſt, & adeò ſecretus inter eos habitus vt moriens vnus alteri in aurem crediderit ſeruaturo inter arcana ad ſepulcrum vſque & horam fatalem: non enim pannoſo igne aut alio materiali poteſt perfici diuinum hoc myſterium. Aſſeruatum ergò cum debito regimine in hoc igne paulatim coagulabitur & ſpiſſeſcet, donec vt

Ignis materialis Inutilis.

Ignis Philoſophic. ab omnibus celatus.

Theophr. ait in medio mari appareat Inſula indies ad capitis corui nigredinem declinans, eſtque auis quæ abſque alijs die & nocte volat, ſignificatque perfectum putrefactionem, de qua Philoſophus conſolans ait, & cum videris materiam tuam denigrari, gaude, quia eſt principium operis, adeſt enim putrefactio, aliâs non proderit nam corruptio vnius eſt generatio alterius.

Nigredo in opere noſtro eſt neceſſaria quia indicat corruptionem naturæ noſtræ, ſine qua nihil fieri poteſt.

Hac putrefactione completâ mutabitur color, ſed caue ne feſtines, omnia enim habent tempus ſuum, & natura non vult feſtinatione vrgeri teſte Philoſopho, Patientia & mora ſunt neceſſaria in arte noſtra. Vitrũ non aperiatur ante tempus, roſæ immaturæ non decerpantur, alioquin enim omnis labor perijt, periculumque vitæ eſt metuendum, quod Philoſophus iubet cauere; Heu vobis filij doctrinæ qui ſperatis fructus colligere ante tempus & ſperatis metere ante meſſem expectate ideo, nam quod natura incipit hoc per artem ad perfectionem deducitur. Omnibus his diligenter obſeruatis poſt omnes alios colores ſupremam rubedinem induet & in ſummam tincturam mutabitur, quod eſt maximum in orbe myſterium à Deo mortalibus reuelatum, & ait Theophraſtus, concedant mihi omnes in lumine naturæ hoc eſſe myſterium ſummum. In hoc conſiſtit theſaurus mundi, ſanitas & longæuitas, opes, honor & virtus omnium metallorum & mineralium. Hæc eſt enim filia ob quam Regina Auſtri ab Oriente dicitur veniſſe, vt audiret filia & vi-

Per totum hũc tractatũ intelligere vult author ſolẽ igne ſolo calcinatum ſpiritu vrinæ eſſe ſoluendum coctione continua in Sal fuſibile & oleũ inconbuſtibile eſſe redigendũ, quod fieri poſſe facile crediderim modo aurũ rite calcinetur vt ſol ui queat in illo ſpiritu vrinæ ſpiritu vini acuato.

deret ſapientiam Salomonis & data eſt in manu eius poteſtas, honor, virtus & Imperium & florens regni corona, Quomodo hoc theſauro vtendum ſit differo vſque ad perfectionem Clauis meæ, concludamque viam hanc humidam in qua oſtendi ſolùm in auro inuenirj, vt & Philoſophus teſtatur, Quemadmodum ſol in ſtellis ita ſol in metallis, Cum enim opus ſoleat vocari Elixir quod apud Arabes magnum vel optimum theſaurum ſignificat & Philoſophi teſtantur, & à Deo impetrandum ſit, cuilibet à Domino Deo opto benedictionem, ſalutem & intellectum quicunque obtinere nititur eum, vt ad fauſtum exitum perueniens illo vtatur ad gloriam Dei, ſalutem ſuam & proximi vtilitatem.

Elixir quid ſignificet arabice.

GEORGII PHAEDRONIS Rodocheri

THEORIA ET PRACTICA LAPIDIS Sapientum.

AD

M. & N. Virum Hubertũ Languetum &c.

THEORIA

DE LAPIDE PHILOSOPHORVM & eius præparatione.

Tota natura in quot genera diuiſa

ANTIQVI Philoſophi in exploratione naturæ omnes res corporales in quatuor diuiſerunt genera, cœleſtia ſcilicet, vegetabilia, animalia & mineralia, ex quorum ſingulis generibus, proprietatibus & ſignaturis

naturis primò Creatoris omnipotētiam, deinde Creaturarum virtutes, operationes & arcana agnouerunt, & ex ijs viles aut pretioſas iudicauerunt. Incipiamus conſiderationem à cœleſtibus, licet certum ſit ſtellas non fruſtra creatas ſed ſingulas propriam operationem habere, tamen lumen & virtus earum à ſole (quem Deus diej propoſuit) accenduntur & conſeruantur, qui ſol nihil ex vi ſua perdit, ſed abundantiſſimè extendit ſplendorem, claritatem & virtutem ſuam vltra cœlum ſaturni & infra globum lunæ in omnia vegetabilia ſublunaria, mineralia centri terræ, aquatilia & omnia creſcentia vt fructificent, itaque ſublunaria regit à quibus non regitur. Omnia ergo animalia etiā minima & viliſſima in ortu & vita ſua ſole fruuntur, præcipuè homo de quo Philoſophus ait, ſol & homo generant hominem: qui homo vltimum & perfectiſſimum Dei opus eſt, ideoque nobiliſſimum propter quem omnia facta ſunt, cui omnia obediunt, & ex quo nobilia arcana medicinalia, mumiæ & arcana ſanguinis humani &c: promanant, quibus morbi maximi ſanantur & valetudo reſtituitur. Inter vegetabilia nihil vino præſtantius inuenerunt quod non ſolùm in ſe purum eſt, ſed & alia purgat, & medicinæ inſeruit.

Sol omnia regit cœleſtia & elementaria & actio eius non diminuitur

Ex homine nobiliora arcana medicinalia promanant

Inter vegetabilia vinum.

Cum de his tribus rectè iudicauerint exactè examinatis mineralibus auro primum locū dederunt, non ex auaritia quæ ex diabolo eſt, ſed propter corpus ejus pulcrum, ſplendidum, graue, purum, compactum, conſtans & per-

In mineralibusque aurum primas tenet.

Aurum quibus componatur.

fectum, quia iuxta Arnald. de Villa noua, Treuiſanum & Theophr. de mineral. naſcitur ex ſubtiliſſimo, puriſſimo & pellucido Mercurio & ſulphure, nec non ex ſale optimo, ab omni vitriolitate & aluminoſitate ſeparatio. Quæuis autem res tam viliſſimæ quam nobiliſſimæ ſuam à Deo proprietatem habent & in eâ conſeruantur: ſol illuminat reliqua ſidera & omnia fœcunda reddit; vinum cætera vegetabilia nobilitat, corpus hominis confortat & exhilarat; homo non ſolùm omnibus imperat, ſed & ex ſeipſo medicinam producere poteſt; ita metallorum nobiliſſimum tanquam ſol inferior reliquorum morbos ſanare, illa illuminare, nobilitare, ſanare & ſibi aſſimilare poteſt. Harum quatuor Creaturarum virtus manifeſta eſt, certumque eſt eſſe inter eas maximam amicitiam, prout omnes macrocoſmi partes pro ratione creationis & primæ eſſentiæ ſuæ mutuò ſe amant & ſimile ſimile, perfectum diligit perfectum, eoque gaudet. Ita quicquid eſt in macrocoſmo) ex quo homo creatus ideoque microcoſmus vocatus eſt) ſeruit homini, qui macrocoſmi obedientiâ lætatur & fruitur. Ita aurum corroborat & vinum exhilarat cor hominis, quod homo cum voluptate percipit vnde ſympathia eorum manifeſtatur, hâc tamen conſideratione: quod ſicut ſol cœleſtis non viſibiliter in eſſentiam hominis ſicut ſecuris in lignum ſed radijs ſuis abſconditis operatur, ita vinum non in tota ſua ſubſtantia (ſiquidem maxima eius pars phle-

Omnes res à Deo ſuas habēt proprietates.

Sol reliqua ſydera illuſtrat.

Vinum reliqua vegetantia exhilarat.

Homo ſibi & reliquis conſulit.

Inter dicta ſuperius eſt magna amicitia.

Res omnes agunt inuiſibili ſuo ſpiritu & nihil agere poteſt abſque ſpiritibus.

gma eſt & expellitur per vrinam) ſed ſpiritu ſuo ſubtiliſſimo agit qui ſubſtantiæ totius nobiliſſima eſt eſſentia, qui arte ſeparationis alias res magnas agit: aurum itidem inuiſibili ſua eſſentia licet in ſubtiliſſimas laminas extenſum aut calcinatum corporibus humanis & metallicis parum prodeſt, niſi latentes eius virtutes inſtar radiorum ſupremi ſolis accipiantur. Illas porro virtutes includit natura in ſolido & compacto ſolis inferioris corpore, vnde vt aurum vires ſuas exerat debet neceſſariò à ſolidis illis vinculis liberari, tunc enim operatiuum eſt & vtile magis quam in folijs quibus Arabes in remedijs ſuis vtuntur. Alij delirant extinguentes aliquoties aurum candens in ſpiritu vini alijſue aquis diſtillatis quaſi magnum remedium ſic habituri, verum errant, ſic enim nulla virtus ex auro prodit, quia illud gradum ſuum & pondus retinet: ſpiritus verò hic vini aut aqua colorem mutat & craſſior fit, quia multiplici extinctione diminuitur & raritatem pariter coloremque mutat.

Vinum agit ſolis ſuis ſpiritibus vt reliqua cuncta naturalia.

Aurum ſol terreſtris, vt communicet ſuas virtutes debet ſolui, & à ſua corporalitate liberari.

Error antiquorum de aureis extractis.

Exempla verò de extractionibus Veneris & Martis cum aqua communi opinionem illorum non probat, ſiquidem (vt ſpiritum vini & aquam diſtillatam vt pote nimis debiles taceam) acerrima corroſiua non poſſunt in auro quod aqua communis in ambobus craſſis metallis. Redeamus ad propoſitum. Cum auri crudi vires ſint adeò debiles, veri Philoſophi vias quaſdam quæſiuerunt vt eruerent virtutem auri latentem, præpara-

Auri crudi nullæ vires

ueruntque varias ſpecies auri potabilis , quo recte præparato (teſte experientia) non eſt ſuperius remedium cum ex fundamento Vniuerſalis procedat. Sed cùm via difficilis & paucis nota ſit, multi non ignorantiâ ſolùm ſed & longi laboris tædio deſperantes deſtiterunt, tandemque omninò aurum ex medicinâ cum maximo hominum damno excluſerunt; quorum ignorantia neminem decipiat, ab vſuque auri auertat, cum experientia & Philoſophorum dicta conſentiant, dicente Theophraſto cum Treuiſano eſſe ignem inuiſibilem conſumentem quoſcunque morbos, doſin eius minimam, effectus maximos, quo curantur lepra, morbus Gallicus hidrops, colica, epilepſia, apoplexia, gangrenæ omneſque interni & externi morbi. Quicunque ergo ſuam & proximi ſui ſanitatem amat ad tantum arcanum aſpiret quod ob excellentiam ſuam à Philoſophis multis inſignibus nominibus vocatur ſcilicet donum & miraculum Dei, neque immeritò cum per illud non ſolùm ſanitas acquiratur ſed multa in hoc mundo mirabilia cognoſcantur.

Aurum ob ignorantiā è medicina excluſum.

Amandum eſt præterea hoc arcanum quia non in multiplicitate materiæ quærendum, quarum ſi vna vel altera legitima eſt, tertia & quarta errorem parere poſſent, ſed conſiſtit in vno, de qua vnitate medicinæ teſtatur Geber, Noſtra ars conſiſtit in multitudine rerum, nam vna eſt res, vnus lapis in quo tota ars verſatur, neque enim addimus quic-

Quare arcanū Phil. amandum.

In arte nil peregrinū.

quam peregrinum, ſed in præparatione eius tollimus ſuperfluum &c: Vnde tria notanda. 1. Vnam eſſe rem & vnam duntaxat materiam ex quâ lapis noſter paratur. 2. Nihil extraneum addi. 3. ſuperfluitatem materiæ tincturæ adhærentem remouendam. Cognito ergò in vna ſola re ſummam medicinam ſeu lapidem Philoſophorum quærendam, conſideremus. 1. Quid ſit lapis Philoſophorum. 2. ad quid vtilis. 3. cur Philoſophi eum adeò ſtudioſè quæſiuerint. 4. quænam ſit eius materia & quomodo præparetur.

Tria notãda eſſe in lapide Philoſophorũ perquirendo.

Lapis Philoſophorum eſt mineralis, perfecta, præparata medicina quæ (niſi voluntati & prouidentiæ Dei repugnet) omnes morbos humanos tollit, metalla à lepra purgat, & in corpus perfectum mutat.

Lapis philoſophorũ quid ſit. 1. 2.

Hanc medicinam Philoſophi ſtudioſè quæſiuerunt vt haberent honorabilem victum neminique moleſti eſſent, ſanitate ad horam vſque fatalem fruerentur, Dei & hominum amorem mererentur, charitatem erga proximum indubiâ medicinâ acquirerent & Samaritam Saluatoris noſtri imitarentur. Non tamen omnes (neque enim vulgare eſt donum) illum aſſecuti ſunt ſed pauci, inter veteres Hermes, Pythagoras, & inter recentiores noſtro æuo Arnald. de Villanoua, Raym. Lullius, comes Treuiſanus & Theophr. Paracelſus.

Vota antiquorum circa lapidem Philoſophorum habendum ſumma fuerunt.

Authores lapidem Philoſophorum habentes

Materiam Lapidis, licet opinio mea ex prioribus pateat, clariùs & dilùcidius quàm

vnquam vllus Philoſophus exponam; & prius opiniones meæ menti contrarias refellam. Superfluum autem eſt inanes & ridiculas res commemorare in quibus multi ſtolidè conati ſunt materiam inuenire; vt oua, calx, capilli, fuligo, vrina, ſtercus, mineralia & pharmacopolarum ſimplicia ſunt: illorum n. nullum ad rem facit, licet quædam forte reſolutionem iuuent, non tamen ideò ipſa materia lapidis ſunt, aliâs enim calor pullum excludens eſſet ipſe pullus, & feruor furni coquentis panem eſſet ipſe panis quorum neutrum eſt, vnde aliunde peti & generarj debet. Exemplum verum. Ordine naturali quoduis ſimile producit ſibi ſimile, leo non gignit leporem, nec aquila columbam, ſed ſemen incorruptum, perfectum, nulloque accidente impeditum producit fructum ſimilem ej cujus eſt ſemen. Ita animalia & plantæ proferuntur ex ſemine ſuæ ſpeciej, ſemen betulæ dat betulam, abietis abietem; vnde vegetabile non gignit minerale nec animale, nec contra. Sicut verò generatio non poteſt ex genere in aliud genus cadere abſque monſtro, ita nec vna ſpecies aliam abſque monſtro producit. Licèt autem experientia teſtetur naturam in mineralibus cum cœleſtibus, animalibus & vegetabilibus ſpeciebus per influentias ludere, tamen hoc non eadem eſſentia ſed ſimilitudo tantùm producitur. Tum verò quicquid præter communem naturæ ordinem à naturâ producitur non æſtimatur eſſentia conſtans, ſed quod

Errores antiquorum de materia lapidis

Non datur tranſmutatio ſpecifica ſed perfectiua.

communem naturæ curſum ſequitur, illius generatio omnibus communis eſt quæ in terra aut aqua viuunt vitâ corporeâ. Sed non idem judicium eſt de ijs quæ infra terram ſunt ſeu de mineralibus quorum generatio non eſt ex ſemine corporali ſed ex vapore terræ aëre fœcundæ, eorumque maturatio eſt coagulatio, quæ non poteſt rurſus in vaporem chaos in terrâ reduci, quia matris hujus officium eſt coagulare & condenſare non diſſipare & diſſoluere. In mineralibus ergo in terrâ non poteſt quæri regeneratio, ſed natura quieſcit in propoſito ſibi coagulationis termino, quem cum attigit & mineram in ſuâ eſſentiâ conſtituit habet ſuam vltimam materiam quam artifici tanquam alias res creſcentes pro prima ſui artificij materiâ proponit, qua ſuum in lucem prodat opus. Artifex verò non poteſt corporale augmentum in corporibus crudis efficere, ſi verò ex ijs aliquid fieri debet oportet cogitare de ſpirituali ſeu virtutum augmentatione, quæ ſi ſe in qualitate exhibeat poteſt peruenirj ad augmentum quantitatis vtile, cujus exempla habentur in vegetabilibus & corporalibus, ſicut enim in corporali propagatione aliquid conſiderandum eſt, ita & hîc. Cum enim terreus homo cœleſti ſoli non poſſit imperare, ſed cogatur expectare quod illæ ſe inſcio affert, vegetabilia vero in hominis quidem poteſtate ſita nimis tamen debilia ſint difficiles ſanguini & vitalibus membris inhærentes morbos vt lepram, podagram, hydropem expellere; cumque

diuerſa generatio eorumque ſupra terram abijs quæ infra terram.

terræ eſt coagulare & condenſare.

Corporale augmentũ arti impoſſibile

munialesmedicinæ non omnibus arrideant, memoratiſque morbis parum proſint; natura tamen non deſtituit hominem auxilio, vnde ſequitur, cum nihil in rerum natura ſuperſit cujus auxilio homo poſſit confidere, humani & mineralis corporis medicinam ex mineralibus fluere, cum ea ex aſtris & præcipuè ſole generentur ſibique innatam virtutem in hominem transferant, ob ſuam ſtabilitatem inuiſibilibus, imperceptibilibus & æterno vitæ igni ſimilibus aduerſitatibus (pro ratione perſonæ cui dantur) fortiſſimè reſiſtit, eas tandem omnino conſumat vel ſaltem ita debilitet vt non morbus ipſe ſed cicatrix ſolum aut veſtigium remaneat. Vbi natura docet nobiliſſimum maximas habere vires, hoc vero aurum eſt quod nec ignis nec vllum aliud externum accidens debilitare poteſt, quod vt & reliqua metalla rectè & vtiliter tractaturi ſequamur naturam, quæ ſemper ad meliorationem (niſi aliquod accidens impediat) non ad deteriorationem tendit. Natura verò auro in clauſo & compacto corpore nihil reliquit quod meliorarj poſſit abſque damno, vnde crudum neque corporali neque virtutis augmentationi, neque medicinæ eſt vtile. Aliter itaque artifex procedat, cum eo ſit ejus prima materia cum qua vt cum vegetalibus putrefactionem ineat, quæ in ſolido corpore fieri nequit, ſed debet artificioſe corrumpi & in primam materiam redigi, & demum ex eo incorruptibile, potens & ſpirituale corpus produci, quod non ſeipſum ſolum ab acciden-

Cur in auro & reliquis mineralibus quærenda medicina.

Aurum crudum arti Inutile.

Aurum debet non cum vegetabilibus corrumpi vt proſit, ſed vt vegetabilia quæ igne naturali & humiditate corrumpũtur ſic & aurum, cũ igne naturali corrũpi debet & cum humiditate naturali diſſolui.

tibus externis præſeruet (quod & crudum aurum poteſt) ſed poſſit viliora metalla pulcritudinem & ſtabilitatem quam ante corruptionem habuit, & humano corpori ſanitatem largirj & perfectionem in hoc mortalitatis ſtatu poſſibilem & ad fatalem vſque horam permanentem. Exempli cauſa aſpice æs & chalybem, cruda quid proſunt? nihil imo nocent potius, ſed in vitriolum & mercurios redacta & in arcana præparata morbis ſibi proprijs ita proſunt vt omnes etiam periculoſiſſimos ſanent. Quòd ſi craſſa & impura metalla poſt ſuam renouationem tantum poſſunt, quanto plures virtutes reperientur in nobiliſſimo & perfectiſſimo metallico corpore? multaque Philoſophorum teſtimonia afferri poſſent, ſed vnico Theophr. in libr. de natura rerum contenti erimus dicente hoc modo metalla tingentia gignj, certum quippe eſt nihil in hoc mundo adeò nobile eſſe quin regeneratione nobilibus nobilius & perfectius poſſit fieri. Si quis me nondum intellexit, dilucidiùs me exponam ne quis de obſcuritate meâ queratur.

Regeneratione omnia fiunt nobiliora.

Pono itaque non ex opinione ſed ex certo fundamento Philoſophice & experientia primam tincturæ materiam eſſe corpus ſolis, proboque ex Treuiſano, Arnald. de Villa noua in libro qui flos florum inſcribitur dicente, Abijcite omnes alias res, quarum ferè infinitus eſt numerus, altiſſimumque hoc arcanum in ſolo auro quærite. Theophr. in origine morbi Gallici ait, *ſit tibi aurum ſe-*

Tincturæ Philoſophicæ materia eſt aurum.

men, tu eſto virtus germinans, Athanar ſit terra tua, ita aurum in fructum duces, ex hoc fructu ciba morbos quos perſcrutarj tibi & mihi jmpoſſibile eſt. Roſarius ait, Tale ſulphur non haberi poſſe in terrâ niſi in duobus luminaribus, ſole & lunâ, ſed conſtantius in ſole quam in Luna. Huic conſentit Theoph. in libro de Mineralibus; ſi Alchymiſtæ ſulphur haberent quale in arbore ſolis inueniri poteſt jure gauderent. Et Treuiſanus, Relinque eos qui alium Mercurium accipere volũt quàm noſtrum fermentum aut noſtrum ſeruum rubrum. His dictis refutantur qui lapidem in Mercurio vulgari quærunt, dicuntque cùm aurum anteà mercurius fuerit & lapis ex Mercurio fieri debeat perinde eſſe accipere mercurium vulgi, cum præſertim labori & ſumptuj parcatur ad mercurij ſolis præparationem neceſſarijs. Verum quidem eſt ſolem ab inicio Mercurium fuiſſe, ſed non fuit vulgaris, manſiſſet enim vulgaris; ſed quia fuit ſolaris factus eſt ſol, & vt differentia hæc pateat per experientiam probentur. Amalgama mercurium ſolarem cum luna, & vulgarem itidem cum lunâ ſeorſim abſtrahe vtrumque mercurium à luna, tunc vulgari coniuncta luna manebit, ſed ſolari in ſolem mutabitur, Vnde patet mercurij ſolaris virtus tingens quâ vulgaris caret, qui eſt Creatura particularis quam natura non potuit ad altiorem gradum ob accidentia in generatione ejus incidentia euehere, poſitoque in vulgari tale quid quæri poſſe laboris & tædij

Notanda ſunt hæc vt ex homine deſumatur id quod aurũ deſtruere poteſt & in primã materiam conuertere.

Mercurius vulgi arti Inutilis

Aurum fuit mercurius ſed non vulgaris.

diuturni egebit, quæ nemo quamuis cupidus ad finem perduceret, *nam mercurius vulgaris ad minimum in ſeptimam regenerationem retro trahi debet antequam ſolarem naturam aſſequatur, & operi ſit idoneus, & ſic demum opus incipitur quod vix tertio quartoue anno fieri poteſt.* Verum dicent alij ex corpore ſolido nihil produci poſſe, ſed incorporeum ſulphur lunare ex minerâ extrahendum & labori adhibendum. Sed hic mihi concedant oportet ſecum ſulphuribus per ſe nihil efficere poſſe, ſed cogi ea cum corpore aliquo conjungere, vbi cum ijs pondus debitum vniendorum ſit ignotum ex peruerſo labore peruerſum opus ſequitur. Sed in auro natura optimus artifex menſuram & pondus cognouit & coniunxit, quam ſecutus non errabis.

Hoc tamẽ cito fit ſi cũ metallis perfectis coniungatur ex trahit ex eorum ventre mercurium eorũ & iungitur cum illo & ſic corrigitur & fit non vulgaris, ſed tingens cum habet in ſe tingẽtem mercurium ſolis vel lunæ

Harum obiectionum ſolutiones non ſunt adeò validæ quin alij pertinaciter aſſerant, in auro, vt pote in perfecto corpore in quo natura ſeu pluſquam perfecto deſijt, nihil vltra quæri poſſe, collocantque ſic non inter metalla tantum ſed etiam inter mineralia quorum cuilibet in ſuâ ſpecie pluſquam perfectionem tribuunt. Hos interrogo an poſſibile ſit aliquid reducere ad id quod prius fuerat, & an corpora omnia mutationi ſint obnoxia? Si hæc affirment reſponſione ſuâ percutiuntur, manifeſtum eſt n. omne quod corrumpitur ad reſurrectionem tendere (quia corruptio vnius eſt generatio alterius) & ſequentem nobilitationem; ſi negant contra eos vtpote

Pondera principiorum neq; in auro, neque in reliquis alijs naturæ perfectæ ſunt nota.

Natura arte adiuta poteſt nobilius & altius ſe perficere.

negantes principia non eſt diſputandum. Tum refutatur argumentum (quod perfectum non poſſit fieri pluſquam perfectum, Item, id quod natura non poteſt altius producere non poſſe humanâ induſtriâ & ſcientia altiùs produci) exemplariter & ſufficienter de ſolo vegetabili cogitando. Quiſnam enim diceret vina nobilia vt Græca, Maſſica &c. non eſſe vina & Creaturas perfectas, naturamque & ſolem in ijs non omnem ſuam virtutem (quæ vino producendo requiritur) oſtendiſſe? tamen quinta Eſſentia quæ eſt pluſquamperfecta non apparet viſibiliter ſed artificis operâ erui debet, idem & in alijs vegetabilibus apparet.

Aurum quot modis reducatur in materiam primam.

Omnibus itaque impedimentis & obiectionibus remotis jam materiam primam aggrediar, eam in opus & ſolutionem ducam non quod ita diſſoluatur vt nihil amplius appareat, quod mihi & aliis accidit, ſed quod in ſuam materiam primam retro ducitur quod duplici modo fit. 1. Reductione in Mercurium 2. reductione in ſuas partes ſal, ſulphur mercurium & aquam ſulphuream. Porrò hæ reductiones tanquam opus altiſſimum (quod ſecùndum Theophraſtum Phyſicus ſcire debet) fiant mediis quæ denuò ab auro ſeparentur eiuſque naturæ non repugnent non tamen cum eo radicaliter vniantur, tunc ex hac reſolutione & ſequenti coctione ſequitur regeneratio & medicina vulneraria. Exemplum. Cum homo per mortem diſſoluitur & in id reducitur quod prius fuerat, ſcilicet terra

Homo mortuus & reſuſcitatus plus habet viriũ quam antea.

mox in reſuſcitatione adeò nobilitabitur vt omnium capax ſit quæ in hoc craſſo terreſtri corpore ignorauit, ſocius enim Angelorum in gaudio immenſo & conſpectu diuinæ gloriæ erit, videnſque Deum à facie ad faciem omnium myſteriorum & diuinæ ſapientiæ particeps erit. Conſidera iam huius hominis glorificati eſſentiam cum hac terreſtri & vili, licet animalium nobiliſſimum ſit, tamen hæc via vix vmbra reputabitur collata ad pluſquam perfectionem illius. Hoc efficit reſolutio & reſuſcitatio quæ in vilioribus facilius fit quam in nobilioribus, vnde Theophr. ferrum in tria ſua prima Entia reductum in lunam vel ſolem, & ſaturnus in mercurium & mox in metallum infrangibile mutari poteſt. Hæc autem tria in animalibus partim tantum, in vegetabilibus verò & mineralibus perfectè inueniuntur diuerſis tamen operationibus & virtutibus, ſeparatâque eſſentiâ, natura enim gaudet & operatur in ſingularitate non in confuſione ſpecierum, profertque quidlibet ſecundum ſuam ſpeciem & partem, vt in ſole mercurius eſt ſolaris, in luna lunaris, in plumbo plumbeus, in animali animalis, in vegetabili vegetabilis, & ſecundum ſui corporis & laboris perfectionem perfectior aut minus, & quia omnia quæ meliorantur in ſua principia eſſentialia reſoluuntur, ipſumque adeò aurum quæritur, an ſimul vel ſucceſſiuè fiat?

Reſolutio & reſuſcitatio res omnes perficit

In ſingulis rebus ſingularis eſt mercurius.

Antiqui primò aurum in mercurium reduxerunt mediis vegetabilibus, qui non forma

Mercuriũ auri mercurium Philoſoph. dixerunt antiqui.

viſibili ſolũ ſed & eſſentia mercurius eſſe debet, inutilis eſt enim ad hoc opus viuus qui non eſt ſublimabilis, & ille qui ſublimabilis tamen abſque ſuo ſulphure & ſale eſt, tamen hic priore aptior eſt, quia ipſi per ſulphur aureum (quod mercurius ſolis per ſe non arripit) & Mercurium vulgarem licet maiore labore & tempore iuuari poteſt. Sed ſimul ſublimabilis & ſulphureus ſolus poteſt omnia perficere etiam in quartâ temporis parte. Hunc mercurium vocauerunt Philoſophi ſuum mercurium, veram & proximam materiam ad viam vniuerſalem & particularem, ait enim Roſarius, Duplex eſt ſolutio corporum ſcilicet in mercurium ad particularia, & in aquam mineralem ad vniuerſalia, & ſequuntur ſe inuicem. *Attendatur antiquorum doctrina veriſſima dicentium, redde volatile quod fixum erat, fit quando mercurius ex corpore fit quæ mutatio ſumma & maximum arcanum à Deo homini conceſſum*: & contra redde volatile fixum mercurium calore externo & debito additamento in aquam reſoluendo, ab additamento ſeparando, tunc ſuo ſulphure in ſuum arcanum decoquitur, in lapidem coagulatur, in quo magnæ virtutes inueniuntur omnes hominum & metallorum morbos ſanandi diuerſa tamen præparatione, & diuerſo modo & tempore tingendi album aut rubeum, neque lunam vulgarem ſed fixam in aurum optimum mutat, nam in albâ defectus non eſt in eſſentia & virtute, ſed tantum in colore medicinæ inuenitur. Eſt ergo ſol po-

Hoc eſt mercurius ex auro extractus eſt verus mercurius Philoſoph. hic enim cum auro puro coniunctus coctione perenni mutatur in oleum incombuſtibile & in ſal fuſibile quod eſt verus lapis Philoſophorum.

tentia & eſſe coloris etiam fit, ſi rubrum expectare nolis, ſequentis mox rubri. Hactenus probatum eſt omnia viuentia, ipſamque lapidis materiam influentiâ ſolis indigere, quâ non poteſt carere ad purificationem & reſuſcitationem vegetabilium & animalium materia, vnde ſuauitas, amicitia, & neceſſarium eius auxilium concluditur, patetque cur materia ab aliis cœleſtis, ab aliis vegetabilis dicatur, ab aliis animalis, aut mineralis, ab aliis omnibus quatuor nominibus appelletur omneſque verum dicant. Ex hac itaque meditatione tu, omnis phyſicus & artifex diligens non ſolum materiam lapidis remotam & propiorem, ſed & modum ſeparandi, media, regimen ignis, & alias neceſſitates diſces. Qui laborem hunc ſuſcipere volet obſeruet ſequentia 1. Cum omnia dona cœlitùs mittantur petantur a Deo oratione continuâ, pietate, conſcientiâ à peccatis mortalibus purâ. 2. Viuat moraliter bene & honeſtè, neminique præbeat ſcandalum. 3. Omnia artificia neceſſaria calleat. 4. Non feſtinet ſed omnia maturo conſilio faciat. 5. Opus cum ſilentio peragat. 6. Antequam opus ſuſcipiat naturæ conſuetudinem & operationes ſciat & obſeruet, ita Deus ipſa veritas cupidum artis ſi modo mereat ſinet inuenire de quo Hermes & alii Philoſophi tantoperè ſunt gauiſi & gloriati, vel ſaltem ſi non vniuerſaliter tamen particulariter aliquid metallis & hominibus foris & intus vtile efficiat, quod omnibus opto.

Natura lapidis curdicatur cœleſtis, animalis, vegetabilis & mineralis

Chymicus quid obſeruare debeat.

Naturæ operationes ſunt chymico cognitu neceſſariæ quà opus ſuum ſecũdum naturæ conſuetudinem regere debet.

GEORGII PHAEDRONIS

Rodocherj PRACTICA.

Ibi probatur aurum commune purum & graduatum veram eſſe naturam lapidis dummodo reducatur in primam ſuam naturam cum mercurio puro hoc eſt in mercurium purum ſcilicet nam quæ dicuntur de arcano tartari, miſteria ſunt & ad literam falſa niſi quod hæc iuuent aurum in mercuriũ reducere.

MVLTI, qui aurum aliquanti æſtimant vt præparent ex eo generalem medicinam in corpus humanum & metallicum, putant accipiendum eſſe auream mineram puram ſeu aurum lotum quia id ignis expers omnes ſuos gradus perfectè in ſe habet. Ego vero tibi dico veraciter nullum aurum adeò alte gradatum ex minerâ erui neque adeò perfectum vt ei nihil in igne decedat (tanquam in ſupremâ purificatione) ex pondere, & contra augetur gradus perfectionis eius, ſiquidem in minerâ auri hic defectus patet cuius cauſa eſt ablatio ignotæ & inuiſibilis naturæ arſenicalis eius. Cum vero propoſitum ſit reddere fixum non fixum, accipio aurum purgatum igni, vbi non timeo diminutionem ſicut in illo, ita mihi aurum igne defæcatum optimum eſt, cum quo ſic procede.

Lac virg.

Accipe aurum purum ex quartatione ad ſummum ſeparatum & per Antimonium fuſum & ignitum, ſolue in aquâ conuenienti, trahe

trahe ad ſpiſſitudinem, ſine in frigido criſtallos eiiciat, cum ſol cum Mercurio in bono eſt aſpectu coniungantur cum arcano eſt ſal vrinæ coniunctum cum ſpiritu vini rectificati ſic aurum facili via reducitur in mercurium tartari fortificato cum additione ſpiritus vini corroborati ſpiritum animato, putrefiant, & in mercurium viuum mutentur qui eſt materia propior lapidis Philoſophici. Quod ſi ſcias ſal commune in eleuationem reducere potes volatile corpus ſolis per aquam appropriatam in rubentem ſublimatum criſtallum toto corpore eleuabis, ſi per retortam in mercurium viuum reducere ſcias, hic mercurius eſt nobiliſſimus, vtrum tandem habueris dabit præcipitatum ægrotis vtile; Theophr. in libro de vita longa ait; In hoc conſiſtit totum artis fundamentum vt mercurium ſolis diligentefacias, ſcito vero licet hic mercurius metalla non tingat eſſe tamen medicinam ſatis perfectam vt humano corpori ſanitatem reſtituat. Idem in cura morbi Gallici ait, hunc morbum abſque coralato non poſſe ſanari, & alibi; Coralatum ex auro prouenies ſi illud præcipites caput etiam in cura morbi Gallici aliiſque morbis difficilibus & inſanabilibus. Hic verò mercurius licet ex corpore conſtante educatur non poteſt tingere, quia vt mercurius ſolummodò præcipitatum ex ſe dat vnde non tranſmutatione ſed medicinaliter tantum agit, niſi ſequenti modo opus cum eo aggrediaris.

Mercurius ſolis eſt vera natura lapidis Immediata & eſt fundamentũ artis.

PRACTICA LABORIS Particularis.

Practica particularis.

Mercurius ſolis cum auri calce fermentatus mutatur iterum in aurum quod ſi mercurio vulgi optime loto conuertes ſic multiplicatur tuum ſingulis menſibus & eſt minera & fodina auri optima.

Mercurio ſolis præparato qui non niſi præcipitatum ex ſe dare poteſt, ideoque ſuo modo debet fermenti tunc vnciis octo Mercurij ſolis miſce drachmas quatuor auri fracti & adeo ſoluti auri vt per ſe in igne abſque minerali fluxu non poſſit amplius in corpus reduci, mercurius ſolem citiſſimè arripiet abſque calore, colorabiturque ac ſi crocus in aquam proijceretur, ſed color hic non eſt permanens, ſi enim Mercurius per quartam horæ partem (quod fieri debet) teratur ſuum colorem recipit, ambo per retortam eleuantur, ſimul per quatuor ſeptimanas præcipitantur & æquali pondere mercurii vulgaris augentur. Sic ſemper ſingulis menſibus in fermento inſigne augmentum & reductio per antimonium boraſatum ſequi, per quam artifex honeſtè viuat donec vniuerſale opus conſequatur.

Vniuerſalis practica, fit ex ſole vel eius mercurio ſed hæc ad pompam cum mercurio cõmuni modo pure idem fieri poteſt,

QVOMODO cum Mercurio ſolis ad Vniuerſale ſit procedendum.

Mercurius ſolis paratus & rectificatus in patella vitreâ in ſole aut aurea calida ſiccetur, deinde prematur bis vel ter per corium ne puluerulentum quid ei adhæreat, neque ege aliâ purificatione ſiquidem in putrefactione vel ſublimatione per ſalia ab omni terreitat liberatus eſt, ipſumque adeò corpus ſolis crudum nihil habet impuri aut ſuperflui qui componitur ex tribus primis nobiliſſimis & puriſſimis, ita vt nullam purgationem ſed ſo liditatis ſolùm requirat ablationem. Deind ſublimetur per ſecretum vegetabile, fiet ſub

tiliſſimus, clariſſimus, & in gradu altioris perfectionis vt ad tertiam ſublimationem (quæ ex Philoſophorum opinione & reuera præcipua eſt) eò aptior ſit, hæc ſublimatio non eſt eleuatio mercurii (illa enim in reſolutione corporis in mercurium & altera ſublimatione iam peracta eſt) ſed eſt reſolutio ſublimati commodâ putrefactione in quâ mercurius viuus, mobilior, ſubtilior, penetrantior & ad tincturam aptior efficitur, in vaſe conuenienti & commodo ignis regimine additamentum ſponte ex ſublimatione ſeparabitur & eſſentia mercurialis ſeorſim erit. Hic mercurius perfectus, purificatus & ad opus clarificatus cum triceſſima parte ponderis ſui quintæ eſſentiæ ſolis fermentetur abſque vllo alio additamento in altiſſimâ ſolis exaltatione in vitro criſtallino craſſo non alto, ſigilletur Hermeticè vt circulum ſeu ſphæram ſuam percurrat, intra menſem incipiet cinerum colorem induere, aquæ inſtar fluere, deinde picis inſtar nigreſcet & in medio inſulam relinquit, ſed multum abeſt vt ſit caput coruj. Cum inſula periit, & mercurius poſt multorum colorum oſtenſionem (qui tamen nondùm ſunt cauda pauonis) in plantam (arbor eſt Philoſophorum) coaluit, ſuo tempore ſic ſtet, reſolueturque denuò in mercurium viuum, qui eſt verus Mercurius Philoſophorum, venenumque acerrimum omnibus morbis ſed minus gratum, ſimul enim purgat corpus per ſpiritus, ſudorem, vrinam & ſedes, lædit os & guttur licet abſque vllo alio re-

Quomodo mercurius ſolis & eius oleũ ſimul iuncta coqui debeant aut in tincturam conuertantur

medio ſanentur ſponte ſua. Ex hoc mercurio fecit Theophraſtus ſuum Azoth. Cum ergo arbor Philoſophorum in mercurium rediit continua calorem ignis æqualiter, aſcendent ex mercuriò guttæ in cœlo adhærebunt, recidentque denuò in imum, quicquid decidit accipit formam argenti puri, hic aſcenſus & caſus durat donec mercurius totus paulatim in aquam vertitur, tunc anima eius manifeſtatur: poſſet etiam fieri vt interdum aqua hæc guttatim aſcendat & metallicâ formâ vt prius decidat, ſed hoc ne cures, laborem enim tuum confirmat tibi. Quod ſi hoc non fiat rurſus vapor apparebit in guttas oleoginoſas ſenſim decidens & condenſatus donec in fixum & conſtans oleum mutetur quod eſt ſpiritus & verum Aurum potabile: huius olei gutta vna ſanguineo colore tingit tres aut quatuor libras vini albi, tranſitque & penetrat citiùs quam ſpiritus vitrioli aquam communem. Habens itaque nobiliſſimam hanc medicinam ſeu aurum potabile non tamen aperiat vas (niſi cauſetur ſumma rubedo) ne deſtruat operationem, ſi tamen fecerit doſis eius etiã ad ſummum tres guttæ quæ ſufficiunt difficilimis morbis funditus pellendis. Continuo quæ reliqui, continuetur calor, & oleo ſupernatabit pellicula crocea quæ mox arenæ inſtar ſubſidet, mox alia eminebit & ſubſidet, donec omnia in puluerem croceum mutentur. Ita in vna auri eſſentia tria prima perfectè ſed diuerſis temporibus videbis ſcilicet in aqua animam, in oleo ſpiritum, & in puluere cro-

Mercurius auri per ſe varios curat morbos.

Mercurius auri aſcendendo & deſcendendo vertitur tandem in aquam, quæ tandẽ in oleum fixum vertitur.

Aurum potabile.

Varia hæc & diuerſa apparent in opere noſtro dũ coquitur quod principia naturæ alterentur, in quorum al

ceo corpus, id eſt, mercurium, ſulphur & ſal. In his tribus ergò omnes labores Philoſophici perfecti ſunt quæcunque nomina habeant, quorum multiplici deſcriptione opus per ſe difficile diligentiæ & prudentiæ egens difficilius reddunt quam in ſe eſt, imò inueſtigatorem ſæpe in errores coniiciunt, cum mercurius ſolis minimo auxilio caloris externi qui internum incendit omnia perficiat, vt ſeipſum ſoluat, ſublimet, præcipitet, occidat, viuificet & tandem fixet. Cum puluere rubro proccdatur ſimili calore, tunc croceus color in argenteum, mox fuſcum & tandem nigerrimum Paulatim mutabitur, & hoc eſt caput coruj tantoperè laudatum, finis perſectæ ſolutionis & initium tincturæ: mox antequam ad albedinem perueniat miri ſed non diuturni colores (caudam pauonis vocant) interdum & ſcintillantes flammæ oſtendent ſe, ſed mox tranſibunt alijs ſuccedentibus. Cum tandem ad albedinem peruenerit vnumquodque metallum imperfectum poteſt mutari in argentum conſtans vulgari melius, eſt enim aurum album neque quicquam abeſt ei quam color. Sed non placeat tibi nimis hæc albedo, continuato igne albedo in croceum, dein in citrium & tandem in coccineum colorem mutabitur, in quo per menſem quieſcat vt in colore ſuo tingente confirmetur. ſic habetur perfecta medicina tingens grano vno corpus hominis ad perfectiſſimam ſanitatem & rationem quam natura ei largita eſt: ſed non item in metallis, deeſt enim ei ingreſſus abſque quo

teratione variâ & diuerſa apparere neceſſe eſt.

Mercurius ſolis per ſe vaſi incluſus ſe ipſum ſoluit, ſublimat occidit & viuificat.

Caput corui eſt initium tincturæ.

Caudæ pauonis color apparẽs eſt ſignum futuræ albedinis.

Tinctura vera perfecta ex ſolo mercurio auri vt tingat metalla quid agendum ſit.

nullum metallum ingreditur, quem ſic acquiret. Accipe medicinæ paratæ part. 1. auri puriſſimi partes centum. fluant ſimul per horam, fiet frangibile vt vitrum & eſt præparatum ad tingenda omnia metalla ſed inæquali pondere: Mercurium, Lunam Iouem & ſaturnum ferè integra tingit quia plurimum habent mercurij, ſed in Venere minus Mercurij habente & marte eiuſdem inope relictâ corporalitate ſolum mercurium tingit. Ita medicinam metallorum docui corpori humano inutilem niſi ex ea aqua extrahente accommoda ſulphur ſolis extrahatur quod tunc maxima miracula facit.

Venus & mars habent minimum mercurij.

Reſtat vt de regimine ignis agam clariùs & de tempore quo labor perfici poteſt. Ignis ſecundum Alphidium & Arnald. de Villanoua etiam fimus equinus, quod verum etiam vſque ad perfectam reſolutionem & ſeparationem puri ab impuro, & materiæ reſoluentis à Mercurio ſolis vſque ad aurum potabile Sed deinde mea experientia ad coagulationem dat cineres calidos cum omnibus gradibus eorum: operationem naturæ docet ad coagulationem reſoluti non humidum ſed ſiccum calorem requiri. Caue autem ne initio feſtines, aliâs enim ſimpliciter coagulabis neque perfectionem Philoſophicam obtinebis: neque cura quæ de lampadibus aliiſque ignis fabuloſis ſpeciebus ſubtiliter finguntur, excogitatæ enim ſunt ab homnibus qui opus melius reliquis ſciuiſſe videri volunt, aut. quod peius eſt, lectorem ita deceperunt vt ſcopum non attin-

Ignis humidus ad ſolutionem.

Ignis ſiccus ad coagulationem.

genti reſpondere poſſint regimen ignis neglectum eſſe. Ego verò dico opus totum carbonibus perfici poſſe, modo calore externo cōmodo & decenti calor internus operis totius director & artifex accendatur.

Totum opus poteſt carbonibus perfici modo ſit lentus calor.

Tempus ſi quis iuxta hanc meam antiquorum viam non ſimul & materiam & tempus & ſumtum perdere velit, requiritur ſenſim procedere, ideoque finis vix ante ſeſquiannum obtinebitur. Bonum equidem eſſet abbreuiationem ex opinione Theophr. rubri leonis ſanguine & aquilæ albæ pennis aſſequi, ſed quia incognitæ viæ non abſque errore teruntur, tutius etiam per ſemitas calcatas licet paulò longiores ſint iter facere quam multa conarj efficere, & tandem labore & ſumtu perdito ad locum redire ex quo primum abijſti.

Breuis via cum Antimonio & ſublimato ſed difficilis, ex Antimonio oleum rubeum elici p cum quo figi poteſt ſublimatus purus.

Hæc etiam mea verax & completa practica Lapidis Philoſophici ad album & ad rubrum ex eodem corpore ſolis abſque reſeruatione vllius artificij (nam mei termini technici non ſunt tibi ignoti) cum vaſis, regimine ignis & alijs requiſitis tibi traditis adeò perſpicuè vt nihil deeſſe poſſit. Si Deus tibi aliquid concedat (de quo non eſt dubium cum talis theſaurus pateat tibi) quære primum gloriam Dej, charitatem exhibe imagini Dei, ſit Turca, Iudæus, ſiue domeſticus fidei, ita in ſalutem animæ tuæ tibi cedet. Deus regat intellectum tuum, vt myſterium hoc quæſitum inuenias & eo rectè vtaris, ad honorem Dej &c: Finis Practicæ.

Aſſerit author veritatem dixiſſe ſine fallacia vlla & ænigmate quod quidē ego credere vellem ſi aurum reſoluere in mercurium clare docuiſſet in principio id ſatis clare docuit.

ANTIQVISSIMVM BELLVM EQVItum ſeu.

DIALOGVS ALCHYMISTICVS Lapidis Philoſophici, auri & Mercurji, de verâ materia Lapidis Philoſophici præparandi debito artificio auxiliante Vulcano lunarj.

AVTHORE PHILOSOPHO Experto.

DISPVTATIO AVRI ET MERCVRII CVM lapide ſapientum.

Hic tractatus optimus eſt, & laudandus nam authoritate antiquorum Philoſophorum ſtabilitur.

SCRIBIT Philoſophus quidam verax, Per Deum omnipotentem & ſalutem animæ meæ indico vobis artis hujus cupidis fideli animo & com-

paſſione longæ inueſtigationis totum opus noſtrum ex vnâ tantum re orirj, in ſeipſo perfici, neque vllâ re egere quâm ſolutione & coagulatione, quod fieri debet per ſe abſque vlla re peregrinâ. Sicut glacies in vaſe ſicco ſuper ignem poſita calore in aquam conuertitur, ita in noſtro lapide, neque eget vllâ re quam labore artificis & igne naturali, ex ſeipſo enim non poteſt licet in æternum in terrâ maneret, itaque ei auxilium ferre oportet non ita tamen vt ei pergrinæ & contrariæ res addantur, ſed ſicut Deus nobis frumẽtum ex agro dat, ſed nos molere illud & coquere oportet vt panis fiat: ita & Deus nobis hoc æs creauit quod ſolum accipimus vt corpus craſſum deſtruamus, bonum intus latens eliciamus, ſuperfluitatem remoueamus, & ex veneno medicinam faciamus. Quod vt rectius capiatis dialogum & diſputationem eius inter Lapidem Piloſophorum, aurum & mercurium exponam, ex qua inueſtigatores qui metalla & mineralia tractare ſciunt facilè ad verum fundamentum peruenient, requiriturque vt omnis res in terra foris & intus optimè cognoſcatur & quid naturaliter poſſit.

Subiectum lapidis æs vocatur, vt materiam metallicã eſſe indicet & quia venenum vorat hinc Antimonium ſuſpicandum eſt, continere in ſe ſulphur illud tingens quod eſt natura lapidis.

Aurum & Mercurius quondam manu armata lapidem quendam aggrediebantur illum vincere volentes, cui aurum voce ſuperba ſic loqui cœpit.

Aurum. Venenate ſerpens & draco, cur te extollis ſupra me & fratrem meum mercurium cum ſim nobiliſſimum, pretioſiſſimum & conſtantiſſimum omnium metallorum,

Serpentem venenatum vocat materiam lapidis propter viriditatẽ eius & varium colorem.

omneſque magnates æquè ac plebei in me omnes ſuas diuitias collocent & in fratre meo mercurio, tuque ipſe ſcias *te omnium hominum & metallorum hoſtem eſſe*, medicoſque me maximè laudare in valetudine hominibus reſtituendâ.

Hinc ſuſpicandum eſt eſſe Antimonium cum Antimonium ſit hoſtis hominum & metallorũ cum hæc ad mortem deducat.

Lapis. Chariſſimum aurum, Cur non iraſceris Deo, eumque interrogas cur non creauerit in te quæ creauit in me ?

Aurum. Deus mihi dedit honorem, decus, & laudem vnde ab omnibus expetor, & quia in & extra ignem omnium metallorum conſtantiſſimum ſum ab omnibus amor, vt uero volaticus es hominesque decipis, iis enim qui in te laborant ex manibus euolas. Lapis. Chariſſimum aurum, Deus quidem tibi dedit pulchritudinem, honorem & conſtantiam, quod grato animo agnoſcere debes, non autem alios ſpernere ; me certè immeritò contemnis, dico autem tibi te non eſſe aurum de quo philoſophi ſcribunt, ſed illud in me latet. Licet enim in igne volatilis ſim, ſcis tamen me ad id à Deo ordinatum, & hanc meam volatilitatem vtilem eſſe artifici, quam ſi rectè ſciat extrahere anima conſtans in me remanet, quæ multo etiam conſtantior quam tu, ò aurum, omneſque tui fratres & ſocij, eamque nec ignis nec aqua ad finem vſque ſæculi corrumpere poteſt. Præterea non eſt mea culpa ſi quærentes me neſciant quomodo oportet me præparare, mihique ſæpe res contrarias vt aquam, puluerem aliaque ſimilia coniungant, meamque naturam corrumpant:

Aurum Philoſophorum late in materat philoſophorum.

Qui laborant in mercurio & auro errant.

tum verò ex centum vix vnus reperitur qui in me laboret, ſed plerique in te & fratre tuo mercurio opus perficere conantur; In quo plurimum errant, vnde paſſim videtur eos nihil proficere, aurum ſuum inutiliter inſumere, depauperarique cuius tu reus es ô ſol, cum ſcias extra me non poſſe fieri verum aurum aut argentum ſed me ſolum id poſſe, cur ergo permittis vt plerique tecum & cum Mercurio fratre tuo laborent: ſi eſſes ſincerus & candidè ageres homines de damno moneres, vndè verè dico te fallacem eſſe.

Aurum vulgare in Chymia facienda fallit omnes operantes.

Aurum Ex Philoſophis probabo artem mecum & cum fratre meo mercurio perfici poſſe, lege enim Hermetem dicentem ſol eſt pater, & luna eſt mater; ego enim ſoli comparor. Item Ariſtoteles, Auicenna, Plinius ſerapio, Hippocrat. Dioſcorid. Meſue, Raſis, Auerrois, Geber Raym. Lullius, Albertus M. Arnald. de Villanoua, Thomas de Aquino, & multi alij quos breuitatis cauſa omitto ſcribunt expreſſè, tincturas non ſecus ac metalla componi ex ſulphure & mercurio, ita vt ſulphur ſit rubrum, incombuſtibile & in igne conſtans; mercurius verò purus. Quin abſque ambagibus meo me nomine nominant dicentes, in auro latere ſulphur coctum, conſtans, incombuſtibile, rubrum, quod & omnibus notum etiam me eſſe metallum conſtantiſſimum, & habere ſulphur optimum, fixum, & incombuſtibile.

Id omne non de auro communi dicitur.

Mercurius fratri ſuo aſſentiens dixit, Domine & frater mi vera dixiſti & ex dictis ma-

giſtris poteſt probari. Tum & omnibus vulgo notum eſt quantâ nos ambo inuicem ſympathiâ coniungamur, quod vel hinc patet quod aurifices aliquid inauraturi auro & mercurio carere non poſſunt, ſed nos facilè & abſque vllo labore coniungunt, quid itaque non poſſet fieri diuturniore & longiore labore & diligentia.

Quod de auro dixerunt antiqui, non de auro communi illexerunt.

Lapis ſubridens, vterque cum veſtrâ probatione riſui vos exponitis, mirorque te, ô ſol, tot & talia de te prædicantem non eſſe acutiorem: putaſne antiquos Philoſophos ſua ſcripta ad literam nudè & prout verba ſonant intelligi voluiſſe?

Aurum. Magiſtri adducti nullum mendacium ſcripſerunt, omnes circa meam virtutem conſentiunt, alijs tamen vires meas in impropriis rebus quæſiuerunt, quales ſunt herbæ, animalia, ſanguis, vrina, capilli, ſperma &c: qui errauerunt & ſæpe falſa ſcripſerunt: prædicti verò magiſtri teſtimonium habent quod artem verè ſciuerint, vnde ſcriptis illorum credi debet. Lapis. Hoc non eſt dubium, verè ſciuerunt artem paucis ex ijs quos adduxiſti exceptis qui eam ignorauerunt, & ad alienam recitationem ſcripſerunt: ſed cum ſimpliciter aurum & mercurium nominant ob imperitos faciunt & indignos vt artem ijs occultent, ſciunt enim eos nudis nominibus & præſcriptæ formulæ & proceſſui inſiſtere, neque rem funditùs perquirere. Sed prudentes & diligentes cum intellectu legunt, omnia conſiderant, quomodo inuicem conſentiant, vnde funda-

Legendi ſunt antiqui chymici cum ſumma prudentia nam vnum dicunt & aliud intelligunt.

mentum hauriunt, inueniuntque ex ſpeculatiua & dictis Philoſophorum veram materiam quam nullus Philoſophus vnquam manifeſtè nomine ſuo expreſſit, quod ipſimet fatentur dicentes, vbi communi intellectu iudice apertiſſimè ſcribimus ibi maximè artem occultamus: ſed cum figuris, cõparationibus &parabolis vtimur veraciter artem manifeſtamus. Cum vero de auro & mercurio ſcribunt, mox ſubiungunt, ſuum aurum non eſſe aurum vulgare, & ſuum mercurium non eſſe vulgarem; aurum enim ob ſuam perfectionem non poſſe amplius mutari, cùm iam in metallum perfectum creuerit, & licét color eius centies extrahatur, artificioſè cum eo procedatur, non poſſe plus facere & tingere quam tincturæ in ſe habet. Vnde Philoſophi dicunt in rebus imperfectis quærendum & ſic imperfectionem inueniri, in Roſario. Et R. Lullius teſtis tuus ait, Quod melius fieri debet non debet eſſe perfectum, in perfectis non fit mutatio ſed potius corruptio.

Rationibus nec aurum vulgare nõ eſt ſubiectũ Philoſoph.

Aurum. Scio hoc ſcribi, ſed de fratre meo mercurio qui imperfectus eſt, intelligi poteſt, cumque ambo miſcemur perficitur ille à me, ego enim mas ſum, ille fœmina: vnde Philoſophi, artem dicunt totum homogenum, videſque in homnibus non naſci ſobolem abſque viro & fœminâ ſed vtriuſque coniunctione, quod & in animalibus videtur.

Vnde ſi aliquid boni ex auro communi expectas, neceſſe eſt vt illud reſoluas in mercuriũ crudum quod alterari poteſt & gradũ perfectionis acquirere

Lapis. Frater tuus mercurius quidem imperfectus eſt, ſed non eſt mercurius ſapientum. ſi miſceamini, multiſque annis ſimul in

Mercurius vulgi non eſt mercurius ſapientum.

igne ſtetis nunquàm tamen perfectè coibitis, ſed mercurius ſimulac ignem ſentit à te ſeparatur & in altum eleuatur, teque in fundo relinquit: ſi verò cum aqua forti coniungamini, ſoluamini, diſtillemini & coagulemini, nihil tamen aliud producitis quam puluerem rubeum & præcipitatum: quo proiecto ſuper metalla imperfecta non tinguntur, ſed ex auro inuenitur quantum ab inicio aſſumtum fuit, ſed mercurius omninò ſeparatur, quod chimici multis annis maximo ſuo detrimento experti ſunt. Illud vero antiquum dictum, Artem eſſe totum homogenum, ſobolemque non naſci niſi ex mare & fœminâ malè de te & fratre tuo mercurio exponis, licet ipſi veritatem ſcripſerint. Et verè dico tibi hoc ipſum eſſe lapidem angularem ab antiquis poſitum ad quem tot millia offenderunt. Putaſne eandem eſſe metallorum & animalium rationem? Idem hîc tibi accidit quod omnibus Pſeudochymicis, quoties talia in Philoſophorum libris legitis non vltra cogitatis, an cum præcedentibus & ſequentibus conſentiat nec ne, quicquid enim Philoſophi de arte figuratiuè ſcripſerunt de me ſolo & de nulla alia re totius mundi intelligitur, ego enim ſolus facio, & abſque me nemo verum aurum & argentum facere poteſt.

Docte probat mercurium vulgarem & aurum cōmune arti naturæ eſſe inutilem,

Quicquid dixerunt Philoſophi de lapide figuratiuè de lacerta viride ſeu ſerpente hæc intellexerunt.

Aurum. Bone Deus, non te piget peccati, nec pudet mendacij? Adeòne temerarius es, vt quicquid tot ſapientes tot ſæculis ſcripſerunt, tibi ſoli (qui nihil aliud *quam craſſa, impura & venenoſa res es*) audeas attribuere,

Lapidis vera natura qualis eſt, & Antimonium deſcribi.

cum fatearis artem hanc totum homogenum eſſe: dicaſque inſuper extra te vtpote vniuerſale verum aurum & argentum confici non poſſe, cum ſit certum multos ſtudioſè alias vias perquiſiuiſſe & particularibus inuentis vtilitatem maximam cepiſſe?

Lapis verus qualis ſit in ſe.

Lapis. Chariſſime ſol, ne mireris dicta mea, nec me accuſes mendacii, antiquior enim te ſum, & ſi omninò in hoc erraſſem ætati meæ parcere debuiſſes, cum ſcias ſenes honorandos. Vt vero honorem meum tuiturus probem me vera dixiſſe tuis teſtibus vtar, quos non potes reijcere. Hermes ergo ait, Certe, abſque mendacio veriſſimè hoc quod eſt infra eſt ſimile ſuperiori, & ſuperius inferiori, quo conſequi poſſunt miracula vnius rei Ariſtoteles ait, Quam mirabilis eſt hæc res; habet enim omnia in ſe quibus opus eſt nobis: ſeipſam occidit, & ſeipſam reſuſcitat; ſeipſam imprægnat & ſeipſam parit: *Soluit ſe in ſanguine ſuo & in eodem ſeipſam coagulat: ex ſeipſa albeſcit & rubeſcit, nihil amplius illi addimus, nihilque mutamus ſed terreſtreitatẽ & craſſitiem ſeparamus.* Philoſophus Plato de me ait. Vnũ & vniforme etiam in ſeipſo habet corpus, animam, ſpiritum, & quatuor elementa quibus dominatur, neque illi neceſſe eſt vt ab aliis corporibus quicquam mutuò accipiat, ſeipſum enim ſolum ex ſeipſo parit, ex ipſo & in ipſo ſunt omnia. Talia teſtimonia plura poſſem adducere ſed breuitatis cauſa vt non neceſſaria omitto. Particularium verò à te adductorum hæc eſt ratio. Quidam eò vſque

Hoc & agit Antimonium quod in puro ſanguine ſuo, ſe ſoluit & ſe reſuſcitat.

mecum proceſſerunt vt mihi ſpiritum meum tingentem extraxerint, quem alijs metallis & mineralibus miſcuerunt multoque labore cò reduxerunt vt aliquid parum mearum virtutum ex me metallis concederem mihi affinibus, ſed hoc paucis ſucceſſit, alii forte fortunâ inuenerunt, & quia originem neſciuerunt ex quâ tincturæ proueniunt non potuerunt rurſus idem facere, neque vtilitatem valde magnam perceperunt. Sed ſi artifices amplius quæſijſſent propriam meam vxorem eique me coniunxiſſent millies plus mutare potuiſſem, ſic naturam meam rebus extraneis corruperunt. Itaque ſi quid boni virtuti meæ comparandum inuenitur, ex me & non aliunde ortum eſt.

Si quid eſt boni in chymia, ex lapide eſt.

Aurum. Non ſatis probâſti, licet n. ſcribãt de vnâ ſola re habente quatuor elementa, corpus, animam, & ſpiritum, tamen hoc tincturam iam perfectam innuunt, nihilominus initio à me & fratre meo mercurio tanquam ex maris & fœminæ ſemine componi debet, cumque percocti & tinctura facti ſumus vna res ſumus, vt ij dicunt.

Aurum & argentum viuum cõmune nũquam fiunt vna res, quod fieri deberet ſi ex his lapis fieri deberet.

Lapis. Nequaquam; prædixi iam tibi, vos duos nullo modo poſſe in vnum corpus coaleſcere, cùm non vnum ſed duo ſitis corpora & in naturæ fundamento contraria: ſed ego corpus habeo imperfectum, ſpiritum purum, penetrantem, tingentem & conſtantem: mercurium clarum, lucidum, volatilem & mobilem, poſſumque ſolus quicquid vos ambo vobis vindicatis neque poteſtis, in me enim

eſt aurum

eſt aurum Philoſophicum & ſapientum mercurius. Vnde antiquus Lapis noſter non eſt viſibilis, & mercurium noſtrum nemo conſequi poteſt niſi ex mollibus octo corporibus, neque vllum abſque altero parari poteſt, ideòque ego ſolus valeo virile & muliebre ſemen, ſum totum homogeneum, vocorque hermaphroditus teſte Richardo Anglo dicente; Prima materia lapidis noſtri dicitur R E B I S, ideſt, res vna quæ naturaliter habet duplicem proprietatem in ſe latentem, dicitur etiam hermaphroditus, id eſt, materia quæ vix dignoſci poteſt an ſit mas vel fœmina quia ad vtrãque partẽ inclinat ſe, *ideoque ex vna re quæ eſt aqua corporis & ſpiritus fit medicina inde dicitur hãc medicinã ſuis quæſtionibus fefelliſſe multos ſtultos, artẽ vero requirere vnã tantum rem omnibus notã, quã omnes optant; ſed vnica tantũ eſt,* nihil ei comparari poteſt, & tamen eſt vilis & vili pretio venditur, neque ſperni debet quia facit mirabilia. Alanus Philoſophus ait, Operatores huius artis conſtanti eſtote voluntate in opere veſtro, neque mòdo hoc mòdo illud incipiatis laborare & inueſtigare, ars enim non conſiſtit in multitudine ſpecierum ſed in corpore & ſpiritu. Et reuera medicina noſtri lapidis eſt res vna, vnum vas, vna coniunctio; *totum enim magiſterium vnâ re perficitur, & incipitur, licet Philoſophi vt viã occultarent multas alias vias propoſuerint cõtinuè coquendo & miſcendo, ſublimando, terendo, ſiccando, & quotquot nominibus vocari poteſt corporis ſolutio fiat non niſi in proprio*

In ſubiecto lapidis eſt aurum Philoſophorum & mercurius

Octo corpora mollia ex quibus extrahitur mercurius ſapientum eſt ipſum Antimonium quod in ſe continet ſeptem metalla, & ſe ipſum vnde eſt octo corporeum.

Cur prima materia metallorũ dicatur rebis.

Opus noſtrum vna eſt res quæ dat liquorem in quo ipſa res debet ſolui, vt res occultæ ma-

ſanguine ſuo. Geber Philoſophus ait, In fundo naturæ mercurij eſt ſulphur quod eum coquit & digerit diuturnitate temporis in venis mineralium. His, chariſſime ſol, ſatis es conuictus hoc in me ſolo eſſe, me ſolum id poſſe, abſque auxilio tuo, fratrum aut ſociorum tuorum. Non egeo veſtri, ſed vos omnes egetis mei; vos n. omnes perficere poſſum, & in gradum altiorem quàm natura vobis dedit vos ducere.

TVnc aurum iratum fuit, neſciuitque quid amplius reſponderet, conſultans autem cum mercurio fratre ſuo, ſtatuerũt ſibi inuicem opitulari cum duo eſſent & lapis ſolus, cumque diſputando nihil proficiant amborum vi gladio eum occiſuros. Certamine autem inito lapis virtutem ex ſe emiſit & vtrumque deſtruxit & vicit, abſorpſitque vt non videretur quid ijs actum ſit. Habetis, chariſſimi & pij viri, doctrinam veram & ſufficientem intelligendi fundamentum ſupremi & nobiliſſimi theſauri, nullus enim vnquam Philoſophus hactenus adeò dilucidè manifeſtauit. Nihil ergo vobis deeſſe quàm vt Deum rogetis vt vobis concedat nobilem hunc theſaurum aſſequi, deinde acuite ingenium veſtrum, legite prudenter, laborate diligenter, neque feſtinate in hoc opere nobili, oportet vt habeat tempus ſuum naturale, ſicut poma in arboribus aut vuæ in vitibus; habete etiam voluntatem rectam, quia Deus illis tantum id largitur qui eo benè facere cupiunt, ijſque

nifeſta ſi ant & tinctura occulta manifeſta fiat.

Nota hoc, quia ibi indicatur ſolutio auri & argenti vi ſpiritu lapidis & fortitudine quia nec aurum nec argentum viuum per ſe ſolum ſunt lapis ſed ex arborum cõiunctione fit quid tertium ex quo fit opus & illud tertium dicitur lapis quod aurum & argentum viuum deſtruit vincit & abſorbet, vt ibi enarratur, quod quidem prudentibus eſt ſatis, ignorãtibus eſt etiã nimis

tollit qui malè eo vti ſibi proponunt. Deus benedicat vos. Amen.

clarum hĩ enim non merentur, vt cum his clare loquatur Philoſophus ex deſcriptione enim ampla ſuperius facta ſatis colligitur quid ſit lapis; eſt enim marchaſita ſolis, vel ſaturni, in his enim duabus marchaſitis latet ampliſſima tinctura, ſed cum ſolis marchaſita ſit perfectior multo in ea etiam perfectior & maior erit tinctura & ſic ſit tibi ſatis? in ea enim marchaſita eſt ſol & mercurius ambo coniunti.

OPVS SATVRNI IOANNIS IRSACI Hollandini.

PRAEFATIO. Amice lector, Philoſophi multum de plumbo Philoſophorum ſcripſere, quod ex Antimonio iuxta Baſilium præparatur, vnde puto Opus ſaturni M. Iſaci Hollandi non de communi plumbo (niſi forte materia lapidis per id ſignificetur) ſed de plumbo Philoſophico intelligendum. Itaque in commodum ſtudioſorum Currui triumphali Antimonij ſubiunxj quia lapidem ignis exponit: an verò ſaturnus vulgaris ſit materia lapidis Philoſophici ex con-

Quid per plumbum Philoſoph. intellexerunt antiqui.

ſideratione decima ſeptimâ infra diſces. folio. 260.

Saturnus eſt lapis ſapientum ſed hic ſaturnus non eſt vulgaris ſed eſt alius.

OPVS SATVRNI M. Iohannis Irſaci Hollandini In nomine Domini, Amen. Scito fili mi ex ſaturno venire lapidem qui dicitur lapis Philoſophorum, quia cum perfectus eſt facit proiectionem in corpora hominum ex quibus tollit omnes infirmitates externas & internas, & in metalla imperfecta. Scito etiam fili mi in toto opere vegetabili non eſſe ſecretum altius & majus quàm in ſaturno. neque n. in auro reperimus perfectionem quam in ſaturno, in ſuo enim jntimo aurum bonum eſt quod omnes Philoſophi fatentur, neque ejs deeſt quicquam niſi vt primo aufferatur quod in eo ſuperfluum eſt ſeu impuritatem, purgatique interius foras eijciatur, rubedo ſcilicet ejus, & ſic eſt aurum bonum, neque aurum æquè facile fieri poteſt ac ſaturnus qui facilè ſoluitur, facile coagulatur, mercurium ſuum à ſe facilè abſtrahi ſinit. Ille verò Mercurius ex ſaturno extractus, purgatus & ſublimatus ſicut mercurius ſublimari ſolet æquè bonus eſt ac mercurius ſolis in omnibus operibus; ſi enim ſaturnus in interiorj ſuo etiam aurum vt reuera eſt, mercurius ejus neceſſariò æque bonus eſt ac mercurius ſolis, ideoque vobis dico ſaturnum in opere noſtro meliorem eſſe quàm aurum, *Si enim mercurium ex ſole extrahere vultis totius anni labor erit, quem quatuordecim diebus ex ſaturno extrahitis, & ambo ſunt æquè bonj.* Si opus ex auro ſolo velitis facere labor erit biennij ſi modò benè fieri de

Ex ſaturno noſtro mercurius facili via eruitur.

Mercurius ſaturni idem eſt ac mercurius Solis & lunæ, ſunt enim eiuſdem ſubſtantiæ.

bet, at opus ex ſaturno triginta duabus ſeptimanis ad ſummum perficietis, & ſi ambo rectè fiant, ambo æque bona ſunt; tum vero ſaturnus vili pretio paratur, tempus eſt breue, & labor paruus, vere hoc vobis dico. Fili obſerua hoc; ſaturnus eſt lapis quem Philoſophi nominare noluerunt, cuius nomen hactenus latuit, ſi enim nomen ſciretur multi laborarent, ars vulgaris efficeretur, quia opus ejus breue eſt, pauci ſumptus & laboris paruj. Ideoque nomen occultatum manſit ob malū emergens, omnes minerabiles parabolæ quas Philoſophi occultantes dixerunt de lapide, luna, fornace, dolio & c: omnia ſaturnum notant, nihil enim extranej illi addere oportet niſi quod ex ipſo venit, nemoque eſt adeò pauper qui hunc laborem perficere nequeat, quia breui rempore luna poteſt fieri ex ſaturno, & aliquanto longiore etiā ſol, & licet homo pauper ſit tamen hoc conarj poteſt, & ſibi proponere facere lapidem Philoſophorum. Fili, omnia in ſaturno continentur quæ nobis neceſſaria ſunt, in eo enim eſt perfectus mercurius, in eo omnes colores mundi & in eo manifeſtari poſſunt; in eo eſt color vere niger, albus, ruber, in eo eſt pondus, & ipſe eſt Laton noſtrum. Exemplum. Oculus hominis non poteſt pati vllam rem imperfectam, quamuis minimus eſſet puluiſculus dolorem crearet illi intolerabilem vt nullibi quieſcere poſſet; ſed accipe ſaturnum fabæ quantitate cultro minutiſſime ſciſſum, rotundum pone in oculum nullum creabit dolorem, quod fit

Conuenit cum Theo. aſſerente lapidem Philoſoph. eſſe ſaturnum.

Omnes pauperes lapidem facere poſſūt

Saturnus habet omnia neceſſaria ad lapidem perficiendum.

Saturnus oculis non nocet.

Aſſerit iterum lapidem Philoſophorum eſſe ex Saturno.

Lapis ex ſaturno proccatus curat metalla omnia & homines omnes.

Lapis ex ſaturno habet omnia nomina & omnia ænigmata de eo dicuntur.

Saturni ſolutio per acetum.

quia in intimo ſuo perfectus eſt ſicut aurum & gemmæ. Ex his alijſque dictis notabitis ſaturnum eſſe lapidem noſtrum Philoſophicum & noſtrum Laton ex quo noſter mercurius & noſter lapis paruo labore, paruâ arte & impenſâ & breui tempore extrahitur. Moneo ergo omnes qui nomen ejus ſciunt vt id occultent hominibus ob malum quod inde accideret, vocate verò lapidem Laton & acetum aquam in qua lapidem lauare oportet, hic eſt lapis & aqua de quibus Philoſophi tot magna volumina ſcripſerunt. Multa ſunt opera diuerſa in lapide minerali, & præcipuè in lapide quem Deus nobis gratis dedit de quo multæ miræ parabolæ ſcriptæ ſunt in libro mineralium. Sed hic verus eſt lapis quem Philoſophi quæſiuerunt, quia proiectionem facit ſuper omnia metalla imperfecta, & præcipue ſuper Mercurium viuum; tum verò facit proiectionem in omnes morbos corporis humani internos & externos, ideoque lapis hic non ſtat in opere minerali ſed in vegetabili. Et eſt initium libri vegetabilis & principale, vocaturque Lapis Philoſophorum; lapis mineralis ſuo nomine dicitur lap. min. tertius dicitur Lapis animalis; hic lapis eſt verum aurum potabile, vera quinta eſſentia, quam quærimus, & nullam aliam rem in hoc mundo. Vnde Philoſophi dicunt, Qui lapidem noſtrum agnoſcit eumque præparare ſcit nulla alia re indiget, ideoque hanc rem & nullam aliam quæ ſiuerunt.

Filius meus accipiat decem aut quindecim

libras ſaturnj, cuj non ſit admixtum aliud metallum, laminet tenuiter habeatque amphoram ſemiplenam aceto, lutet, ponet in balneo tepido, & ſingulo triduo aut quatriduo abradat ſaturnum calcinatum à laminis, colligatque ad quinque aut ſex libras, tere hunc ſaturnum calcinatum cum aceto diſtillato ſuper marmor vt cum penicillo picturæ poſſit ſeruire, accipe porrò vrceum lapideum & in eo affunde ſaturno calcinato acetum diſtillatum relicta tertia parte vrcei vacuâ, permiſce optime, obtura cum operculo vitreo aut lapideo, pone in balneo rudiculâ aut cochleari ligneo quinquies aut ſexies die moue, obtura rurſus, neque calefac balneum magis quam vt manũ in eo pati poſſis, ſtet ſic 14. diebus & noctibus tum ſefunde clarum & affunde acetum nouum calci nondum ſolutæ, miſce, procede vt prius, fac toties donec omnis calx ſaturni ſoluta ſit, ſaturnum ſic ſolutum pone in balneo, euapora acetum lento igne, ſaturnus in maſſam redigetur quam moue donec ſicca fiat, erit coloris mellej, tere eam ſuper marmor cum aceto diſtillato ſaponis inſtar, repone in vrceo lapideo optime mixta in balneo tepido per quinque aut ſex dies moue ſingulis diebus rudicula lignea operi vitro, ſine refrigeſcere, ſufunde quod ſolutum eſt in vrceum alium lapideum magnum, affunde aliud acetum miſce optime, pone denuò in balneum, ſefunde & ſic procede donec nihil amplius ſoluatur, quod lingua experieris, ſi n. dulce ſit, acetum non eſt ſatis ſolutum, aut pone aliquan-

Ceruſa fit

tum in cucurbita vitreâ & ſine euaporare, ſi aliquid remaneat non totum quod aurum fieri vult ſolutum eſt, & quod in vrceo remanet ſeu fæces ſi ſint dulces in lingua & adhuc aliquid in cucurbita reperias non ſatis ſolutum eſt, poteſtque nouo aceto affuſo ſoluere (vt prius) fæces. Coagula has ſolutiones vt prius ſolue aceto diſtillato vt prius: has coagulationes & ſolutiones continua donec nullæ amplius fæces in fundo remaneant ſed omnia ſoluantur in aquam claram & limpidam, tunc ſaturnus liber eſt ab omni ſua leprâ, melancholia, fæcibus, nigredine, additamentoque, & eſt purus, niueuſque, quia ab omnibus ſordibus purus eſt, friguſque eius foris eſt vt in Luna & calor intus, fuſibilis vt cera & dulcis vt ſaccharum. Eſtque niuei coloris qui ab omnibus ſordibus purgatus eſt, & quia calor eius intus & frigus foris eſt vt in luna. Dulcis vero eſt quia in eo omnia elementa pura ſunt & ſeparata ab omni fœtore & nigredine ſulphureâ quibus in minera ſubiectus fuit; & mox eſt medicinalis naturæque ſimilis. Et quia adeò purus eſt virtutem interiorem aliquo modo foras eijcit quoad dulcedinem, ſed calor ita tegitur frigore vt virtutem ſuam non poſſit exercere ſicut odor, odor enim ſpirituum eſt ſubtiliſſimus ſicut in libro de vegetabilibus latius docetur, ſicut aër in omnibus floribus & herbis foras erumpit, ſpiritus enim aëris hæret in intimo omnium rerum, cùm Deus nihil creauerit in mundo quod non habeat peculiarem aërem ſeu odorem: odor & ſpiritus

Saturnus qualiter purgari debeat ab omni fæce ſua. & immunditia.

Odor quid ſit & vnde ſapor amarus ortum habeat.

idem ſunt, odor ex aëre emanat ſicut fumus ex igne. Cur ergo res quæ dulcem habet aërem ſaporem habet amarum? Fit quia fæces eius rei in elemento putridæ ſunt ex cholerâ ſeu calore, quicquid enim præter naturam calet amarum eſt; aër verò pariter & ſapor ſpiritus ſunt, cumque ſpiritus aëris foras erumpit per rem calidam aër ſaporem includit & tuetur ſubtilem ſaporem vt à calida exurente cholerâ non comburatur ſicut in Herbario prolixè exponitur. In ſaturno verò ſapor eſt dulcis quia eſt quaſi purus & in ſe non habet calorem non naturalem qui comburere poſſit ſaporem ſubtilem, ideo ſaporem foris habet, & in eo ſapor occluſit ſpiritum aëris, ſcito me dixiſſe in re abundante calore vrente aërem intercludere ſaporem, ne ſapor corrumpatur à non-naturali calore: ita ſapor aërem includit cum erumpit ex re foris frigidâ, nam ſubtiles ſpiritus aëris vel odoris rei alicuius non poſſunt vllum frigus tolerare, quod patet quia herbæ & flores ſuaueolentes hyeme non emittunt odorem ſicut in æſtate ſed tegunt ſe hyeme, ita ſpiritus ſaporem in ſe recludit & ſpiritum odoris & aëris. Homo frigens odorem mittit & ſaporem; ita hic ſaturnus frigidus ita manifeſtatur ſapor cum ſpiritu odoris: ſpiritus enim ſaporis in ſe incluſit odorem, quod & in ſaccharo plumbi ad ſummum clarificato vides quod dulciſſimum eſt ſed abſque odore ita vt fæcibus ſeparatis ſolus ſapor abſque odore remaneat, quod fit quia ſaccharum exterius frigidum eſt & ideo album &

Odor ex calore interno erumpit cum ſit ſpiritus ſubtilis

Sachari plumbi cãdor & dulcedo vnde ſit.

Quare ſaturnus vocetur lapis Philoſophorum.

dulce, interius verò calidum & humidum temperatum auri inſtar, tantæque virtutis vt nominetur lapis Philoſophorum, quod & experientia teſtatur, paſſitque curare omnes morbos corporis humanj quod in ſuo opere probatur. Hoc verò dico, mi fili, vt prorſus intelligas interius & exterius eius, & ſpiritus eius qui in rebus ſunt de quibus loquimur, vt ſic mirabilia Dei opera agnoſcas quæ in his ſublunaribus fecit, quæ omnia propter nos creata ſunt. Ideò fili mi crede & ama Deum, ſequere eum, quia te amat, ſicut oſtendit in omnibus rebus tam in interiori quam in exteriori earum, ô quàm mirabilis eſt Dominus & Deus noſter à quo omnia mirabilia proueniunt; Liqueſcit autẽ ſaturnus vt cera ob ſulphuris abundantiam, in nulla enim re inuenio fuſibilitatem quam in ſulphure, mercurio & arſenico, quæ omnia tria in ſaturno ſunt vnde eſt fuſibilis, ſed in eo & cum eo purgata ſunt à ſordibus ſuis. An neſcitis Philoſophos vocare lapidem ſuum arſenicum & rem albam: ſulphur ſuum incombuſtibile & rem rubram: omne hoc eſt ſaturnus; in illo eſt enim arſenicum quia luna generatur principaliter ex ſulphure albo vt in libro de ſulphuribus apertè docetur, & omne arſenicum intus eſt ſanguineum cum interius eius foras elicitur vt in libro de coloribus demonſtratur; & ſaturnus mox ſtat in gradu lunæ fixæ. Ita in eo eſt ſulphur rubeum vt videtis, cum interius eius foras elicitur rubeſcet vt rubinus, neque vlli ſunt colores niſi in ſpiritibus, ita in eo eſt ſulphu

Saturnus vnde facile liqueſcat.

Arſenicus Philoſophorum eſt Saturnus.

In ſaturno eſt ſulphur rubeum Philoſophorum.

rubeum & citrinum, mercurius item, quia mercurius breui tempore & paruo labore ex eo extrahitur. Omnia ergo tria ſunt in ſaturno, ſed nondum fixa, ſunt tamen pura, munda, incombuſtibilia, fuſibilia vt cera, & in eo ſunt omnes res iuxta Philoſophos dicentes, Lapis noſter fit ex re fœtidâ menſtruali. Quid vobis videtur? nonne ſaturnus eruitur ex terrâ fœtidâ? multi ſanè moriuntur à fœtore ſaturnum effodientes, vel ſaltem non diu viuunt quicunque in fodinis nigris & fœtidis laborant ex quibus ſaturnus trahitur. Philoſophi dicũt, Lapis noſter non præparatus minimi & pretij: &, Pauperes æquè ac diuites illum habere poſſunt, & verum dicunt: nemo enim pauperior eſt & miſerior quàm ille qui in minerâ ſaturni laborat. Idem dicunt, illum in omnibus vrbibus & locis inuenirj, quonam quæſo ibitis quin ſaturnum inueniatis? Vocant nigrum, quæſo num vobis ſaturnus non videtur niger? Dicunt aquam eſſe ſiccam qua ſol & luna purgantur in teſtâ, nonne hoc ſaturno competit quo lauantur vt veſtis ſordida ſapone? Dicunt, In noſtro lapide ſunt quatuor elementa, hoc verum eſt de ſaturno ex quo quatuor elementa ſeparantur. Dicunt, Lapis noſter conſtat anima, ſpiritu & corpore, & hæc tria vnum fiunt, quod verum eſt quãdo fixatur in mercurium album & ſulphur cum terrâ ſuâ tria illa vnum ſunt. Vnde nota Philoſophos nomine ſuppreſſo vera ſcripſiſſe propter ignaros qui non ſunt filij ipſorum vt ignari maneant. Sic ſapientes ſtudioſè nomen lapidis

Omnia neceſſaria ſunt in ſaturno.

Probat lapidem philoſophorũ eſſe ſaturnum ex proprietatibus ſaturni.

Vnde ſaturnus dicatur aqua ſicca.

Nomen lapidis ſemper occultant Philoſophi.

Saturnus poſtquam ſolutus & optime lotus vt ſupra fuit, deinde fixandus leui calcinatione vt per menſes duos in fuſione ſua contineatur.

occultauerunt. Redeamus iam ad propoſitum.

Lauiſti & purgaſti ſaturnum ab omnibu ſordibus ſuis, albus eſt vt nix, fuſibilis vt cer ſed nondum eſt fixus: fixabimus ipſum, me curium & ſulphur cum terrâ ſua. Accip phialam vitream, pone in ea medietatem ſa turni purgati, alteram medietatem ſeorſim a neceſſitatem reſerua, orificio phialæ impon vitrum commodum, pone vitrum in capella cum cineribus cribratis in furnum, aut de tr pode arcanorum, aut in furnum in quo calc nas ſpiritus, da ej ignem æquè calidum ac ſ mediâ æſtate eſt non amplius, niſi forte paru calidiorem aut frigidiorem, (dummodo no ſit tantus vt plumbum fundat, ita enim ma teria tua olei inſtar liqueſceret, ſiſtet ſic a duodecim dies omne ſulphur euolabit ma teriaque corrumpetur, ſulphur enim eius no dum eſt fixum & in extrinſeco tantum, vnc materia facilimè funditur: & licet purum ſi tamen non eſt fixum) ita vt adeò lenis ſit materia non fundatur, ſtet ſic ſex ſeptimani poſt quas accipe parum, proijce ſuper ferru candens, quòd ſi ſtatim fundatur & fum nondum eſt fixa; ſed ſi manet ſulphur eius ſ xum eſt. Tum auge ignem notabiliter done materia citrina fiat,.& ſic ſemper donec ru beſcat ſemper augendo ignem donec rubino rum colorem accipiat, auge donec tota ca deſcat & tunc fixa eſt & parata ad infuſione cum nobili aqua paradiſi. Notabis porrò d plicem eſſe viam fundendi cum aqua paradi

vid: Sroder 397 Sangelot. col. 1.

Saturnus ſic præparatus eſt ſoluendus cum aqua ſua ſeu ſpiritu ſuo qui dicitur aqua paradiſi.

vtramque docebo, eligat quiuis, vna tamen dimidio melior eſt altera. Memento te iuſſum afferuare medietatem ſaturni purgati, hanc pone in vrceo lapideo & affunde ei quatuor libras aceti diſtillati impoſito alembico diſtilla acetum in balneo, debet autem alembicus in ſummitate habere foramen per quod affunde acetum recens diſtilla vt prius, affunde nouum & abſtrahe, & hoc donec acetum æque forte abſtrahatur ac affunditur, tunc ſufficit, quia materia imbibit tantum ſpirituum ſaturni quantùm opus ej & quantum retinere poteſt. Exime vrceum igni, demtoque alembico pone materiam in vitrum quod ignem ferre poſſit, adde ej alembicum, pone in capella cum cineribus in furno, fac primo ignem lentum, auge paulatim donec materia tua tranſeat ſanguinis colore & olej craſſitudine, ſacchari dulcedine & cœleſti odore: conſerua calorem dum diſtillat, ſi ceſſet auge ignem donec vitrum candeſcere incipiat, conſerua in hoc calore donec nihil amplius diſtillet, ſine refrigeſcat per ſe, deme recipientem & optimè cum cera obtura, materiam tunde in mortario ferreo cum piſtillo chalybeo & deinde tere ſuper marmor cum aceto diſtillato, pone in vrceo lapideo cum aceto diſtillato vt duæ partes plenæ ſint, diſtilla per balneum, affunde nouum acetum, diſtilla vt prius, itera donec acetum diſtillet eâdem fortitudine quâ affuſum fuit. Refrigeſcant, materiam in vitro forti ſuper cineres in capellâ diſtilla vt prius, primò igne lento deinde fortiori vt prius feciſti, exi-

Aqua paradiſi quid ſit & quo modo fiat.

Acetũ hoc cum quo Saturnus ſoluitur vt anima & ſpiritus eius extrahatur non eſt acetum commune & vulgare ex vino factum, ſed eſt ſpiritus acidus ex minera ſaturni vel Antimonij extractus vt enarratur ſupra in curru triumphali Antimonij

vid. Zwelf 79 ul ex — ſolvens

bit oleum rubrum vt prius &c: materiam tunde & tere denuo donec in diſtillatione in balneo materia non amplius ſecum retineat ſpiritum aceti, tunc accipe materiam, in cucurbitâ vitreâ diſtilla ex cineribus quod diſtillare vult donec materiam in oleum rubrum diſtillaueris quæ eſt aqua Paradiſi nobiliſſima vt jlla lapides omnes fixi perfundantur & lapis perficiatur. Et hic eſt modus vnus, & hanc aquam paradiſi vocarunt antiqui acetum ſuum acre clarum, nomina enim occultant. Docebo te & alteram viam conficiendæ aquæ Paradiſi, quæ facilis eſt, ſed aqua minus eſt bona, neque tantam proiectionem parit in medicinâ humanâ, curat tamen omnes morbos foris & intus, ſed altera via curat miraculoſè breui tempore. Accipe medietatem aſſeruari juſſam ſaturni præparati (cui affunde medietatem aquæ paradiſi præparatæ & fixæ oportere dixi) huius medietatis medietati affunde in vrceo lapideo acetum ſatis forte, miſce: accipe porrò libras duas tartari calcinati ſoluendo & coagulando clarificati vt nullas fæces poſt ſe retineat; ſalis arm. ſublimati vt nullas fæces relinquat libram j. trita miſce, coniunge in vrceo cum aceto ſubitò, & obtura confeſtim; euolarent enim contactu aceti, impone vrceum in dolium aquæ plenum vt refrigeſcant, alioquj enim calida & frigida materia conuenientes dimicant, ſe extollunt, adeoque incaleſcunt vt vrceus feruore dirumperetur niſi in aquam

Oleum rubrum ſaturni dicitur aqua peradiſi, & ſal eius dici debet glacies paradiſi.

Alia methodus faciendi aquam paradiſi.

Modus faciendi mercurium ex ſaturno.

frigidam poneretur. Caue ergo cum prædictos pulueres miſces vt ſtatim claudas, aut potius vrceum in aqua frigidâ colloces antequã eos aceto miſceas, ita vnientur, maneant ſic in dolio per horas 24. deinde in tepido balneo biduum antequam inde eximas, refrigeſcant per ſe, aufer operculum & appone alembicum, diſtilla per cineres lento igne ad ſeparationem aceti, deinde notabiliter auge ignem donec videas per fiſtulam currere guttas mercurij viui. Ibi ſtillare ceſſabit, auge ignem ſenſim quamdiu ſtillabit, cum verò ceſſare volet (quod agnoſces ſi inter duas guttas cadentes tantum temporis intercedat vt bis dicas Pater noſter) auge ignem vt vrcej fundus candeſcat, per horas duodecim: cum ergò mercurius tranſijt, Sal-armon, Sublimatum alembico adhærebit, & tartarus cum corpore ſaturni in fundo vrcei remanebunt, fæces has accipe & in lino puro in cella humidâ ſuſpende, tartarus ſoluetur quem excipe vitro, corpus ſaturni ſacculo illo lineo manebit, hoc accipe, calcina in furno reuerberationis tribus diebus & noctibus ardenti igne vt alibi docetur, extrahe deinde ſal, vt docetur in libro mineralium, cum quo ſale proiectionem facere potes, & coagula denuò tartarum tuum qui æquè bonus eſt ac prius erat, accipe etiam ſal-arm. tuum ex alembico bonum eſt vt ante. Si non habes ſalarm. loco eius accipe in vniuerſum tres libras tartari &c: qua ratione etiam mercurium ex Ioue & lunâ trahere potes quæ mira operareris, vt in libro minerali-

Extractio mercurj ex ſaturno,

Extractio mercurij ex luna vt ex ſaturno fieri poteſt

um dicitur vbi de quinta eſſentia metallorũ agimus. ſcito porrò hunc mercurium ſaturni in omni opere æque bonum eſſe ac mercurium ſolis, ambo ſunt æquè boni, & in hoc conueniunt omnes Philoſophi. Hunc mercurium ſaturni ſic extractum accipe & aſſerua in pyxide vitreâ. Docuite duplicem aquam Paradiſi ſed prima eſt melior licét cum periculo, longiore tempore & labore fiat, maioreque ſumtu: acetum enim bonum eſt, tum oleum rubrum eſt optimum & tempus etiam ſtatim finitur, & ſi diutiùs durat antequam oleum rubeum eliciatur figit tamen ſeipſum breui tempore ſi ad materiam aut lapidem fixum perueniat in magnâ rubedine in eſſentiam ſimplicem; ſed ſi mercurius coniungatur cum lapide fixo aliquantiſper aſcendunt & deſcendunt antequam moriatur, cùm verò mortuus eſt lapidem rubeum fixum reducit in colorem fixum, operit lapidem rubrum frigore ſuo vt denuò albeſcat, tunc coquatur denuò lentiſſimo igne donec flaueſcat, & ſenſim per gradus aucto igne alios atque alios colores induet donec rubedinem perfectam aſſequatur, ad quod longo tempore opus eſt, quod in oleo rubro non requiritur, ſed hoc ex tempore moritur & coagulatur cum Lapide, vnumque cum altero fixatur in ſimplicem eſſentiam vnde dico eandem eſſe longitudinem temporis operis cum oleo rubro vel mercurio, licet n. præparatio mercurii breuior ſit tamen in fine opus longius eſt, ideoque vobis artificium vtrumque præſcripſi vt quod requiritur intelligatis

Mercurius ſaturni cũ ſole puro coniunctus perficitur continua coctione in lapidem rubeum tingentem & perficientem.

Oleum rubrum ſaturni eſt eiuſdem operationis cum mercurio.

Oleum rubrum ſaturni fuit antiquis occultum.

intelligatis optimé ex intimâ lapidis naturâ oleum facere quod poſtmodum jnuentum fuit. Antiquis ignotum fuit oleum, quod auus meus cùm ſocijs ſuis inuenit maximo labore & tempore.

Duæ ergo ſunt viæ lapidem fuſibilem reddendi ſuperfundendo aquam claram paradiſi, aui verò noſtri oleum vocauerunt acetum noſtrum acre, ideoque fili mi abſconde nomen eius. Docebo etiam te quo modo mercurium ſaturni cùm lapide tuo coniungas, eum fuſibilem reddas: docebo etiam deinde quomodo oleum rubrum à ſaturno præparato extractum per alembicum cum lapide tuo coniungas & eum fuſibilem reddas. Accipe ergo lapidis tui fixi part. duas. Mercurij tui part. vnam miſce in vitro, tege operculo vitreo vt exacte claudatur, pone in capella in cineribus cribratis, da ei ignem lenem vt ſol æſtiuus calet nec auge ignem donec aqua paradiſi aut mercurius prorſus mortuus ſit. Lapiſque anteà ruber poſt hanc commixtionem in puluerem medii inter nigrum & cinereum coloris mutabitur, auge ignem per gradus donec materia albuerit, auge denuò donec crocea fiat, & tandem rubea, & tunc gaude, lapis enim tuus perfectus eſt & vt cera fuſibilis. Lauda Deum & benefac pauperibus, qui nobis dedit partem ſuorum miraculorum, quod oculis carneis videre poteſtis & bonitate Dej frui in hâc vita corruptibili ad miracula, dico enim vobis in bona charitate, ſi quis ad lapidem hunc peruenit, illi à Deo conceſſum, qui

Mercurius ſaturni & ſal eius fixum ſimul coniuncta faciunt lapidem philoſophorũ fuſibilem & fundentem

Lapidis Saturni virtutes & proprietates omnes.

hunc lapidem habet viuere poteſt in ſanitate vſque ad terminum à Deo præſcriptum, & habere quicquid in terrâ optat, ab omnibus hominibus honorabitur & amabitur quia omnes ſanabit ab omnibus internis & externis humani corporis membris, quòd ſi lapis hoc non faceret falſus eſſet, & lapidis vegetabilis ſeu Philoſophorum nomine indignus. Si ergo Deus hunc lapidem tibi largiatur caue ne vitâ tuâ Deum offendas, ne lapis hic ſit cœlum tuum in terra, auge honorem Dej, vtilitatem proximi, defenſionem Chriſtianiſmi & conſeruationem Chriſtianorum expulſorum procura. Sin aliter vtare Deus breui tempore vota tua tibi concedet, ſed mox plagam tibi jmmittet vt occidaris, præceps ruas, aut ſubitò moriaris, in infernum trudaris damnatus ob ingratitudinem erga Deum tantum donum tibi largitum. Vtere ergo ad honorem Dei & animæ tuæ ſalutem ne æterna maledictio ſuper te veniat, cumque ſcripta mea in teſtamẽtum vobis reliquerim, prudenti ſatis dictum.

Chymicis lapidem habentibus ſi deum non timeant & honorent quid contingat.

MVLTIPLICATIO Lapidis. Accipe mediam partem pulueris funde in vitro, & proijce in vas concauum ex ligno fagino, quod intus ſit læue & æquale ita vt prius oliuo jllitum ſit erit lapis pretioſus rubini colore, faciens proiectionem in metallis vilioribus & corpore humano. Accipe decuplum ſaturni præparati coagulatione & ſolutione (vt ſupra dixi) donec non relinquat fæces, tunc accipe puluerem rubeum, nobile ex vitro vt duæ partes plenæ ſint, ſolue cum aceto in

Multiplicatio lapidis ſaturnini.

Puluis rubeus perfectus accipiendus eſt & cum ſaturno perfecto ſoluto vt ſupra connectendus & aceto ſtillatitiò ſoluendus & dein de abſtracto aceto ſixandus coctione vt ambo fiant lapis perfectus.

balneo calido, ſi quid ſolutum ſit ſefunde clarum ſuperiùs, & affunde nouum acetum ſolue, & hoc continua donec omnia in aquam claram ſoluta fuerint quod intra dies duodecim fiet, ſolutiones omnes pone in balneo abſtrahe per alembicum acetum, coagula materiam donec ſicca ſit, tunc eam pone in aliud vitrum, in furno in capella cum cineribus cribratis cum operculo vitreo. Materia tua in ſolutione cum lapide fixata eſt, ſuccende ignem æſtiui ſolis ſimilem ſub furno donec materia flaueſcat, auge ignem per gradus vt fiat citrina, tandem perfectè rubra, quod mox fit, dimidium temporis lucrifacis vt colorem in multiplicationem conſequatur, labora vt prius perfundendo lapidem cum aqua Paradiſi, coque & rubeum fac vt docui ad perfectam vſque rubedinem. Poteris huius medietatem accipere & illâ proiectionem facere vt prius, alteram medietatem denuò multiplicare vt dixi & ſic ſemper eius in operatione.

Iam docebo alteram & meliorem viam nempe oleo rubro perfundendi lapidem tuum rubrum fixum vt fuſibilis fiat. Accipe lapidis partes duas, olei rubri partem vnam miſce in vitro, adde alembicum & recipientem diſtilla igne lento ſuper cineres (ſolis martio menſe ſimili) vt ſi quid humiditatis ex aceto in oleo manſit ſeparetur, ignem continua donec nihil amplius humoris in alembico percipias, tunc auge ignem ad calorem ſolis æſtiui, ſi tum aliquid humoris ſuperſit in alembico

Multiplicatiò eſt potentior cũ oleo rubrò facta, & melior.

Modus iſtius multiplicationis eſt optimus.

percipies, quod ſi intra ſex aut octo dies nihil percipias auffer alembicum & tege operculo vitreo os vitri, augè ignem vt digitum per ſpatium Aue Maria tenere poſſis & continua hoc donec oleum cum lapide fixetur, quod ſic cognoſces. Accipe aliquantum huius pulueris proijce ſuper laminam argenteam candentem, ſi puluis fundatur, laminamque penetrans ſicut oleum alutam eamque in aurum conuertit Lapis perfectus eſt, alioquin cõtinua donec hoc faciat abſque fumo.

Lapidis ita perfecti medietatem pone in vitro fuſorio, funde quod cito fit, quia liqueſcit vt cera & cum fuſa eſt effunde in vas illud faginum oliuo illitum, erit lapis rubeus, criſtalli inſtar pellucidus, rubini colore: cum hâc fac proiectiones, alteram medietatem ad multiplicationem adhibe. Accipe cum Deo ſaturni præparati vt ante dixi partes viginti & ſolue per ſe in vitro cũ aceto diſtillato, puluerem verò lapidis tui etiam ſolue per ſe in alio vitro cum aceto diſtillato donec vtrumque ſolutum ſit in aquam claram, coniunge ſolutiones in vitro magno, appoſito alembico & recipiente abſtrahe acetum in balneo bulliente donec materia ſicca ſit, ſine refrigeſcat, pone in vitro cum operculo vitreo in furno in capella cum cineribus cribratis, ſubiice ignem caloris ſolis in Martio, donec albeſcat, deinde auge ignem per gradus donec citrina, auge donec rubea & tandem fiat ruberrima, tunc affunde huic pulueri oleum rubrum, vel aquã tuam, vel aquam paradiſi, vel acetum noſtrum

Alia multiplicatio lapidis plumbi quæ etiã perquam optima eſt, ſed caue ne acetum vulgare capias.

Aqua paradiſi ſeu oleum rubrũ ſaturni dicitur acetũ Philoſoph. & lac virginis.

acerrimum, quocumque tandem nomine appelletur, procede vt prius docui donec puluis rubeus laminam argenti ignitam mutet in aurum &c: lauda Deum & obedi illi. Iterum potes accipere medietatem ad proiectiones, & alteram medietatem denuò ad multiplicationem adhibere vt docui, ita per totam vitam laborare poteris eoque opere vti vt præmonui ad laudem Dei, proximi vtilitatem & pauperum conſolationem animæque tuæ ſalutem. Sapientibus ſatis eſt dictum.

Virtutes lapidis ſaturni & vſus.

VSVM lapidis perfecti diſcere tandem oportet, facit autem hic lapis proiectionem ſuper mercurium & omnia metalla imperfecta, & corpus ad martem, Iouem & Venerem ex quibus laminæ fiant, igne candeſcentibus inſpergitur lapis ſubiectis carbonibus vt lapis penetrare poſſit, ſed laminas oportet viuificare ſole ſicut in proiectione docetur cum Ioue, & hoc eſt multi laboris. Sed fili mi proijce ſuper lunam aut ſaturnum qui non egent viuificatione ſed fuſione, & proijce partem vnam ſuper mille partes & totum erit medicina: ex his mille partibus proiice vnam ſuper decem partes & erit aurum optimum quod vnquam in terrâ viſum fuerit.

Lapidis virtutes circa corpora humana.

Lapis hic ſanat leproſos, peſtem, omneſque morbos qui in terris dominari poſſunt, eſt verum aurum potabile, quinta eſſentia antiquis requiſita, de qua turba Philoſophorum tot mirabilia dixit, ſtudioſeque nomen & operationes eius occultauit. Huius lapidis granum vnum pone in dimidio vitro vini

albi, vinum caleſcet, lapis butyri inſtar ſoluetur, vinum rubeſcet, dulceſcet ita vt ſaccharum cum eo collatum merum fel ſit, ægrotus bibat hoc vinum, in lecto non nimis operiatur, lapis ſtatim ad cor mouebitur, ab eo omnes malos humores expellet, eoſdem ex omnibus venis & arteriis attrahet & expellet per ſudorem. Lapis enim hic omnes poros aperit & per eos humores eijcit vt ægrotus ſibi in aqua fuiſſe videatur, ſudor tamen hic non debilitabit eum, quia lapis non pellit niſi contraria naturæ, cuſtoditque naturæ ſimilia in ſuâ eſſentia, vnde æger nõ debilitatur, ſed quò plus ſudat, eò fit alacrior & fortior, venæ illi leuiores fiunt, duratque ſùdor donec omnes mali humores ex corpore expulſi fuerint, tunc enim ceſſat. Poſtridiè accipiatur granum vnum lapidis ſimiliter in vino, ciebit ſtatim aluum, neque ceſſabit dum quid naturæ aduerſum in corpore remaneat, & quo plures ſedes ſint eò hilarior & fortior erit æger, lapis enim ſola naturæ inimica pellit. Tertio die detur granum vnum lapidis in vino calido, tunc venas & cor adeò corroborabit vt æger ſe non hominem ſed ſpiritum reputet ob leuitatem & robur membrorum. Quod ſi homo vſque ad nonum diem quotidie granũ vnum accipiat, erit ac ſi fuiſſet nouem diebus in paradiſo comediſſetque fructus qui formam ætatem & vires perficiunt: ideoque ſingulis ſeptimanis ſemel vtere grano vno lapidis cum vino calido viues in ſanitate vſque ad terminum à Deo ſtatutum. Quid dicis fili, nonne

Qua ratione lapis operatur in curatione morborum omnium.

Lapis philoſophorũ in curatione morborum quę ſunt tantũ contraria & inimca corpori pellit, reliqua conſeruat & retinet.

Lapis philoſophorũ protrahit vitam in longos annos ita vt diutiſſime viuat qui eò vtitur.

hoc eſt verum aurum potabile, vera quinta eſſentia & res quam quærimus? Et etiam res ſpiritualis, donum quod Deus amicis ſuis donat, nē ergo aggredere diuinum hoc artificium peccati mortalis tibi conſcius, aut ſi propoſitum tuum aliò tendat quam ad gloriam Dei. Fideliter moneo, incipere quidem opus poſſes, ſed non perficere neque lapidem videre, Deo iubente frangetur, corrumpetur aut alio modo peribit vt lapidem nec videas nec perficias. Itaque alterius tibi conſcius abſtine ab opere, operam ludes, ne ergo teipſum decipe. ſapientibus ſatis dictum Quidam homines, fili, morbos externos & gangrænoſos in corpore ſuo habent, his dato duobus diebus continuis granum vnum in vino calido, & liberabitur corpus ab omnibus morbis internis & externis: vt verò vlcera conſolidentur Accipe lapidis drachmam vnam, affunde in vitro vini libras tres relinque donec lapis liqueſcat, hoc vino laua vlcera mane & veſpere & impone laminam plumbi tenuem, & dato ſingulis diebus granum vnum cùm vino, ſanabitur intra duodecim dies; in vlceribus fiſtuloſis inijce vinum hoc cum fiſtula (ſiringam vocant) argentea. Si homo in corpore ſuo haberet libram integram peſſimj venenj accipiat drachmam vnam lapidis cum vino calido, venenum & omnes humores maligni ſtatim decedent per ſedes. Finio hîc nobiliſſimum opus libri vegetabilis; cui lapis hic à Deo datur nulla indigetre, ſeruet ergo eum ad honorem Dei &c: Benedictus Deus in omnibus operibus ſuis.

Videre lapidem philoſophorũ aut eum conficere, nemo peccator & deo inimicus poteſt.

Venenum quantumuis maximum vincit lapis Philoſoph.

CONSIDERATIONES SEPTEMDECIM DE MATERIA LAPIDIS IN VSVM Phyſicorum.

Vnumquodq; habet ſuũ ſemen ad ſui multiplicationẽ idoneum.

CONSIDERATIO PRIMA. Philoſophis omnibus probatur vnũquodque producere Sibiſimile, omnibus enim notum eſt naturam cuique indidiſſe proprium ſemen vt generet ſibi ſimile, vnde Saluator Matth. 7. dicit ſpinas non ferre vuas nec carduos ficus, ſed quodlibet ſibi ſimile, quod & ruſtici ſciunt, metentes quæ ſeminant ſiue caules, lentes, vicias, aut ſimilia. Licet autem hîc chymici plebeij deceptores maximi facile diſcant errorem in quo ipſi & alij verſantur, tamen cor eorum friuolis & erroneis receptis adeò eſt impletum vt veritatem manifeſtiſſimè ob oculos ſibi poſitam non agnoſcant, vnde naturam & naturalem doctrinam non ſequuntur, quin jmò ej pro virili repugnant,

vtrumque ſeminibus alienis (vt anſeres & gallinæ) ſalnitro ſc. vino, vitriolo, & alcali permixtis ſperantes ex illa commixtione producere aurum aut argentum. Quantopere à vero aberrent patet ex prædictis, & prudentes facilè perſpicient eum qui metallum metere vult debere ſeminare metallum, vt fructus ſemini ſimiles percipiat.

Qui metalla cupit tranſmutare, medicinam ex metallis ſuam educere habet.

CONSIDERATIO. 2. Omnes vero Philoſophi fatentur & confirmant omne ſperma debile eſſe ſulphur, cumque diximus ſupra omnes res ſuum habere ſperma, hìc concludimus idem in metallis obtinere: ita alia natura ſeminis plumbi, alia argenti, alia auri, vnde ſequitur, qui aurum metere vult ſeminet aureum ſemen, cumque metallorum ſperma nihil aliud ſit quam ſulphur ſequitur vt nihil aliud quam auri ſperma ſeminet.

Sperma metallorum eſt interius metallicũ quod ſulphur, ſal& mercurius nũcupatur

CONSIDERATIO. 3. Requirit autem natura ad generationem ex ſemine agrum commodum & benè præparatum; & ad ſperma animalium & hominum ad virile ſperma juxta Ariſtotelem & alios maximè neceſſarium eſt menſtruum in quod ſperma operetur: vnde fatentur Philoſophi mercuriũ eſſe menſtruum, agrum, ſeu radicem metallorum, in quem ſulphur tanquam ſperma metallorum cadit vel ſeritur, vel inſeritur tanquã planta in truncum, quod porrò humore cœleſti, calore occulto & influentia ſiderum humectatum propagat & maturat ſui ſimile. Et hic verus eſt proceſſus per quem metalla

Hæc optima ſunt & notatu digna, ſic enim operandũ eſt & agendum cum mercurio & auro.

& mineralia aquea & terreſtria propagantur & generantur; & quodcumque ſemen ſeratur in agro ſeu matrice, talis fructus germinabit, licet philoſophaſtri quidam mercurium crudum tantum cum Lilio alijſque Philoſophis metallorum menſtruum eſſe concedant vel & ſperma eſſe velint, quod & nobis arridet, ita tamen vt naturam ſeminis fœminini obtineat, quod non operatur ſed accipit virtutem & operationem à ſpermate virili, quod & in Turba ſic docetur. *Ex corpore metalli maſculini extrahitur mercurius ſeu ſemen naturæ maſculinæ, & ex corpore metallico fœminino extrahitur ſemen fœmininæ naturæ ſeu mercurius: hæc duo ſemina in debita proportione vnita & in naturæ agrum proiecta ſibi ſimile generant.* Et Plato dixit, Omne argentum viuum eſt ſulphur, ſed non omne ſulphur eſt argentum viuum: *ita quicquid ſupra diximus de ſulphure auri intelligit Plato etiam de mercurio auri.* ſed hic in doctrina omnium Philoſophorum obſeruetur cõmuniter de ambobus mercurijs, vulgari ſc. & Philoſophico agi, itaque ſecundùm Platonem mercurius metallicus æquè eſt ſulphur ac mercurius, ſed mercurius vulgaris eſt menſtruum fœtidum. Seratur iam ſulphur Iouis in Mercurio martis procreſcet Iupiter, & ſulphur veneris in Mercurio prodibit venus: ita ſulphur lunæ tantum Lunam; & ſulphur ſolis tantum ſolem parit.

Metalla ſunt maſculini ſexus & fœminini & ex his extrahitur mercurius maſculinus & fœmininus

Hi mercurij ſunt coniungendi proportione debita, hoc eſt pondera decem mercurij fœminini ſunt coniungenda cum vno pondere mercurij maſculini.

Quia Sulphur eſt agens & ſibi aſſimilat patiens quod eſt mercurius.

CONSIDERATIO. 4. Tirones artis plerunque hic quærunt, Cùm hactenus

dictum ſit ad generationem auri nihil aliud niſi ſulphur auri ceu ſperma, mercurium, in agrum ſeu menſtruum eſſe proijciendum, quomodo ad ſulphur ſolis perueniatur, & vbinam quærendum & inueniendum ſit? Licet autem multi arcanorum ſtudioſi ſulphur auri (quod alij animam corporis nominant) ſubtili labore ignis, aquis fortibus, alijſque rebus commodis vegetabilibus & mineralibus vt aceto & ſpiritu vinj elicere & præparare conati ſint, tamen huius artis ſcientia & aptitudo id nullo modo permittere poteſt. Philoſophis quippe & Phyſicis notiſſimum eſt aquas fortes & acetum vulgare maximum eſſe Philoſophici operis jmpedimentum, nullam enim habent cum materia communionem vel affinitatem, ſed repugnant omnino & ſunt aliena à propria & vera operatione naturæ, vnde etiam extraneas & repugnantes operationes abſque vllo fructu maximo labore, periculo & ſumtu inuehunt. Licet verò nobis ſufficere debeat quod quotidie videmus triticum & alia grana integra non fracta in agrum abſque vllâ præuiâ præparatione aut extractione ſpiritus vegetabilis & animæ generantis ſeri, & naturam hoc ſemen ſuſceptum ad fructificationem & incrementum præparare: ſicut etiam natura aurum (ſimpliciſſimum tanquam ſemen perfectum & integrum (in ſummo arcano) in quod omnes cœleſtes & terreſtres ſtellarum virtutes elementorumque congeſſit & ſic in ſemen præparauit & coxit,) reliquit: tamen ad ampliorem inſtructionem huius

Mercurius auri dicitur anima, & mercurius lunę eſt vluti corpus iſtius mercurj aurei, conjunctione fiunt vnum

Aquæ fortes & acetum commune & vulgare naturam lapidis corumpunt & deſtruunt.

Hinc colligamus naturæ metallicæ nihil extraneum eſſe permiſcendum.

Philoſophicæ ſententiæ Oſſanis Pontificis dictum afferemus, eoque noſtram doctrinam hoc loco abbreuiabimus; Natura naturâ gaudet, Natura naturam vincit.

CONSIDERATIO. 5. Quidam tamen proceſſum hunc Philoſophicum noſtræ opinionis ex parte ſecuti aurum tanquam ſemen in Mercurio ad generationem lapidis Philoſophici ſeuerunt, quod & ante noſtram ætatem nonnulli fecerunt, vnde nihil prouenit niſi meſſis laboris inutilis, temporis perditi, & ſumtus male inſumpti. Verum culpa non eſt Philoſophis nec ſeminibus ſed ignorantiæ attribuenda, prout etiam Democritus in libro de rebus naturalibus & myſticis ait, Vide an ſulphur ſeu ſemen tranſpareat nec ne, alioquin non æri aut ſulphuri ſed tibi imputa, non enim benè rexiſti: & cum iuxta meum iudicium ſatis de Democrito dictum eſt, concludam hanc conſiderationem hâc ſententiâ Philoſophicâ; Opus Philoſophorum etiam opus mulierum & ludus puerorum.

Hinc colligendum eſt aurum cum mercurio mixtum non omnino inutile quid eſſe, at error fuit in coctione debita & continua facienda

CONSIDERATIO. 6. Licèt autem perſpectum habeamus naturam multiplicia opera & mirabiles res operarj, ſcimus tamen etiam illa omnia melius & fortius fieri permixtis ijs rebus quarum permiſtionem nos natura ipſa docuit, in generatione animalium niſi vtrumque ſperma permiſceatur, nihil ſequitur, ſed mortuum: inutile & caducum eſt. *Monent autem omnes Philoſophi vt terra pariter & aqua Philoſophorum exactiſſime purgata, præparata & ſublimata*

Antequam mercurius & aurum coniungantur præparata & ſummopere purgata eſſe debent

ſint antequam in putrefactionem collocentur. Vnde Haliſcias etiam niſi terram tamdiu ſublimaueris donec in aquam reſoluatur, aqua non poteſt eam putrefacere. Nõ autẽ intelligũt Philoſophi ſublimationem vulgarem ſicut chymici indocti docent dicentes, ſublimare eſſe cum aliqua per ſe aut alteri miſta vi ignis ex fundo vaſis in ſupremum aſcendit ſicut Mercurius vulgaris, arſenicum, ſal-armon. & alij ſpiritus minerales; adduntque hanc eſſe veram ſublimationem Philoſophicam, quod falſum eſt, quia ſublimare Philoſophis nihil eſt aliud quam purgare, ſubtilizare, virtutem &potentiã extollere. Signa autẽ perfectæ putrefactionis ſunt iuxta omnes Philoſophos nigredo & grauitas materiæ; vnde Panthæus, Putrefactio ita demum perficitur cum materia nigreſcit & grauis fit. Et hoc ſignum nigredinis iudicant Philoſophi ſignum quòd ſpiritus cum corpore, & anima cum ſpiritu vnita ſint, corpus à ſpiritu factum & omninò ſolutum eſſe, iamque diuinum ſpiritualeq; matrimonium perfectum, quod ſignum nigredinis debitâ operatione & regimine apparet die 14. aut iuxta alios (& nominatim Bernardum in parabola) 43. die. Nigredo hæc varijs nominibus à Philoſophis appellatur, varijſque rebus ſignificatur. Alij enim, Caput corui nominant, vnde Hermes in ſuâ allegoriâ ait, Coruum in tenebris & in claritate diej abſque alis volare, coloratum eſſe in ſanguine ſuo, cuius amaritudo exit à roſtro eius, & aqua clara ex dorſo eius. Bernardus in ſuâ pa-

Noſtrum ſublimare eſt, naturã ſubtilem & penetrantem facere ſublimare Philoſophice quid ſit.

Nigredo indicat ſolutionem, & corporis ſpiritualis rationem.

Dum materia lapidis putreſcit nigreſcit & tūc dicitur caput corui in metallis autem putredo fieri non poteſt quin nigredo in illa putredine appareat, ob ſulphuris immaturi cruditatem quæ in principio dominatur. hæc ſunt notatu digna & meditatu.

rabola vocat hāc nigredinem thoracem holeſericum nigrum quem Rex auream veſtem deponens à ſaturno primo cubiculario ſuo accepit. Alij nigredinem hanc, noctem, vmbram, Eclipſin ſolis & lunæ nominant, vnde Iſac ait, antiquos ſapientes diu de tali nigredine conſultâſſe tandemque concluſiſſe debere reputari & ſumi pro Eclipſi ſolis & lunæ quæ huius operis totius ſunt materia & ipſum opus. Alij Philoſophi videntes hanc nigredinem dixerunt, obſcuratus eſt ſol in ortu ſuo, ſicut hic etiam in opere noſtro fit, vt ſperma & menſtruum noſtrum exactè commiſceantur vt virtus & operatio in ijs extendatur in materiam alterius & fœmininum menſtruum ſuſcipiat virtutem & potentiam ſpermatis maſculini, ſicut ſcimus mercurium de quo hic loquimur ſpermaticum aurum ſuſcipere ſicut natura & potentià fœminina cum maxima auiditate ſperma viri.

In noſtro opere Phyſico debent eſſe proportiones quatuor qualitatū inter ſe alioquin opus perfectiſſimū eſſe non poſſet, cum qualitas quædem dominaretur aliis.

CONSIDERATIO. 7. Mathematici & magi dicunt omnes res produci & conſtare in certo numero, pondere, & menſurâ; itaque licet omnes creaturæ quæ initium ſuæ generationis infra ſphæram lunæ accipiunt aut ex quatuor elementorum concurſu oriantur, aut elementaris ſint eſſentiæ, tamen manifeſtum eſt nullam earum ſimili proportione & virtute conſtare. Cumque Philoſophi cognouerint & experti ſint ad Entis perfecti generationem requiri proportionem debitam, docuerunt res quæ perfectè concipere & parere debent debere reduci ad æqualem pro-

portionem non quantitatis ſed qualitatis, idcoque & in noſtro opere requiritur ſimilitudo proportionis; cumque quatuor ſint qualitates quarum ſingulæ ſingulis contrariæ ſunt, doctrina hæc noſtra exigit vt hæ qualitates contrariæ in æqualitatem aut proportionem ſimilem reducantur. Si enim qualitas ignis, vt in Milione, Auicenna & Roſario legimus, reliquas tres qualitates ſuperaret abſque dubio tres qualitates deſtruerentur & comburerentur, vel ſaltem humor exſiccaretur, humidum radicale areſceret, operaque & oleum luderetur. Contrà ſi aqua cæteras qualitates ſuperaret obſtaret quominus vlla maturitas ſequi poſſet, ita & de duabus reliquis. Vnde Democritus, ſicut Medici prudentes & diligentes antequam remedium componant exacte probant quonam in gradu res aliqua calida ſit, & quænam ei coniuncta mediocrem temperaturam efficere poſſit; vel quatenus frigida aut humida ſit, aut quamnam qualitatem habeat: idem in opere ſeruari & obſeruari debet. Sed inuenimus Philoſophos nullibi obſcurius loqui quàm in proportione vtriuſque materiæ lapidis. Imo Bernardus aſſerit Deum Philoſophos coniuraſſe ne de eâ niſi parabolicè loquantur; tamen ſecreti quidam Cabaliſtæ huius occulti myſterii verè gnari duplicem numerum in conſideratione lapidis Philoſophici docuerunt. Primò per analyticam, quæ ſuo indicio artifici demonſtrat & indicat pondus diſſolutionis; ſecundo per Syntheticam vel ponderum coagulationem,

Hinc colligi poteſt quantum occultarũt pondera lapidis & proportiones ſulphuris & mercurij ſapientes antiqui.

Pondera ſapientum fuerunt ab vno ad ſeptem vſque ad 12. pondera mercurij crudi ſuper vnum pondus auri optimi, quod eſt ſulphuris, mercurius autem crudus vel eſt metallicus, vel communis & vulgaris multoties diſtillatus vt matureſcat.

fixationem : & in his omnibus hi veri indagatores indicare voluerunt, quod ſicut in deſtructione domus veteris vtiliter faciendâ à tecto incipi debet & inde vſque ad imum fundamentum procedi : ita & non aliter voluerunt cum domo naturæ procedi. Domum vero naturæ voluerunt eſſe aurum, ſimplex naturale, natura enim (vt omnibus ſapientibus notum eſt) in tali auro omnia ſua ſecreta cortice forti ſecretò incluſit, texit, cuſtodiuit, vnde à Philoſophis Microcoſmus vocatur. *Eſt ouum jllud quod aquila Iouis in gremio depoſuit*, deſtruunt autem analytica pondera Cabaliſtarum arcani Quaternarij hoc ædificium ſeu ouum naturæ à ſummo (fabri inſtar tignarii) vſque ad vltimum fundamenti lapidem. Quod autem antiqui nonnulli arcanis characteribus & imaginibus veram proportionem ponderum lapidis Philoſophici propoſuerint patet perſpicuè in pictura ſenis & aquilæ, vel in tabula apertâ Simonis quæ non egent ampliore expoſitione quàm quæ dicta ſunt. Alii vero qui proportionem ſuam ex planetis cœleſtibus & cauſis naturalibus ſumunt (vt Simon & alii dicunt ſicut ſol ſingulari occulto modo & eo ipſo tempore ad lunam in ſeſquitertia proportione inuenitur.

Notanda hæc ſunt quia indicāt mercurium iouis cum auro coniunctum eſſe veram naturam lapidis phyſici.

De pondere hæc ſunt conſideranda.

CONSIDERATIO. 8. ſed bona & fidelis natura nos docuit, cum ipſa materiam talem ſeminis diuini nos iuuet præparare, vt debito loco ſeramus (vt Democritus ait) rigare, & igneæ cœlorum virtuti exponamus & commendemus, videmus enim ad

perfectionem

perfectionem & maturitatem ſeminis cœlum plurimum conferre. Monemur autem hîc per cœlum intelligere vas in quo omnia opera naturalis & artificialis motionis perficiuntur. *Videmus enim cœlum in ſe concludere omnia elementa ſeu qualitates & in illa concluſione perfici omnia opera generationis & corruptionis; quod cum ita ſit, dicemus terram puriſſimam à nobis paratam in ſphæra rotundâ includi debere, ſicut tota terra ſphærâ cœleſti ambitur.* Sciunt etiam Aſtronomi quod cœleſtis planeta Mercurius curſum ſuum & officium in figura oui faciat & abſoluat, quod & nos hîc conſiderandum monemus. Volumus autem etiam vt ſemen in ſuam terram, anima in corpus vel *ſanctum & purum ſperma* in ſuum menſtruum præcipitetur priuſquam in vaſe ſeu matrice includatur & ſigilletur.

Vas in quo lapis coquitur ſe habet tanquã cœlum rebus inferioribus, hoc enim agit quodãmodo in naturam eam continẽdo & fouẽdo virtutes ne exhalent.

Hoc eſt aurũ dicitur purum & ſanctum ſperma, quod inde mirum & miraculoſũ quid oriatur nẽpe lapis qui naturæ miraculum eſt.

CONSIDERATIO. 9. Tum verò ad generationem vel fructificationem ſeminis requiritur vt vis germinatiua ſeu anima moueatur; moueri vero dicunt ſapientes à ſolo calore externo & peregrino qui excitat & irritat calorem internum & latentem. In hoc ergo opere maximè neceſſarius eſt calor externus, dicitur enim Cœlum in Entia viuentia nihil aliud infundere quam vitam excitando & mouendo virtutem generatiuam ſeu animam illarum rerum vt creſcant ſicut fœtus in vtero materno.

Virtus interna ſẽper mouetur ab externo calore, qui agendo in naturã ſuſcitat virtutẽ illam internã ad actionem, ſic calor eſt neceſſarius

CONSIDERATIO 10. Et quia ſphæra cœleſtis iuxta aliquos circumdat ſphæram ignis, ſphæra ignis cœleſtis reliqua elemẽ-

Vt cœlum circumdat terram, ſic & ignis noſter debet circundare terrã & leuiter calefacere vt cœlum leuiter calefacit terrãm communem vt fructus inde fiant & matureſcãt

ta, ita & hæc noſtra conſideratio vult vt virtus ignea elementaris ambiat ſphæram ſeu vas elementorum ſeu materiæ noſtræ vt calore ſuo naturali moueat& excitet naturam noſtræ materiæ, vt mutatioPhiloſophica fieri poſſit, de qua Hermes, muta naturam & inuenies quod quæris : leue fac quod eſt graue, & aggraua leue, ex aëre terram, & ex terra aërem, ex igne aquam & ex aqua ignem, & habebis artem. Hæc enim reuera eſt proprietas & natura materiæ ipſius vt hoc fiat dummodò coniunctio rectè peracta ſit, tum monent nos Philoſophi ex tali permixtione & virtute igneâ produci Elixir Philoſophorum , quod fortiori extractione & reiteratione gignit Azoth ſapientum. & anima naturæ quæ anteà in imo obuoluta tegebatur,hâc extractione elicitur ad effectum ſuum, incipitque nouo prorſus modo inauditâ mirabili virtute corpora mortua animare & viuificare prout Sapientes docent.

Hæc omnia poſſunt interpretari de auro in mercurium redacto, & hic mercurius in puluerẽ fixum pene errantem & fundentem redactus poteſt dici ignis ex aqua.

CONSIDERATIO II. Quidam porro ſapientum ſex modos inuenerunt & poſuerunt per quos anima ab externo calore mota & excitata officio ſuo fungitur, ſuntque hi, Corruptio, Generatio, Augmentatio, Diminutio,Alteratio, & loci mutatio. Eſt autem manifeſtum his ſex modis naturam cum arte Philoſophicum opus promouere & ad perfectionem vltimam perducere, quod teſtatur Pantheus in ſua Voarchadunicâ & excellentiſſimus Doctor Iohannes Deezontinenſis in ſua Monade Hieoroglyphicâ.

Sex modi quibus anima & virtus lapidis interna reducitur in actum.

CONSIDERATIO. 12. Omnes porro Philoſophi, & Ariſtoteles ipſe, fatentur ante generationem nouam præire corruptionem, quia corruptio vnius eſt generatio alterius ait Ariſtoteles, & abſque ſufficiente corruptione non poteſt aliquid nouum generarj. Quid verò apud Philoſophos ſit corruptio docent Plato & Auicenna ſic; Corruptio eſt rej alicuius putrefactio propter vapores inhærentes detentos ex operatione ignis temperati: id eſt, Corruptio eſt quando aliqua res naturâ aut arte à ſua formâ priore & eſſentia deſtruitur, aut quando alicuj rei prior forma ſeu eſſentia diſſoluitur ita vt ad illam formam ſeu eſſentiam non poſſit amplius reduci. Et hoc (dicunt Plato & Ioannitius) fit, quando humor alicuius rei ab igne motus in vaſe aliquo benè obturato retinetur ne exhalet, ita enim humor ille putreſcens deſtruit primam illius rej eſſentiam. Vnde Bernardus; Corruptio Philoſophica occultat formam externam, ſoluit naturam, cuſtodit proportionem ſecretam, & mutat colores. *In opere autem Philoſophico ab inicio duæ res ſunt commixtæ terra ſe: & aqua, cum ergo hæ duæ operationes ignis mouentur, & humor non poteſt exhalare, incipiunt putreſcere,* & terra deſtruit primam ſuam formam & naturam. Turba; Noſtra putrefactio non eſt ſordida vel impura, ſed eſt commiſtio aquæ & terræ ſecundum partes minutiſſimas donec omnia fimus fiant. Morienus, Noſtra putrefactio nihil aliud eſt quam occiſio humidi cum ſicco. Corruptio

Ad generationem omnem neceſſaria omnino eſt corruptio, & quid ſit corruptio.

Humor detentus & calore agitatus lento putrediñe excitat & ſoluit corpus in quo eſt, vnde nota qua via ſit putrefaciendum nam hoc eſt præcipuum in arte.

Fimus Phĩloſophorũ qualis ſit inde colligitur cum ſit nigredo quę oritur ex putrefactione materiæ noſtræ.

ergo Philoſophica eſt maximè neceſſaria, eſt enim origo & cauſa regenerationis Philoſophicæ, extollitque materiam ſupra gradum quem natura ej dederat, poſt quam putrefactionem cuilibet rei inſeritur noua forma, eſſentia, motus & vita. Plato, Vnde procedit & oritur corruptio, inde oritur etiam vita & noua generatio; & in quibus mors & deſtructio dominabantur, in ijs aſſurgit etiam vita, & mors non amplius dominatur vitæ. Hoc quidam Philoſophi Chriſtiani ſic interpretantur; Ab vno homine (Adamo ſc:) peccatum & corruptio venit ſuper omnes homines, & ex vno homine (Ieſu Chriſto ſc: ſecundo Adamo) venit gratia & regeneratio. Et ſicut primò Adamo dominata eſt mors & perpetua deſtructio, ſic in ſecundo Adamo dominata eſt vita & ſalus quibus mors non poteſt amplius dominari.

Hæc notatu digna ſunt nam vt in Chriſto, vincéte miſeria humana videbatur dominari, ſic poſt morté hæc omnia abiecerunt, ſic & in lapide noſtro, antequam moriatur nihil fere eſt, poſt mortem autem & reſurrectionem nihil eſt potentius & efficacius.

Et licet harum rerum & comparationum à nigredine apud Philoſophos infinitus ſit numerus prout & Poëtæ mirè de ijs fabulantur, vt de Demogorgone & alijs, præter rem tamen judicauimus talium recitatione prolixiorem libellum facere, præſertim cum ſciamus ex dictis omnia abundè intelligi poſſe.

Putrefactio prima in opere, inducit mortem & tenebras, ſed generatio quæ inde oritur inducit nouã vitam & nouũ lumen.

CONSIDERATIO 13. Poſt ſufficientem & perfectam putrefactionem proximè ſequitur generatio, & ſicut ſupra dictum eſt putrefactionem occidere priorem eſſentiam (nihil enim aliud agit) ſic generatio producit eſſentiam & vitam nouam. Et licét niger obſcurus corui ſpiritus induxerit tenebras noc-

tis, corruptionem & mortem; tamen nihilominus aperuit portas vitæ, & ſicut moroſa & difficilis hyems maximè contraria floribus ſuauibus & fructibus teneris eos corrumpit; ſic tamen ſimulac ſol nobis appropinquat excitat de nouo generationem omnium rerum corruptarum, florum ſc: & vegetabilium, tunc enim cœlum virtute ſolis infundit cuilibet rej & plantæ ſuccum & virtutem. Idem Philoſophi innuerunt etiam intelligendum de opere ſuo ſecundo motu generationis, cùm enim ſimplex ſperma ſolis indies magis magiſque conſumetur, dicebant ſolam ab ijs diſcedere & hyemem appropinquare, quæ omnia deſtruit ſicut in deſcenſione docetur: Et cum notauerunt tenebras ſeu nigredinem putrefactionis albedinis aliquid manifeſtare, d icebant; Iam ſol iterum ad nos accedit cum virtute ſua, vidimus enim chylum in radices aſcendere & fructus mox floreſcere. Item. Cum putrefactionem & nigredinem nominent nigram noctem dicunt cum aliquid albi percipiebant, iam luna incipit ſplendere, neque hoc abſque cauſa dicunt ſed propter vtrumque luminare ſolem & lunam quæ huius operis totius initium, regimen & finis ſunt.

Putrefactio in opere aperit portas vitæ quia ſulphur vitæ in actum reducitur per putrefactionem naturæ ſuæ in qua includitur.

Quicquid album eſt poſt putrefactionem luna dicitur apud Chymicos.

Tum verò à Philoſophis tres tantùm colores obſeruati ſunt & nominati, niger ſc: albus & ruber. nigrum vocant noctem Philoſophicam, ſed quia poſt 42. dies albedo apparere incipit dixerunt lunam oriri, quæ per obſcuras nubes materiæ lucem ſuam ſenſim exerit, quo nihil aliud quam albedinem abſconditam

Albedo apud chymicos dicitur ablutio quia dum apparet albedo noſtra incipit purgari & ablui à ſe ipſa dum ſulphur ma tureſcit.

(quæ in Philoſophica generatione nigredinis percipitur) innuunt. Debet autem hic præcipuè & in hoc gradu animaduerti quod alicubi Philoſophi de ablutione & purgatione ſpiritus, animæ, & corporis docúerunt. In codice enim veritatis dicitur; *Niſi corpus & ſpiritum ad ſummum purgaueris corpus non poteſt ſpiritum, nec ſpiritus animam ſuſcipere. Dandinus, Aggrega animam cum corpore purificato & ſpiritu, tunc anima lætabitur ſpiritu, ſpirituſque corpore & faciunt vnionem æternam. Requiritur verò ad hanc purgationem ſeu ablutionem diſtillatio, anima enim & ſpiritus non niſi diſtillatione purgari & lauari poſſunt.* Eſtque manifeſtum quid ſit diſtillatio neque ampliori explicatione hic eget, hoc tamen nota non hic vulgarem aquæ diſtillationem ſed Philoſophicam intelligi, & quod Philoſophi in hoc opere nominauerunt diſtillatum Iſac ait, Cum antiqui videbant humiditatem in vaſe Philoſophico aſcendentem & guttatim decidentem in terram dicebant eſſe diſtillationem Philoſophicam. Et hæc aſcenſio & caſus donec ſit aquâ conſumtâ materia frequenti àſcenſu & deſcenſu purgetur & abluatur, & eſt vera ablutio & diſtillatio Philoſophorum. Et hinc natum eſt nomen aſſenſio & deſcenſio. Alii Philoſophi nominant humiditatem rorem cœli & terræ in fundo iacentem, humorem terræ, vnde quidam ex Geneſ. 27. dixerunt, Deum artifici opus dediſſe ex rore cœli & pinguedine terræ. Cadit ergo ros ſuauis ex cœlo ſuper terram, hume-

Non perinde ſeparanda ſunt vt purgentur quia dum coquitur materia aſcenſu & deſcenſu frequenti & ſæpius iterato natura purgatur & abluitur, & tandem fit alba & fixa, vnde in albedine vnitur ſpiritus corpus & anima, vt nũquam amplius ſeparentur.

Qualis ſit vera purgatio & ablutio noſtra [Phi]loſophica

ctat eam, abluit nigredinem & omnes ſordes à corpore, & præcipitat in id (vt iam dictum) denuò mundi animam igneam; vnde Morienus, *Ignis & Azoth abluunt Latonem. Laton enim ex mente omnium Philoſophorum eſt terra impura, Azoth ros purgans & ſpiritualis Philoſophorum pluuia, abluens & purgans omnes tenebras & ſordes corporis illius impuri* quas accepit à putrefactione ſeu corruptione; vnde Roſarius, Hic decidit ros è cœlo Et lauat corpus nigrum in ſepulchro.

Laton eſt aurum & azoth eſt mercurius quæ aſcenſu & deſcēſu purgat terram & lauat ipſam.

CONSIDERATIO 14. Cum verò in generatione naturali videatur quod per tenebras noctis effulgere incipiat lunæ ſplendor, cumque Philoſophi agnouerint & viderint albedinem hanc lunæ paulatim creſcere & augeri, hoc in loco tertium modum naturalem ſeu augmentationem poſuerunt. Manifeſtum enim eſt lunam nouam adeptam eam quotidiè augere donec decimo quinto die plena lumine & viribus appareat, ideoque & hic cum vtrumque Luminare metallorum album ſc: & rubrum in hoc opere noſtro & ipſum opus ſint, argentique albedo creuerit & perfecta ſit vt fulgeat, Philoſophi meritò lunam plenam vocant. Hic miſeri, pauperes, chymici aut ſophiſtæ diſcant & conſiderent

Sub nomine lunæ & ſolis chymici antiqui ſæpe intellexerunt perfectam naturæ noſtræ coctionem dum enim apparet natura alba, tunc luna dicta eſt, dum vero apparet rubea tunc ſolem dixerunt hanc naturam rubeam quæ cùm augeatur colore & perfectione tunc temporis vocant illud ſuam perfectam multiplicationem & augmētationem quia natura creſcit & augmētatur in gradu perfectionis ſuæ;albedinis vel rubedinis, quod in particularibus operibus chymicis non talis fit multiplicatio & augmentatio, & ſic varia eſt multiplicatio o peris noſtri, à multiplicatione operum particularium.

imperfectam cogitationem fraudis ſuæ indoe-tæ, quænam ſit vera augmentatio Philoſophorum, de qua obſcure & ænigmaticè loquuntur: nam ignari putauerunt idem hic in opere Philoſophico fieri quod interdum fraudulenter in particularibus docetur metallum perfectum, aurum vel argentum ita augeri & præparari poſſe vt ſemper cum imperfecto mercurio in duplo, triplo, quadruplo augeatur, & additamentum mercurij ſemper accipere perfectionem auri vel argenti, & quotieſcumque medietas ex toto compoſito auffertur poſſe locum eius ſuppleri cum mercurio vulgari & ſic in æternum augeri. Verum de opere Philoſophico & particularibus pariter falſa eſt opinio hæc; quid enim Philoſophi vocent augmentationem ex parte dictum eſt, & per incrementum lunæ expoſitum, quod ſcilicet ſicut luna creſcit ita & materia Philoſophica, non quod ad pondus ei aliquid accedat, ſed ad perfectionem & colorem donec hæc lunaris perfectio & color perficiatur & compleatur quod ſecùndum opinionem Philoſophorum fit intra 188. dies. Docetur etiam hîc quid Philoſophi per nutritionem lapidis innuant, ſicut Zeno in Turba ait, Deus dat materiæ animam id eſt virtutem cum qua augetur noſtra medicina. Et rurſus idem, Poſtquàm anima cum fermento per aquam mortuo lapidi ſeu corpori infuſa eſt tunc lapis nutriri debet. Et ſicut omnia vegetabilia ex terrâ aluntur & ſuſtentantur, ita & lapis noſter, vnde Hermes, nutrix eius eſt terra. Cum-

Vt luna in cœlo creſcit lumine ſic & luna noſtra quæ eſt natura alba creſcit perfectione et colore albo, hoc eſt fit magis alba.

Nutrimētū terræ noſtræ non aliunde ſumitur quā ex centro terræ ipſius quæ in vaſe eſt concluſa.

que dictum ſit totam compoſitionem ex aquâ & terra (in quibus cætera elementa latent) componi, facile intelligitur lapidem nutrimentum ſuum ex terra ad inſtar aliarum plantarum trahere (abſque alio artificis additamento) & hoc in naturali vaſe eius & regimine ignis fieri.

Hic etiam completur ſicubi agatur de calcinatione Philoſophica, ſicut Philoſophi dicũt; Niſi terra calcinetur ad albedinem nihil ex ea ſperes: in priori enim labore (de quo in motu generationis actum eſt) manet in opere Philoſophico poſt conſumtam humiditatem cinis griſeus qui iam in purpuream albedinem reductus eſt. Et vt hæc operatio ad dealbationem nomen haberet, Philoſophi vocarunt eam calcinationem terræ. De hac terra adhuc nigrâ dicunt Hermes & Morienus, Ne funde cineres in imo ſubſidentes; in ijs enim latet adamas pretioſus, & virtus quæ cingetur cum fructibus, feretque filium vitæ, Aziratus in Turba, O quam nobilis & pretioſus eſt cinis hic, & quam pretioſum & ſanctum eſt quod naſcitur ex eo; Hæc ergo eſt concluſio Philoſophica, Albedinem materiæ indies augeri in albedinem ſcintillatem & fulgentem: & ſic opus eorum feliciter peractum eſt de quo Bernardus in parabolis ſuis loquitur, Cum quatuor (ſaturnus, Iuppiter, Mars & Venus) induſium ſuum niue albius adepti ſunt ad magnos honores peruenire poſſunt: dimidium tamen duntaxat Regnum adipiſcuntur, & pauci temporis expectationem modeſtè ferunt vt

Hic ciuis fit albæ perpetua coctione, poſtquam enim natura noſtra nigra facta fuerit conſumpta omnia humiditate, natura vertitur in puluerẽ quedum coquitur albeſcit et valde vireſcit vnde adamas pretioſus donet intelligitur hoc de interna illa albedine quæ in terra noſtra latet, quæ creſcit in dies dum ſulphur Phyſicum coctione ſua matureſcit.

Tempus ibi declaratur in quo vltima perfectio albedinis apparet, in 188 dies puta, quo tempore natura noſtra perfecte albeſcit et vileſcit fulgore nimio, & poſt 64. dies deinde vltima perfectio rubea rubinus ſcilicet apparet.

deinde regia coronâ coronentur, id eſt poſt 188. dies apparet vltima perfectio lapidis ad album, quæ proiecta ſuper dicta quatuor corpora metallica mutat ea in argentum purum & conſtans. Idem tamen Bernardus ait illa malle adhuc 64. dies expectare vt perfectam regiam dignitatem ſeu ſalarem gradum & perfectionem conſequantur.

CONSIDERATIO, 15. Incipit altera pars operis philoſophici in quarto motu naturali ſeu diminutione, iam enim dictum eſt opus philoſophicum iuxta omnes Philoſophos vſque ad vltimum & perfectiſſimum lunaris proiectionis gradum perductum eſſe in augmentatione: cum vero ſolaris gradus reſtet vel (vt alij vocant) lapis ad rubrum, requiritur vt materia albedinem deponat & perdat. Philoſophi itaque poſuerunt hoc in loco diminutionem, ſicut enim luna cœleſtis plena ſtatim diminui incipit & indies decreſcit donec lumine prorſus priuetur, ſic luna Philoſophica in lunari gradu perfectè plena in augmentatione indies ex ſplendore ſuo aliquid amittit donec nihil amplius appareat. Licet autem quidam Philoſophi hic diminutionem aliter accipiant ſc: ſecundum qualita-

Perſiſtit authore declarare coctionem noſtræ materiæ quæ dum perfectam albedinem acquiſierit ſi continnuetur coctio tãdem diminuitur albedo, & incipit alterari natura ad rubedinem vnde luna noſtra diminuitur donec nihil ſit lunæ ſeu albedinis, et appareat tãdem ſol perfectus in quo ſolo coctio noſtra finitur. Et ſic aſſerit author noſter lunam noſtram imitari lunam cœleſtem quæ dum plena eſt lumine, tandem diminuitur, donec coniuncta ſit ſoli et nihil de ea appareat.

tem, noſtræ tamen opinioni nihil hinc decedet: putauerunt enim cum Deus primam dederit perfectionem proiectionis lunaris æquum eſſe vt (meliori ſpe operis rubri & propter miram operationem in metallis imperfectis ad argentum, tertio vt Beryllico hic darent ſubiectum cœleſte quo artes ſecretas manifeſtè poſſit oſtendere) aliquid huius cœleſtis criſtalli accipiant vnde materia diminuatur, quod cum noſtro propoſito non noceat, authorum cauſâ non reijciemus, tamen prior diminutionis explicatio magis nobis placet. Cumque meminerim lapidis criſtallini nobilis paucis Diabolicã Criſtallomantiam detegam, quam mirabiliter diabolus ipſos criſtallis rubris ſeu beryllis (in quibus ipſemet virtus eſt & operatio) cœcauerit, cum tamen naturaliter & diuinitus in artificioſa lamina ctiſtallina Philoſophorum omnia ſublunaria abſque fraude aut opere diaboli juxta doctrinam antiquorum ſapientum perfectiſſimè fieri & cognoſci poſſit. Propoſito noſtro in ſiſtimus, addi minutionẽ venimus quæ nobis indicare poteſt quintum motum non longè abeſſe cum videmus albedinem ſenſim citrinari, vnde Simon rectè dixit, ſol eſt oriens in lunâ creſcente: nam & ardea Hermetis (cuius in parabolis meminit) in altiſſimj montis cacuminibus alis expanſis & alta vocẽ clamans, Ego ſum album, nigrum, citrinum albi, rubrum citrini, incipit hîc albedini immiſceri & citrineo effulgere colore. Concludimus ergo cum diminutione quartum motum naturalem qui

Criſtallina lamina philoſophorũ eſt verus lapis albus Philoſoph. in qua lamina ſtupenda latent in tranſmutandis metallis & alijs virtutibus circa corporis humani ſanitatem.

Sol eſt oriens in luna creſcente, hoc eſt dũ albedo naturæ noſtræ creſcit & multiplicatur, tunc incipit citrinitas oriri in natura noſtra, quia albedo illa lapidis albi eſt citrina quæ ſi diutius coquatur fit perfecta rubedo.

operationem ſuam perficit in albedine quam offuſcat vt alius color & virtus pariatur & producatur citrinatio ſç: & rubedo vt Philoſophi docent.

Perſiſtit author declarare vltimā alterationē lapidis noſtri, qui dū perfecte coquitur alteratur vltimo in perfectam rubedinem in qua quieſcit nō amplius alterabilis, niſi natura denouo cruda & indigeſta permiſceatur materiæ, quæ tunc temporis incipit denuo alterari per coctionem donec natura illa cruda percocta ſit & digeſta.

CONSIDERATIO 16. Sequitur cum gaudio motus quintus ſeu alteratio cum materia Philoſophica omnino in gradum altiſſimum (quem natura non potuit producere) mutata eſt. Alteratio eſt mutatio qualitatum priorum entis naturalis in nouam virtutem, formam, qualitates, & Entitatem. Sicut enim prius qualitas fuit frigida & fœminina cum produxit Lunam planetam fœmininum, aqueum, album; ſic producit iam alteratio ignitum ardentem colorem & qualitatem, parit ſolarem lapidem rubrum qui teſte Bernardo purpurei coloris rubini inſtar erit, tempus alterationis ſunt 42. dies in quibus rubedo perfecta abſque impedimento patebit. Nota verò vt ignem iugiter conſerues cum ſol ex vno colore in alium in virtute & operatione ſua procedit per alterationem, ne impediatur operatio, dicunt enim Philoſophi aërem externum & frigus operationi huic facile nocere. Iam erumpit beata aurora quæ lunæ lumen ſuo ſplendore offuſcat & eſt prænuncia ſuauiſſimi ſolis, cuius radij puri, ignej, fulgidique ſplendent, afferuntque diem beatum Philoſophòrum votis & ſuſpirijs expectatum. Ad cuius diei lucem omnia ſecreta cœleſtium ſiderum aliarumque ſpiritualium, occultarum & inuiſibilium rerum totius mundi iuxta patrum & ſapientum doctrinam verè

cognoſcuntur & videntur. Hic eſt rubinus regius, carbunculus pellucidus, quem dictum eſt igneam lucem emittere, & omnia metalla imperfecta in verum aurum mutare, homineſqueab omnibus morbis liberare, ſicut antiquum ænigma de Rege loquitur; Hic natus eſt Cæſar honorabilis quo non naſcitur altior neque arte neque natura ex vlla creatura: Philoſophi filium ſuum vocant, facit quicquid homo deſiderat, ſanitatem & robur, aurum, argentū, gemmas, adoleſcentiam, formam & puritatem dat: pellit jram, triſtitiam, morbos & paupertatē. Beatus cui à Deo conceditur!

Hic enarrat virtutes lapidis Philoſophici.

Vltima alteratio lapidis noſtri, quæ tandē vltimam perfectionem acquirit ad trāſmutationē metallorū, eſt coniunctio illius cum auro puro, in decupla proportione, & ſic aurū fit lapis & vere viuificatur cum antea mortuum eſſet

CONSIDERATIO. 17. De motu Philoſophico ſecundum locum. Tandem ſequitur motus localis materiæ, quidam Philoſophi vocant opus trium dièrum, nam poſt dies 252. poſcit ordo naturæ vt opus eximatur & ponatur per triduum in vaſe terreo in claro igne. Bernardus iubet ei addi decuplum auri puri & ſimul fundi in igne per triduum, dicitque eſſe decuplam proportionem antiquorum ad proiectiones, ſimilem quantitate & qualitate virtutis igneæ penetrantis, nam per lapidem intelligitur vncia quæ iam cum decuplo auri puri augetur, quod per lapidem in virtutem lapidis mùtatur eumque auget.

Proiectio lapidis hic explicatur qua ratione fieri debeat.

Hæc vltima eſt doctrina & concluſio Philoſophica, vt ex decem partibus fiat proiectio vnius ſuper centum, & vnius ex centum ſuper mille metalli alicujus imperfecti, verteturque in verum aurum ſicut in parabola ſua diſertè docet Ber. Explicet feliciter tota conſideratio & doctrina de lapide philoſo. antiquorū Phi.

BREVIS TRACTATVS DE ANTIQVA CHYMICORVM PHILOSOPHIA A FIDELI PHILOSOPHO FILIIS DOCTRINÆ RELICTVS ET EORVM BONO PVBLICATVS.

RYTHMI SVNT GERMANICI.

Chimicorum Philoſophia Procæmium.

Hic tractatus eſt optimus & ſub allegoria planetarum mira de metallis aſſerit quæ veriſſima ſunt ex doctrina chymicorũ ſapientum.

NOCTV quondam triſtis è ſomno euigilans dolebam quiete& ſomno priuatus, laſſus meditabar Deum omnia optimo ordine produxiſſe, terminos inuiolabiles cuique ſtatuiſſe, firmamento, ſtellis, aquæ, igni, aëri, terræ omnibuſque rebus locum & ineffabilem ordinem præſcripſiſſe,

aliaque quæ breuitatis cauſa omitto: ſed excellit hominis œconomia creati ad Dei imaginem, imperantis omnibus animalibus, dotati ſenſu & intellectu vt piè viuat & Deo obediat: artium omnium capax eſt vt naturam ſcrutetur ſicut de antiquis legimus. Hæc meditans ſub diluculum recordabar Chymiæ cui diu me dedi totum, vnde ſingula orirentur, & quid quiuis planeta in metallis operaretur, hæc cogitans obdormij. Accedens ad me ſenex quidam diſputauit mecum, reſpondi prout potui, erat enim doctior me, & mox illo me inſtruente acceſſerunt ſeptem planetæ mire veſtiti & habitu peregrino, quorum vnus ſenex grallis incedens rigidè me de petitione mea interrogauit, omneſque paratos eſſe mihi ſatis facere dixit, ſe primum de ſeipſo cæteroſque de ſe ordine dicturos, verba ſenis hæc ſunt.

Homo excellit omnibus creaturis vt pie viuat & deo ſeruiat alioquin non tãtum ditatus eſſet a Deo niſi ſoli Deo reſeruatus fuiſſet.

DE NATVRA PLANETARVM & eorum myſterijs Saturnus de ſe loquitur.

Saturni virtutes & proprietates tam externæ quam occultæ.

EGO Sum altiſſimus nobiliſſimus in firmamento, infidus, occiſor, multis cauſa luctus, color meus indicat cauſam mortis vnde horribilis ſum, canus, incuruus, claudus, ſenex, deformis, pario plumbum, beatus qui me benè agnoſcit. Spiritus meus igneus eſt, paruâ re egeo, quod ſi multi ſcirent omnibus artibus relictis me ſuſciperent, vterenturque cum ſuo fructu ad quod aptus ſum. Explorator à Deo electus ſum, à me initium

Saturnus initium artis & clauis ſed non eſt ſaturnus vulgaris eſt potius antimoniũ

eſt artis quod color meus monſtrat, clauis artis in meo gummi ſita eſt, ſapienter intellige, non ſum plumbum vulgare cui has virtutes attribuo; gaude ſenectute non iuuentute meâ: cum capilli mei nigri caneſcere incipiunt ſimilis ſum lapidi Philoſophorum. Curſus meus longus eſt triginta ſcilicet annorum antequam domos cœleſtes percurram, vbi fratres mei honorificè me excipiunt tanquam ſuum judicem, omnes deuoro præter duos qui mihi reſiſtunt, poſſuntque corpus meum frigidum magis calefacere quam puella. Si arte me redigas vt à meis fratribus occidar ijſque vitam nouam dem, doctus es: ſi hoc neſcias ſine me, nihil lucraberis, ridebo te, canes, vetuli vix domantur. Tace, nihil quære amplius, ſed audi ſocium meum.

Saturnus in interiori ſuo eſt vita reliquorum metallorũ ſed oportet vt in mercurium redigatur

Iouis virtutes & proprietates.

IVPPITER.

SEnem ſic locutum ſequitur vir honeſtus, ſapiens, prudens ita amicè me affatur, quis ſim audies; Ego ſum planeta nobilis, griſeo colore lætor, magnatibus familiaris & regis quotidianus comes, niſi altitudo mea augeatur quo fortuna mea mox mutatur, alta cogito, paupertas pellit potentiam meam. dum ſolus maneo parum lucri do, nam & interior eſſentia mea argento electo eſt ſimilis & auro puro: me ergo fruiturus videat vt vires meas augeat, altiſſimumque locum mihi prope Regem det, ita enim fauorem ei acquiram modo me tingere ſciat ex griſeo in album, in conſilio enim

Internum iouis quale ſit.

Iupiter in interiori ſuo eſt luna & ſol.

lunatico

lunatico Reginæ proximus ſum, intellige ſecundùm meam eſſentiam puram, accipe Iouem electum, Rex enim plebeiũ non patitur ſecum, ſed Iouis intimam virtutem per quam Rex victor exiſtit conſilio prudenti Iouiali quod oſtendit capillus & barba mea elegans, citrina, cum ſpiritualis ſum. Tunc cum corpus meum euanuit obſerua me, agnatus proximus ſum Reginæ, lætor curſu meo, cum regi aſto diues ſum; qui me nouit, nutrit & in igne intimum meum foras ducit illum locupleto, quæ optat concedo, ſanum corpore & bonis facio, didiciſti eſſentiam meam, nihil pete amplius. Ita locuto Ioue benigno intrat magno cum ſtrepitu vir crudus, toruo aſpectu, credebam militarem ducem, qui magniloquentia Thraſonicâ infit, ſi naturam ſcruteris me audi nec errabis.

Intimum Iouis eſt aurum purum, & argentum.

MARS.

Martis virtutes & proprietates.

VIres meas narro, bella & prædæ Opus meum ſunt. Sum miles homicida quod rubedo mea notat, ſanguinea nota mihi innata eſt, omnis labor circa me perit; ruſticum in nobilem mutaturus diu ſed fruſtra laborat, manet enim ruſticus, & ſi ſub ſcamno occultetur longa & craſſa exerit crura ex quibus patet eſſe & manere ruſticum. Quin etiam ſi virgis cædas eius crura nihil proficis: idem in me eſt, natura mea craſſa patet ex figura crula, ruſticus maneo, baculis percuſſus fio duplo inſanior: artes meas non relinquo, pun-

go, cædo, frango, vro: ignis ſum, igne gaudeo, exuro arces, vrbes & regiones, quo venio agnoſcor, ruſticj norunt cauendum hunc virum gallinarium qui nihil fert quo it. Tamen, libenter ſum cum Rege, in conſilio bellico, tunc enim non poteſt egere mej: ſi Rex me honorat in altum extollor. Lætifico illum qui intimum meum foras educere poteſt. Percurro domos omnium ſociorum meorum, in aulâ Regis moror diu, & ruſticitas mea in aula domatur, vbi colore nobili dotatus coronam Regiam tandem accipio. Omnia enim audeo, nullius fauorem ambio, aſſor in igne, quod qui poteſt obtinebit ſanguinem meum roſeum, vulgare & crudum ferrum ne accipias ad opus prout ſapientes te docent, ſed meam puram naturam quam in lapide inuenis, non eſt minera vulgaris ferrea, intellige & quære in aliâ Regione ſicut interdum ſolis literis tibi pingitur, ſequere me, & breuiter dicta, non interroga me plus, ſcitu enim neceſſaria vxor mea Venus tibi indicabit, quam ſi audies indicabit tibi libere vnde laboris præmium accipias, habes de quo gratias mihi agas, abeo, dormi.

Intimum martis eſt aurum purum.

Pura natura ferri eſt intelligenda quæ quidem non eſt minera vulgaris ſed dum lapis præparatur hæc natura manifeſtatur & cernitur in vitro.

VENVS.

Veneris virtutes & proprietates.

MArte digreſſo aſtitit mihi mulier pulcra, anxius quid eſſet quæſiturus eram, cum propius accedens dixit mihi verba non occultanda. Venus ſum paſſim nota, ex amore filiorum meorum, quorum pulcherrimus & chariſſimus eſt Cupido qui telo ſuo ignito

multos in amorem concitat puellæ quam vxorem ducit quaſi amoris juſti præmium: amoris indecori merces ſunt bubones, gonorrhææ, & lues venerea, qua ſi intra annum liberetur, agat Deo gratias? hæc efficit Mars maritus meus, niſi enim ambo rectè coniungamur nihil boni producitur, talis coniunctio producitur ex meretricio, impuroque amore qui multos fures facit; hi enim duo ignes aſtrales multa talia edendo, potando, ſaltando generant vbi multa talia fiunt, multi librum ſub vmbilico ancillæ explicare tentant aut ſemel legere, cuius ſtudij merces eſt infernus niſi mox recedat. Scortum eſt herba lethifera fidenti illi, raro ſaluatur teſte Salomone, & Eccleſiaſtico dicente, Ex ſcortis pericula & damnationem imminere. Sed nota exactè quæ maritj mej juſſu tibi dico. Ego ſum Venus nota, diu à te quæſita, viriditas mea indicat tibi martem rubrum eſſe maritum meum: vterque ſemper aſſiſtimus Regi. Si prudens es, & nos frangere potes & cogere vt tibi faueamus cantare potes, ſi meam viriditatem potes elicere variam inſtar caudæ pauonis habes theſaurum, qui hoc ſcit & me relinquit donec omnis viriditas mea euaneſcat tandem inueniet Venerem caſtam, puram, nobiliſſimam, non inceſta tunc ſum, vnicum virum amo, quâ conſtantiâ nubo Regi qui me in thalamum ſuum ducit; ſed cum magno labore fio Regina, ſpirituale interius meum ſolum placet Regi. Venus communis eſt ſcortum oſtiatim currens ſicut ſcorta viris coitura, hãc

Ex ſale martis & veneris & eorum ſpiritibus fit arcanum.

Hæc venus non eſt communis ſed eſt virtus mineralis quæ in lapide noſtro inter coquendũ conſpicitur & eſt viridis coloris & caudæ pauonis inſtar eluces.

Venus eſt ſpiritualis reddenda vt prodeſſe queat.

reijce ceu ſæpe te docet ſapiens; ſed accipe puram, caſtam, ſubtilem, illa recreabit te & ab omni malo conſeruabit, quod ſi à Deo obtineas hilarior morieris. Abſque mandato mariti mei non dixiſſem tantum, ſed cum fœmina ſim jocorum honeſtorum amans, ſicut ſermo ſermonem ſequitur illius juſſu proceſſi, dixi quæ volui, caueant omnes. Vale, Regina tua plura dicet.

Cauendum eſt hic quia non loquitur de metallis vulgaribus ſed de coloribus qui in lapide conficiendo apparẽt, qui quidẽ colores metalla dicuntur.

Venere digreſſâ deſiderabam aduentum Reginæ vt perdiſcerem quæ quærebam: dum hæc ago video venire creaturam albis veſtibus indutam, nobilem, pulcram, laudabilem, omnibus expetitam, exhorrui, cogitauique Reginam eſſe, de qua Venus locuta erat. Acceſſit ad me dicens.

LVNA.

Lunæ virtutes & proprietates.

DEſideras ſcire virtutem, naturam, proprietates & potentiam meam? Planeta ſum fratrum meorum puriſſimus, Luna vocor, celeriter curro, filij mej ſunt inconſtantes, dominor aquis & maribus, æſtum eorum imitor, 32. diebus omnium fratrum meorum domos percurro, in vltima quartâ finis eſt meus, cum noua ſum filij mei inſaniunt, omneſque lunatici & fantaſtici, omneſque adeò homines in meo catalogo ſunt ſcripti. Nocte fulgeo cum creſco, ideò à Deo Luminare vocor à quo in Firmamento poſita ſum vt illuminem terram, habeo Angelum qui me regat, quem Deus mihi dedit & cui obedio vt agam

quæ Deus vult & ad honorem ſuum jubet. Licet frigida ſim tamen ſol calidus me amat poſt quem planetarum ſum puriſſimus & in probatione ignis ſubſiſto magis quam vllus fratrum meorum planetarum reliquorũ quos cum ſumit niger filiorum ſuorum deuorator, cui nos duo ſoli reſiſtimus & poſt ſpiritus maximè laudamur ceu habentes corpora puriſſima prout ſapiẽtes dicunt & in igne incõbuſtibilia. *Qui ergo me ſapienter nutrire poteſt lacte non cibo craſſo laudem aſſequitur & mundi dominium, opes illi nunquam deſunt, pellit omnes morbos, hydropem,* gangrænas & fiſtulas. Virtus mea nobilis notiſſima eſt doctis & expertis Philoſophis, tamen ſincerè dico qui opem meam deſiderat coquat & recoquat me donec me puram & albam in igne fecerit, qualem autem Lunam operi tuo adhibere debeas dicam : non Lunam ex quo aurifices pocula conficiunt, alia arte coquendus ſum vt albeſcam criſtalli inſtar, tartarus & ſal nihil faciunt ad artem hanc *ſed meus proprius Vapor me lauat vt ſimilis fiam lunæ cœleſti meoque* ſplendore illuſtrem caudam draconis, omneſque meos fratres ſimiles reddam argento puro vnde diteſcit qui rectè me tractauit, alij decipiuntur qui auxilium ſuum quæ runt in metallis quæ ex vi ignis ceciderunt, deoque dico tibi ſeriò, accipe me ſicut Deus & natura me produxerunt, aliàs operam ludis. Corpore ſimilis ſum auro, quia Rex me amat, Ille eſt mas, ego fœmina, ſic differimus; ex noſtra coniunctione naſcitur filius iuuenis cu-

Hoc eſt plumbum, qui dicitur deuorator fratrum ſuorum.

Hoc lac eſt mercurius præparatus & ſummopere depuratus, quo nutritur luna & creſcit & parit fructus mirandos.

Vapor metallicus lauat omnia metalla.

Hoc eſt lapis Philoſophorum.

ius virtus introducit nouam iuuentutem, qu
vbique laudatur, nullo pretio proſtat, etiam
Cæſares illum deſiderant, at ex mille homini-
bus vix vnus nouit eum præparare, ſed qui
ſcit laudabilis eſt poſt Deum gratis dantem
homini hanc artem, lauda eum, habes enim
lapidem ſapientum omnia metalla mutantem,
ſaturnum, pars vna huius medicinæ ſuper
innumeras in fluxu proiecta mutat in argen-
tum purum & melius illo quod è minera
creſcit. De me nihil pete amplius, opinione
meâ plus feci & tacenda dixi bonâ tamen
intentione, ſpero enim Regem tibi melius om-
nia enarraturum. Vale, taceo.

S O L.

Virtutes & proprieta-tes Solis.

HÆc verba conſideranti ſubitò apparuit
vir ſolis ſplendori ſimilis, coronatus au-
reo diademate, pretioſè veſtitus ex auro
obryzo, neſciebam quid dicerem de aduentu
talis perſonæ ad me, ambiguum ipſe allocutus
eſt affabiliter. Ne te tædeat præſentiæ meæ,
ne me abomineris, tibi patefaciam ſapientiam,
artis initium, medium & finem, cuinam rei
innitaris, dicam tibi eſſentiam & naturam
meam. Sum ſol Deo & naturæ notiſſimus,
ignis puriſſimus qui Creatori obediens illumi-
no cœlum & terram communicans lumen
meum ſtellis minoribus præcipuè planetis
ſupra & infra me poſitis: proxime ſupra me
ſitus eſt Mars, infra Venus, omnes dominum
ſuum me fatentur, honorant, & ideò in me-

dio omnium locatus ſum, vt pote illorum Rex à quo exaltantur & locupletantur. Aeſtiuo calore meo exhilaro omnes Creaturas communicans calorem, virtutem, ignem & vitam vnde ab omnibus laudor: illa adeò pretioſa ſunt vt nemo poſſit deſcribere meas operationes. ſum poſtDeum lux clariſſima vnde in ſacris literis ſæpe Deo comparor & filio eius vnico: filijs meis munificentiſſimus ſum abſque illorum damno, ſunt enim hominum optimj, pij, honeſti, caſti, liberales, imagines Dej, ſanguinej, pulcri ac ſi picti aut ficti eſſent. Angelus, animal, herba, auis & lapis mihi tributi æque puri ſunt ac ego, & aurum metallum meum reliqua ſuperat, conſequitur enim ex influentiâ cœleſti quintam eſſentiam nobiliſſimam, quæ eſt fixum ſulphur eius, habetque animam candidiſſimam & mercurium pellucidum, purgatiſſimum propriâ ſuâ operatione, in eo eſt enim ſpiritus & ignis miraculoſiſſimè & prodigioſè agens, frangit & diſſoluit metallum ſuum & extrahit ſulphur, ſal, & omnes virtutes in auro latentes, inutile relinquit vt ſapientes dicunt. ſupremum colorem conſequitur qualem ab inicio habuit rubedinem ſc: rubini, non loquor de ſole communi de noto naturæ qui inuenitur in Vngariâ & Boëmiâ, de leone rubeo lapidum optimo, ſi ſit bonus (crede mihi) pario pulcrum illum rubeum lapidem carbunculum, non loquor de alio quam de eo qui auro proximus eſt, quis eum non amet? Ex eo conficitur medicina ſuprema tingens homines, &

Influxus Solis in homines quales ſint.

Virtutes & proprietates ſulphuris fixi auri.

Theoph. tinct. cap. 2.

De natura lapidis loquitur.

metalla ad probationem auri puriſſimi *Laudetur Deus qui creauit lapidem tantæ virtutis, in quo latent omnes theſauri mundi, inæſtimabilem, igni & aquâ incorruptibilem, quo ſæpiùs igni immergitur eò magis augetur virtus eius à Deo, prout didiciſti, quia ex igne natus eſt* gradu calidus non lædens, morbos frigidos & calidos ſanat omneſque adeò quibus adhibetur, lepram, epilepſiam, apoplexiam, febres, peſtem & venena, confortat homines, vetulis reducit menſtrua, & quis tandem poſſet virtutes eius ſatis enumerare à Philoſophis recitatas tam in homine quam in metallis conſpicuas? hæc enim ſubitò mutat in fuſione innumerabiliter. Sicut enim ego diè & noċte ſubitò peragro domus fratrum meorum, ita lapis penetrat corpus omnium metallorum (ſuper quæ in fuſione cadit) ſubitò, in momento, conſtanter, abſque labe, & hoc aurum melius eſt vulgari ſeu minerali.

Lapis vt præparandus.

Lapis hic præparatur artificio ignis ex vna ſolâ re cœleſti, terreſtri, elementari, quæ accipiatur recens cum ſanguine ſuo includatur, caleſcat in balneo & rigetur donec lapis nigreſcat vt pix, deinde indies mutabitur in album, ex albo in colorem ſupremum, patebit enim totus igneus, qui deinde ipſum bene comburit feruore magno, ſecurus eſt videre nono menſe Regem ſtantē & auro veſtitum, honoretur & augeatur, nutritur ſuo ipſius corpore. Laus Deo pro liberalitate huius manifeſtationis. Si non es inſipiens aut fatuus ſat didiciſti quomodo lapidem conſequare de quo Sapientes gloriantur & diſputant in

Roſario, turbâ, & alibi, quæ breuiter tibi repeto, crede mihi. Extrahe ex auro optimo quintam eſſentiam, ſal, ſulphur & mercurium abſque vllo corroſiuo aut aquâ farti, ſic enim virtutem ſuam perderet, recto ergo modo vtere, *Solue aurum abſque ſalarmoniaco ſed igne puro, abſcondito, ita ad nobile hoc opus peruenies.* Ne tamen accipias aurum vulgare, illi enim ignis hic non fauet ſed quale natura produxit, in hoc enim latet theſaurus (Leonis ſcilicet ſanguis rubei) quem nactus ſequere doctrinam ſapientum, nec errabis. Ex abundanti dico, attende verba mercurij qui venit vltimus, multum in ijs ſitum eſt, attende antequam volaticus ille præſtigator aufugiat, *quæ verba ſi rectè intelligas recreaberis animo,* dies appropinquat, ideò diutius morari nequeo: ſat de me dixi, vale, Deus benedicat tibi, dormi quiete.

Sal ſulphur & mercurius ex auro extracta ſunt lapis modo ſine corroſiuo extrahatur.

Ignis purus eſt mercurius optime præparatus & multories diſtillatus eſt enim tunc temporis totus ignis & purus, fortior ipſo igne elementari putrefacit enim aurũ & in ſpiritum conuertit quod ignis facere non poteſt.

MERCVRIVS.

ABeunte ſole cogitabam quomodo peragenda eſſent quæ ſol mihi dixerat, verba enim audiueram magni momenti, dum ſpeculor irrupit turbinis inſtar vir curialis & alacer miris veſtibus ornatus & varijs coloribus opertus, rubro, nigro, albo, citrino, viridi, griſeo; corpore gracilis erat, & erecto, irreprehenſibilis, cogitabam qualis eſt hæc Creatura capite & pedibus alata, neſcio an Angelus eſſet aut homo, appropinquauit interrogans quidnam mecum in lecto voluerem,

Mercurij proprietates & virtutes.

Hic colligitur mercurium verũ eſſe ſubiectum noſtrum.

an meditatus verba ſociorum ſuorum aliquid vltra deſiderarem, ſe enim nihil negaturum, vel an potius ſcire haberem ſuam eſſentiam & naturam, omnia enim ſe dicturum? Gratias egi, nihilque mihi gratius dixi futurum; cœpit, alacriter, prudẽter, velociter. In orbe in artibus agilibus non eſt ſimilis mej ita & filij mei ad muſicã aptiſſimi omneſque alias artes, vnde principibus & regibus chari & in honore habentur ob artes, quas artes ego doceo, ſaltare agiliter, gladiari, luctari; omnes artes calleo, dicorque Mercurius Deorum tabellarius, pedibus valeo aufugiorque cum nuncij mercedem conſecutus ſum, inde capite & pedibus alatis pingor à Poëtis, ſed verè tibi dico, poſſum penetrare portas & muros vbi non exacte obſeruor, aufugio ſæpe in igne abſque mercede, in aëre mox euaneſco vt nemo me amplius inueniat. Sed qui pedes mihi ſcit ligare & me tandem vincere meus eſt dominus & honoratur à me, ſed nemo facile id facit niſi me dolo deprehendat, calleo enim muſicam & ſonus fiſtulæ meæ multos ſopore ligat dum fugio: qui verò alas mihi euellere & domi retinere poteſt inuenit domum ornatiſſimam omnibus artibus plenam, poteſtque abſque periculo accipere corpus & animam quamcunque velit & mecum commutare, ſuſcipio enim libenter à quibus fixari poſſum vt non currere poſſim, & angar. Verum niſi ante ſcias an ſeruus id poſſit vel dominus falleris, & ſic ſæpe auolaui illi qui certò credebat me habere ſicut omnes ſciunt. Dico artis ſtudioſis

Mercurij planetæ influxus cœleſtis quales in homines ſint.

Dolus quo capitur mercurius eſt coctio lenta & perpetua cum metallis perfectis & paris

Mercurius fixatus miranda poteſt.

duos tantum me poſſe domare Reginam ſc: & Regem, aulicos eorum nihil curo, velocior enim ſum quam ipſi, quod ſciunt & ſæpe inſaniunt quia eos contemno: qui me ijs comparare vult inſanit, nullus ignis mihi eſt ſimilis quam infernalis, alter tantum ſudor. Spirituales facio, augeo vitam ipſorum vt nullus ignis illis reſiſtat, lauo vtrumque, *dealbo Reginam vxorem Regis, Regemque ipſum coronâ rubeâ orno.* Cum enim meæ ſint naturæ puri, ſubtiles, pulchri, abſque vllo defectu proxime ijs accedo, & poſt meum ſpiritum quidem proxime & amiciſſime ijs coniungor præ ſociis meis planetis. Natus etiam ſum ante omnes, abſque me omnes perijſſent, vbi non ſum fruſtra eſt labor & ars, ex corpore facio ſpiritum & maxime animam amo quæ mecum in igne fixa ſubſiſtit, aliæ mecum abeunt, volatiles enim ex ſe in igne ſunt. *Prodigium eſt ergo vt quiſquam aliquid magni mecum facere nitatur niſi ſciat alas mihi euellere vt non auolem; ſi vero fixus iaceam in fundo vaſis occiſus & vulneratus à domino meo, artificem dico, quique ſpiritualem me reddere poteſt multa mira conſequitur. In me enim conſiſtit omnis ſapientia & in lapide qui humi iacet & pedibus teritur: color meus eſt albus, ſignificatque tibi virtutem in me latentem, plumbum mihi prorſus eſt contrarium in quo virtus mortis exiſtit quod cruda nigredo notat, vnde & filios ſuos deuorat, ſi ſapis malum illum hominem per me vinces & ex me bona multa habebis. Sed ad hanc artem nihil valet argentum viuum vul-*

Hoc eſt lunam & ſolem.

Spiritus mercurij eſt clauis artis, omnia metalla diſſoluit.

Fixandus eſt mercurius & cum ſole connectendus ſic occiditur.

In mercurio & ſale terræ latet arcanum.

gare, ſed accipe purum, pellucidum, criſtallinum, album inuentum in lapide qui non eſt adeò communis aut notus ruſticis meam doctrinam ſpernentibus, Sed ſum vapor albus quæſitus multo artificio, ignis parit ignem, auget ignem, ignis non delet ignem, qui ligna ſicca in ignem congerit auget eum; ſic qui per me tranſmutat metalla ignea in igne habet theſaurum adeò pretioſum vt nullus alius ignis poſſit eum conſumere. Qui duos hos ignes cognoſcere poteſt ſapiens eſt & multum inde trahet vtilitatis, ex igne ambo nutriti ſumus, ignis ignem mutat in ignis virtute, quod in igne ſubſiſtamus prodigium eſt, ignis vulgaris quamuis proximus non poteſt nos lædere, in crucibulo plumbum abiicimus & noſter ignis manet victor, Deo ſit laus. *Nota hoc & perſpice me non eſſe argentum viuum vulgare ſed. ex puro lapide extractum, aliter loquens mentitur. Artifices vocant me vaporem album, purum, ſubtilem, coniungo enim corpus & animam, & dum Rex & Regina in balneo ſedent ſudantque, medius ſum in labro balnej, exeoque ex ijs vaporis inſtar, vnde ſpiritus dicor ſi janua ſit aperta aufugio, & ambo in balneo comburuntur; quiſquis vero meam fraudem nouit occludit & oppeſſulat ianuam, & tunc ambos lauo, balnearius enim ſeruus ſum, & ſic intra paucas ſeptimanas alæ meæ euelluntur mihi* prorſus vt neminem erubeſcam, nec tamen de violentia illâ conquerar, cum Rege enim creſco & honoror ſemper ab eo, ſcit enim magnam virtutem meam qui occidi &

Mercurius Philoſophorum quid ſit.

Mercurius Philoſophorum vnde elicia tur ex lapide puta ex minerali nigro noſtro quod eſt natura noſtri lapidis in qua abũdat mercurius Philoſophorum ſol & luna, hi enim tres ſunt in lapide noſtro.

viuificauj multo puriorem, pulcriorem, clariorem quam prius fuerat. Si es prudens ad petitionem tuam didiciſti perfidiam meam, virtutem, vim, & mores, non enim potui omittere quin tibi admonitionis cauſa dicerem vt parceres labori & ſumptui. Habes omnium planetarum dicta, quæ ſi rectè ſequaris non pigebit te laboris, Deo reuelanti gratias ages per Ieſum Chriſtum, bene vale, in labore tuo eſto patiens, proderit tibi aliquando, Vale, vale.

In quibus laborantdum ſit metallis ad opus chymicum perficiendum.

CONCLVSIO AVTHORIS.

Hæc fieri non poſſũt niſi per mercurium qui eſt vera aqua metallica, ſoluens metalla cum conſideratione ſuæ ſpeciei, idẽ fieri aqua ſimplici per putrefactionem in calore lento putredinali tunc enĩ ſpiritus metallici vola tiles & inſixi aqua cõ municantur & fiunt aqua vna cum aqua.

EXcuſſus ſomno omnia denuo meditatus anxius ſudaui, æger totoque corpore inualidus fui, recogitaui dicta ſingulorum, ſtatuique chartæ mandare, ſæpe enim erraui & perplexus ignoraui quodnam eſſet principium, medium aut finis, vt melius intelligerem quomodo naturam ſequi oporteat, *vnde inueni arti operam daturum laborare debere in metallis in quibus nihil in igne decidit, quæ adhuc in minerâ ſua latent, intimum foras ducendum, verum modum ſeparationis puri ab impuro adhibendum, ex quibus rectè electis Trahat quintas eſſentias, ſal, ſulphur & mercurium, ita vtiliter laborabit, quæ ſeparatio fiat abſque corroſiuis quæ impediunt laborem, quia Ens eius comburitur, ſpirituſque non agnoſcitur, ſalque eius non* fluere poteſt à corroſiuis conſumtum, modum obſerua ergo, alias ſcorias & vitrum habebis, non enim ha-

bebit ingreſſum, ſubſtantiam & vitam amiſit quæ non poſſunt ei reſtitui. Sed ſi doctrinâ obſeruatâ quælibet res ad quintum ſuum eſſe reducatur ad colorem ſupremum, ſit fuſibile abſque fumo, perſiſtat in igne abſque dubio operabitur aliquid, natura enim confortat naturam quod de metallis & mineralibus æquè dictum ſit, quæ extracta à ſordibus ſeparata vſui medico recte iuxta debitum pondus & modum adhibeantur ſequitur tranſmutatio, quæ artifici laboris præmium ſoluit: ſed ſi quis non cogitet aut neſciat ſuo damno errat, laborem & ſumptum perdit, dolores ſibi creat, nec caput nec pedes operis reperiens.

Conditiones & qualitates lapidis.

Chymiæ ergo operam daturus ſemper principia & originem omnium meditetur in metallis & mineris, quid cuiqui ſit amicum aut contrarium, vt damnum fugiat mihique pro hoc conſilio gratias agat. Claudam breue hoc Poëma, nemo me ſuperbiæ accuſet quaſi loquar quaſi ſolus doctus, Deus nouit meam intentionem eſſe fidelem, meumque votum eſſe vt omnes meis monitis perſuaſi malum euitent. Prudens gratias aget, conſcripſi feſtinanter, corpore ægrotus, mox forſam melius quid dabo, Vale interim feliciter, Lector amice. FINIS.

In metallis & mineris eſt principium operis, ſed non eſt deſtruendum a quis fortibus & acribus, quæ ſalem metallicum volatilem & fixum in mineris latentem deſtruunt & corrumpunt.

SOLI DEO GLORIA

Petrus I. Faber Lectoribus.

SEquens tractatus optimus eſt & quamuis non habeat Authorem cognitũ & nominatum nihilominus doctiſſime conſcriptum cen-

ſemus, & ſecundum naturam & normas artis & naturæ conſcriptum, eſſe itaque lectura dignum reputamus, In eo enim latet quod omnes Alchymiæ periti expetunt & optant, quocirca commentatus ſum & in margine appoſui quæ explicatu digna ſunt, vt textus ſit facilior intellectu & ſecreta artis habeantur notiora & captu & factu faciliora, Itaque lege ac relege hunc tractatulum, in eo enim eſt quicquid tota Alchymia expetere, exoptare poteſt, & crede mihi & lauda Deum Creatorem tuum.

THEORIA
ET PRACTICA ARBORIS AVREÆ ET ARGENTEAE.
Anonymi. 1624. Præfatio

ARBOR aurea de vera materia Lapidis Philoſophici cum eiuſdē Theoria & praxi, vbi diſertè agitur de maximis terræ theſauris, de tranſmutatione ſc: metallorum & ſuprema humani corporis medicinâ, tum an ille theſaurus poſſit haberi nec ne, & an vna pars ſuper 100. aut

Quid in tractatu iſto agatur

Arbor aurea dicitur hic tractatus quia veros & aureos fructus adfert & producit illis omnibus qui ſciunt excerpere ipſos, & dicitur etiam arbor aurea quod explicet naturam lapidis Philoſophorum quæ quidē natura dicitur vera arbor aurea noſtra.

1000. aut alias innumeras proiecta augere & multiplicare poſſit, quæ in ſequenti Theoria & praxi prolixè exponuntur ex veris Philoſophis ſummo ſtudio congeſta.

ARBOR AVREA. THEORICÆ LIBER PRIMVS. PARS SEV caput primum.

Metalla ad multiplicationem, & ſui propagationem nata ſunt cum ſint Dei creaturæ quibus omnibus data eſt propagandi virtus & energia.

CVm in omnibus rebus ſeu Creaturis Dei perſpicue videamus & inueniamus ſingulla elementa ſuas ab inicio creatoris produxiſſe generationes & fructus, & productura perpetuo ad vltimum judicium vſque ex Dei creatoris ſui mandato (Videmus enim hominem cæteraque animalia terrea, aquatica, aërea, arbores, herbas, fruges vt triticum, hordeum & cæterea quæ nominatim exprimere prolixum eſſet nimis continuè ſpecies ſuas propagaſſe & propagatura dum Deo placuerit) Cum, inquam, talis propagatio & multiplicatio in omnibus Creaturis perſpiciatur, ſingulæque ſpecies ad eam à Deo inſtitutæ ſint vt in Geneſi patet, nihilque in cœlo aut terra inueniatur quod non à Deo creatum ſit: ſequitur mineralia & metalla ſingula æquè Dei creaturas eſſe ac ſupra expoſita. Cum itaque metalla ſint creaturæ, omneſque creaturæ, ad multiplicationem & propagationem à Deo inſtitutæ ſint, ſequitur metalla æque ac reliqua creata ad propagationem & multiplicationem. Cum vero pateat omnia ex ſemine tantum prouenire, multiplicarique concludi poteſt

poteſt metalla æquè ac cæteras creaturas ex ſuo ſemine creſcere & ex eo augeri; cumque ſingulis rebus ſuum ſemen à Deo inſitum ſit, ſequitur in metallis eſſe ſemen metallicũ. Cum enim ſingula elementa in ſe ſemper contineat ſemen & fructum ſuum, ſemenque in fructu matureſcit ad debitum vſque tempus, concludo mineras & metalla nihil eſſe aliud quã fructum terræ continentem ſemen ſuum, quod Deus ad multiplicationem metallorum & productionem ſimilis creauit non ſecus ac triticum ac ſiliginem. Semen hoc ab antiquis Philoſophis dicitur Primum Ens, ſulphur Philoſophorum, mercurius Philoſophorum, ſal metallorum, & aurum Philoſophorum, varijſque alijs nominibus vt materiam eſſentialem & debitam occulerent. Cum vero in toto naturæ curſu pateat omnia ex ſemine prouenire & per ſemen multiplicari, omniaque ſibi ſimilia producere vt homo hominem, Matthæo teſte cap. 7. Vnæ non colliguntur de ſpinis, nec ficus ex carduis, fatebitur quilibet ſi tincturam ad aurum facere velimus eam ex ſolo ſemine aureo prouenire poſſe & præparari. Cumque omne ſemen in ſolo fructu ſuo contineatur, ſequitur ſemen auri in planta aurea quærendum, & tale ſemen in augmentationem ducendum, non vt arborum inſtar in altum creſcat, ſed vi & potentia, vt tale ſemen non ter, decies aut centies, ſed innumerabiliter fortius, purius, clarius, penetrantius & conſtantius fiat quam prius naturaliter. Et cum iuxta omnes antiquos Philoſophos

Semen in metallis eſt ac in cæteris rebus creatis alioquin eſſent imperfecta cũ eſſent ſine ſemine, nihil enim perfectum eſt ſine ſemine.

Metalla quid ſint.

Semen metalloru quibus nominibus inſigniatur vt virtus metallica patefiat nã his nominibus indicatur virtus interna metallorũ quæ proprie ſemen eorũ dicitur.

Semẽ aureũ ex auro eliciendũ hoc eſt ex minera auri in qua latet adhuc ſemẽ auri, in auro enim cõmune euanuit igne fuſio

veraces in generatione metallorum & mineralium ſolum aurum (licet omnia metalla ex vna radice & origine procedant) ex puriſſima parte primæ materiæ ſeu ex puriſſimo ſulphure incombuſtibili, mercurio & ſale natum ſit, & reliqua metalla & mineralia caſibus quibuſdam corrupta ſint, neque ad perfectionem auri peruenire potuerint, concludimus in ſolo auro ſemen auri quærendum, vnde ſequitur omnes qui extra hoc ſemel laborant, aurumque & argentum prius cum mercurio aut cum ſalibus in mercurium redigere volunt, item qui aurum & argentum cum mercurio amalgamant indeque tincturam ad aurũ præparare volunt, item qui ex calce ſaturni, marcaſita aureâ, talco granatorum, ex vitriolo Romano, ſalarmoniaco, ſalgemm. ſale communj, Salpetr. Arſenico, auripigmento, ſulphure, mercurio vulgi, cinabrio, alijſque omnibus mineralibus & metallis imperfectis & eorum crocis, quos & eſſentias nominant, conficere volunt tincturam ſeu augmentationẽ ad aurum valde vtilem; & illi qui vegetabilibus & animalibus quærunt, turpiter errare, in jmpoſſibile niti, nihil proficere quia non ſuſcipiunt opus cum natura. Cum enim enarrata mineralia non proceſſerint ex arbore auri non poſſunt eſſe fructus nec ſemen aureum, nec poſſunt ex ijs aurea virtus, planta aut tinctura valde vtilis ſequi, vnde nec per eas corpus mortuum ſolis reuiuificatur, fitque tinctura ad metalla imperfecta. Tùm verò mercurius vulgaris non eſt ſemen ſeu materia ex qua

Semẽ enim auri quid volatile eſt & facile euaneſcit. Quare ex ſolo auro, eliciendum ſit ſemen metallicũ. Qui extra ſemen aureum operantur omnes errant, cum non habeant illud ex quo natura aurum facit, ſequenda enim eſt & imitanda natura potiſſimum in arte chymica.

Vt animal planta & metalla nõ ſunt ſemina ſua, ſic de ſemine metallico eſt intelligendum quod quidem non eſt metallum ſuum ſed quid aliud, ex quo fit metallum.

aurum fit, ſed eſt prima materia Alchymiſtarum, poteſtque beneficio iam præparatæ tincturæ aureæ & ipſe facere corpus tingens & aurum permanens, quia præter dictum ſemen auri non eſt alius mercurius aureus, ſulphur aureum aut ſal aureum ita à natura compoſita in omni genere creſcentium vt inde poſſit fieri tinctura auri. Inde Magi & Philoſophi antiqui nominant hoc ſemen ſuum mercurium, ſulphur & ſal: Quemadmodum ergo ex carduis, auena, & lolio non poſſunt metere triticum, ita& ex numeratis nequeunt tincturam auri extrahere. Et licet minima ſcintilla ſeminis aurej in ijs reperiatur, tamen zizaniâ adeò copioſâ circumdatur vt diſcerni & in augmentũ educi nequeat. Omnes ergo ſapientes nobis arborem auream eius fructum indicant, & niſi Deus ſemen hoc (vt & aliorum metallorum) fructumque ſeminis ab inicio creâſſet, artificioſa augmentatio metallica nobis ignota eſſet. Sicut enim homini impoſſibile eſt granum tritici aut hordei producere illudque ſerere & ad multiplicationem prouehere niſi initio granum illud Deus creâſſet; ita & Chymico impoſſibile eſſet arte ſua conficere primum ſemen auri niſi à Deo naturæ metallicæ inſitum eſſet: vnde ſequeretur ſemine illo non creato augmentationem nullam fore, Chymiamque ludibrium & fraudem eſſe, ſed experientia contrarium teſtatur.

Mercurius vulgaris non eſt ſemen aureum, eſt quidem fructus arboris aureæ.

Semen auri dicitur Mercurius ſal & ſulphur Philoſophorum.

Semen metallicum vt & reliquorem aliorũ ſemina in principio creauit Deus, alioquin impoſſibile eſſet aurum multiplicare.

Deus ergo benedicatur in æternum qui homini in omnibus rebus primum ſemen creauit, hominemque intellectu dotauit neceſſario*

Semen rerũ omnium à Deo creatũ eſt & creaturis ſuis inditum, vnde metalla ſuũ peculiari habẽt ſemen.

Granum iſtud quod eſt ſemen aureum ſeminandum eſt in terra legitima metallicæ naturæ, & hæc terra eſt mercurius optime præparatus

ad ſemen illud cognoſcendum naturamque eatenus perſcrutandam (at cum Deus illud ſemen non fruſtra dederit) poſſit illud in germinationem & augmentationem producere. Quod autem hæc multiplicatio non ſit æque nota ac agricultura & aliæ, non Deo ſed pigritiæ & maliciæ noſtræ imputemus; cum Deus corda cognoſcat videatque nonnullos nobili hoc contra honorem Dej & proximi vtilitatem abuſuros, ſed ſatis de hoc. Non ſufficit autem vt in horreo multos tritici modios habeam, non multiplicabitur licèt mille annos iaceret, nec proijceretur in agrum conuenientem & aptum; idem eſt in ſemine auri in arca nec medicum, nec chymicum fructum feret niſi ſeratur & in vim multiplicatiuam ducatur.

Arbor aurea eſt 8. fructus eſt aurum, radix eſt aqua ſeu vapor aquæ producens mercurium

Ex dictis patet clariſſime mineras & metalla non ſecus ac alia ſemen ſuum habere, multiplicationemque per ſemen metallicum æque poſſibilem eſſe ac in aliis creaturis, item aureum ſemen ad aureum opus requiri, illludque nullibi certius quam in arbore aurea quæri & inueniri, vel in fructu vel radice ex qua fructus creuit &c:

Semẽ ergo aureum eſt neceſſariũ ad aurum multiplicãdũ & illud in arbore aurea, vel eius fructu vel in eius radice quærendum eſt

THEORICÆ PARS ſeu Caput. 2.

AN aureum ſemen memoratum in medicina humano corpori vtile ſit ac in Alchymia, nec ne? Semẽ auri ex quo naturale aurum creuit homini non exterius tantum ſed

Semen auri qua ratione vtile metallis & hominibus.

& interius vtiliter adhiberi patet, quia primus homo ex quatuor elementis creatus quaſi epitome eſt, vnde Microcoſmus dicitur. Ex quo ſequitur eum cum omnibus elementis & fructibus eorũ neceſſariò habere affinitatem, nullum ei aduerſum ſed omnia vtilia, abſque quibus viuere nequit, quis enim homo abſque aëre, terra, aqua & igne viuat? Et quia Deus ad conſeruationem humani corporis elementa creauit propter fructus eorum, fructus vero propter homines vt ſuum corpus naturale in mundo ad terminum vſque deſtinatũ incolume ſeruet, & ſic elementorum fructus omnes homini primo in cibum, deinde in medicinam dati ſint extra & intus vtendam, cumque hoc duraturum ſit vſque ad finem mundi, cum ſemen auri & ipſum aurum ſit fructus elementi ſui ſicut alii fructus ſuorum elementorum, ſequitur aurum & ſemen eius ad commodum hominis (non quidem in cibum vt boues, oues, aues & panis) ſed ad Medicinam à Deo creata. Si enim Deo placuit vt homo in futuro in æternum viuat, credibile eſt etiam in hoc ſæculo longæuam ſanitatem & poſt piam vitam quicquid ad generis humani multiplicationem facit ei non diſplicuiſſe: quod autem gula & libidine vitam noſtram abbreuiamus noſtra non Dei culpa eſt. Cumque videamus Deum mineralibus & imperfectis metallis medicas virtutes æque ac plantis inſignes indidiſſe, quod Chirurgi fatere coguntur, apud quos ferè omnia antiqua & noua emplaſtra & vnguenta vulneraria minerale

Fructus elementorum, omnium homini dati ſunt in cibum vel in medicamentum.

Aurum & ſemen eius homini datum ad ſui neceſſitatẽ eget enim homo auro & ſemine ſuo, ad morbos ſuos profligandos & vitam prorogandam.

aut metallum aliquod continent, concludamus vix omnipotentiam eius perfectis (auro & argento) medicas virtutes negaſſe, imo maiores conceſſiſſe: cum præſertim ſol & luna reliquis planetis præſtent, Medicique ipſi fateantur aurum confortare cor, *quod non de communi ſed de Philoſophico auro ſeu ſemine auri debet intelligi, cum hoc ſemen ſit viuum, aurum verò vulgare corpus mortuum.* Inde elicitur, ſi omnia prudenter & maturè perpendantur, ſi quis velit Medicinam præparare humanum corpus ab omni putredine & corruptione vſque ad finem fatalem præſeruaturam (quaſi Patriarchæ ante diluuium teſte ſcriptura vtebantur) neceſſariò illam parare ex creatura nobiliſſimâ & perfectiſſimâ cogi.

Semen auri eſt Philoſophorum aurum.

Medicina vitam humanam prorrogās ex ſemine auri elicitur.

Cum autem antiqui & ipſorum ſequaces veri, perfecti, Magi & Philoſophi (vt dixi) naturæ perfectam cognitionem habentes, nihil melius, nobilius, purius, & ad talem medicinam ſublimius inuenire potuerint quam ſemen auri, cumque viderint aurum purum fulgore ſuo cor hominis exhilarare, omnes concluſerunt talem medicinam non aliunde quam ex dicto ſemine fieri debere aut poſſe, quia formam metallicam nondum attigit nec aurum factum eſt. Nulla enim herba aut plāta in ſua eſſentia craſſa medicinæ, neque vlla caro cruda cibo vtiliter adhibetur ſed præparantur prius, inde concluſerunt ſemen auri præparationis & purgationis egere ad Medicinam & Chymiam magis quam vlla herba aut cibus.

Semen ergo auri nō ex auro communi eliciendum eſt ſed ex minera vbi aurum fieri debebat ex illo ſemine.

Si itaque hoc ſemen debet fieri Medicina vtilis humano & metallico corpori vt hoc in aurum mutet, illi ſanitatem reſtituat debet per regenerationem ſublimiorem quam naturalē gradum cōſequi vt (ſicut capite ſuperiore dixi) potentior, purior, perfectior, conſtantior, fluxibilior & ſubtilior ſit eius eſſentia quam auri, ſitque pellucida carbunculi nocte lucentis inſtar, reſoluaturque in omni cibo & potu, vinum album rubefaciat, ſapore ſaccharum jmitetur, per artus hominis diuidatur, indeque omnia venena, lepram, luém veneream, hydropem cæteroſque morbos tanquam hoſtes ſuos expellat per ſudorem, maſſam ſanguinis, medullam & venas purget, naturam confortet & renouet, poſt quam rectificationem & renouationem ſequitur valetudo optima, poteſtque ſenex decrepitus iuueni robore & viribus ſimilis fieri, quod multis incredibile, naturæ & arti eſt poſſibile. Sicut homo clarificatum corpus in æternum victurum non niſi regeneratione aſſequitur id eſt, oportet vt reducatur in primam materiam ſuam ſiue terram ex qua originem ſuam traxit, ita regeneratus accipit corpus cœleſte loco terreſtris, quod poſtca ſicut ſaluator per ianuam clauſam tranſire poterit: ita & aurum & ſemen eius abſque regeneratione non multiplicantur, quod in tritico etiam videtur quod putreſcens in agro augetur. Cum ergo hoc ſemen auri per artem (quæ hîc naturam ſuperat) gradum pluſquam perfectum ſupra aurum obtineat, illam pluſquam perfectionem alijs metallis imperfectis

Conditiones & qualitates lapidis Philoſophorum.

Senex iuueneſcere poteſt. modo vtatur cibis, ſulphure illo ſupradicto Philoſophorum, eſt enim ſulphur tale fons iuuentutis.

Omnia vt regenerentur debent primo pulueſieri & ſic in primam materiam reduci & poſt regenerari

Via vnica eſt ad verã alchymiã, ſeu ad aureum ſemẽ iſtud habẽdum.

æque ac corporibus humanis ægris communicat, illa in aurum tingit, hæc in perfectam ſanitatem reducit.

Licet autem multiplicia metalla, variæque viæ deſcriptæ ſint aurum eò reducendi, multique laborauerint & laborent etiamnum in eo, tamen cogitandum eſt vnicum eſſe modum & medium in orbe ſeminis huius acquirendi, aurique in nouam generationem tingẽtem reducendi, cæteri omnes ſunt fraudes diabolicæ & cõmenta hominum. Sicut vnus Chriſtus eſt Saluator & mediator & via ſalutis æternæ, idem & hìc, nam abſque dicto ſemine ſeu prima materia auri non poteſt fieri tinctura conuertens metalla imperfecta in aurum conſtans: cum enim ſit per ſe corpus mortuum manet mortuum niſi anima & ſpiritus ei reddantur, ſicut cadauer hominis niſi à Chriſto in vltimo iudicio reſuſcitatum anima cœleſti donetur manet mortuum, neque poteſt adipiſci claritatem gloriæ cœleſtis. Sequitur Practica.

Quid tractetur in ſequenti libro.

Liber ſecundus ad prædictam Theoricam, quid ſit arbor aurea & in qua materia inuenirj poſſit. ſed hìc Plato jubet quieſcere.

Liber hic profundæ eſt doctrinæ & ſi intelligatur facilis eſt & nullo pacto fallit.

DE PRACTICA LIBER II. In quo iuxta præmiſſam practicam quid ſit arbor aurea, vbi quæri & inuenirj poſſit fideliter & diligenter abſque parabolis & allegorijs docetur. Pars prima.

DE VIA VNIVERSALI SICCA.

DIci non poteſt quam multi omnium ordinum homines vniuerſaliter laborare

ſuſceperint quærentes auream hanc arborem, pauci tamen noſtro ſæculo (excepto Theophraſto) aliquid ſanum produxerunt: ſuperfluum etiam eſt narrare in quot nugis & ineptijs theſaurus hic quæſitus fuerit, prolixumque eſſet: ſufficit dicere Antiquos duplicem viam, humidam ſc: & ſiccam habuiſſe diuerſis tamen modis, licèt enim vnus omnibus ſcopus fuerit, alij tamen alijs citiùs ad optatũ finem peruenerunt. Vtramque viam deſcribit Theophraſtus, ſiccam in tinctura phyſicorum, humidam in manuali, & Bernardus Treuiſanus eam ſecutus eſt vt in eius Practica patet.

Quoad viam ſiccam notiſſimum eſt quam mirabiliter, profundè & imperſcrutabiliter Philoſophi de prima materia lapidis diſputent, occultiſque nominibus in ſcriptis ſuis tanquam maximum myſterium (vt reuera eſt) texerint, breuitati verò ſtudens ijs omiſſis in nomine Dej Practicam aggredior abſque allegorijs & parabolis viam vtramque deſcripturus. Notũ eſt verò Philoſophis & artis cupidis omnes res initio factas ex aqua quæ inuiſibiliter in ſe terram, cœlum & omnia elementa occultabat, & hic lapis cum aqua incipitur, exque aqua fit, quia omnia ſubiecta lapidis in aquam mutari debent, cum & per mercurium, id eſt, lapis fit ex aqua ſeu mercurio qui aqua eſt prout videtur ex eo quod ſemper fluit nunquã quietus ob eſſentiam aqueam in eo contentam, labitur etiam vt aliæ aquæ, hoc eſt ſignatum exterius vnde prudentes colligunt eum eſſe aquam, aquam ſcilicet metallicam non vul-

Ex qua materia ſemẽ auri eliciatur ſempe ex aqua minerali & metallica, aqua enim elemẽtaris nimis remota eſt materia.

Hic nimis clare loquitur & veriſſime, quo circa hæc notanda ſunt.

garem. Hic Mercurius non debet accipi crudus, quia operi inutilis eſt, vnde ſapientes dicunt ſuum mercurium non eſſe vulgarem, ſed debet regenerari & reduci in primam ſuam materiam ſicut metalla in primum ſuum Ens. Licet n. mercurius imperfectus ſit, tamen quoad formam metallicam definitus eſt, & mercurius fuit ab initio aqua, cum ergo denuò reducitur in aquam ſoluuntur in eo ceu matrice omnia metalla in ſuam radicalem primam materiam & primum Ens quod omnes res mutare poteſt, eſtque radix naturæ, vnde Philoſophi, ſi agnoſcas radicem naturæ, ex ea opus tuum facilius facies. *De hoc mercurio in aquam mutato ſcribunt omnes Philoſophi nominantes eum acetum ſuum acre, naturam ſuã penetrantem, ignem, lac virginis, Bernardus Fontinam, breuiter ſoluit omnia metalla & radicaliter miſcetur cum eis vt mutatio* & regeneratio fiat. *Magna latent in metallis & metallicis eſſentijs & facilia vt alibi dixi. Taceo, ſi illa Philoſophicè reſuſcitentur in primum mercurium ſuum non currentem vt Agyrtæ loquuntur, ſed in viſcoſum ſemen in ſpeciem germinis,* mira miriſſima fieri. Suauiſſimus LEO ita nominari ſolet mercurius auri. Quæſitores ergo huius lapidis conſiderate reducere metalla in primam ſuam aquam, tunc omnia compoſita in radice ſua vna & eadem res erunt ſicut inicio erant, ſatiſque manifeſtaui quid ſit aqua naturalis Philoſophica. Sequitur de alijs partibus ad aquam pertinentibus, vbi extrinſecus nulla videtur aqua, & tamen nominatur

Mercurius debet reduci in aquã & hæc aqua eſt ſemen auri, & primum ens metallicum.

Hæc aqua mercurij, eſt lac virginis & acetum Philoſophorum.

In metallis omnia latent.

Antimonium poteſt dici aqua, quod lauet metalla, & præcipue aurum à ſordibus ſuis.

Antimoniũ eſt ſubiectum Phyſicũ ex quo, aqua Phyſica elici debet.

aqua, hoc eſt Antimonium, pomum ſeu globus imperii Chriſti manibus geſtatus, ſicut hoc ſignatum indicat in quo theſauri omnes latent in re, eſſentia & aſpectu vili, indicatque ſignatum eius dominum eſſe omnium metallorum & mineralium, eſt enim plumbum penetrans, plumbum ſapientum ſoluens omnia metalla dura, & cum tempore reducens ea in ſpiritualem eſſentiam vt volatilia fiant, communicat ijs coloratum ſuum internum ſanguinem & carnem, in eo n. latet ſuprema coloratio naturalis vnde Theophr. dicitur ſtella ſignata, foris n. figuratur & ſigno eius indicatur quam virtutem intus contineat. Philoſophi merito ſulphur ſuum nominant, quia calore ſuo intenſo purgat omnia metalla à ſuperfluitate, eaque ſanguine ſuo in aurum optimum tingit, Theophr. RVBEVS LEO, aquila nigra, ſicut mercurius aquila alba: hæ duæ aquilæ coniunctæ poſſunt omnes res graues in ijs ſolutas ſecum ſublimare, volatiles & ſpirituales facere. Nota prætereà cur Antimonium ad opus ſupremum adhibeatur. 1. Philoſophi dicunt ad confectionem noſtræ Medicinæ non egemus auro vel argento ſed illo ex quo facta ſunt mercurio ſc: & ſulphure, ſed non vulgaribus. Si ergo metallica ſulphura & mercurij viuificari debent fiet per aquam tepidam radicis eorum qua molliuntur & ſoluuntur in ſuum primum mercurium qui non eſt mercurius currens & vulgaris prout dictum eſt, qui non debet accipi prout in ſe eſt ſed in primam aquam ſuam reduci ſicut ini-

Quare in Antimonio lateat ens primum metallorũ & quare ex eo eliciatur.

Antimonij varia nomina.

Antimonium ibi prænotatur eſſe ſubiectum lapidis.

Lapis Philoſophorũ quid ſit.

tio dixi. Philoſophi dicunt, Lapis noſter fit ex mercurio qui tamen eſt prius aqua. Lapis vero nihil aliud eſt quam coctio ſulphuris & mercurij donec vna res fiant, ſicut percipietis omnia in vnam eſſentiam terminari. Deinde etiam ideò accipitur quia in eo (vt dixi) latet ſuprema rubedo & coloratio, vnde iure adhibetur vt lapidem coloret & augeat, vnde Bernardus in ſuâ Philoſophiâ ait, Nos facimus noſtrum lapidem & tincturam propter gradum altiorem quam natura ei conceſſit, & accipimus corpus quale terra dedit; quod fieri nequit niſi per hoc ſulphur, dicentibus Philoſophis, Lapis noſter non tingit niſi prius tingatur. 2. neceſſariò requiritur Antimoniũ quia in eo propriè primum Ens (i. virtus & ſpiritus generatiuus quieſcit, latet & exiſtit) quod omnia in ſuam naturam & eſſentiam mutat, & in ea debet induci: & quia Antimonium ex primi Entis natura & proprietate omnia corpora citiſſimè peruadit & ſoluit, neceſſariò ex naturali ſua proprietate lapidem ſubitò in ſe mutare & ſoluere debet, cum alioquin duræ naturæ non priuſquam per hanc feruidam & humidam eſſentiam molliatur & ſoluatur. Sicut enim ſemen in terra continuo calore humido terræ à ſua dura ſubſtantia liberatur, idẽ & hic intelligi debet. *Scito etiam cum duo hi ſpiritus ſc: rubri leonis ſanguis & albæ aquilæ pennæ vniti ſunt, quatuor elementa vnita eſſe in primo ſuo Ente, habere vim renouandi & omnia corpora in primam eſſentiam mutandi,* de quo Paracels. libro 5 de mercurio vitæ ait,

Ens primũ in Antimonio quid ſit

Cur Antimonium omnia ſoluat.

Rubri leonis ſanguis & aquilæ albæ pennæ vnitæ omnia ſoluunt.

Mercurius vitæ non ſolum virtutem habet homines renouandi, metallaque ex antiqua eſſētia in nouam reducendi: mercur. vitæ ferrum in primam ſuam eſſentiam reducit & denuò in ferrum redigit, & aurum renouat reducitque in primum ſuum mercurium & tincturam, denuoque digerit in aurum priori ſimile. Philoſophi dicunt & ſcribunt, *Cum corpus imperfectum reſoluitur in primam aquam, & illa aqua miſcetur cum noſtra aqua producunt aquā claram quæ omnia purgat. In hoc* dicto in primo principali labore per corpus imperfectum intelligitur antimonium minerale quod non eſt metallum neque à natura in venis terræ ſatis coctum, neque formam metallicam obtinuit, neque in aurum perfectum euaſit, eſt enim corpus minerale, ſeminaturus mercurius, igneus mercurius in quo purpurea caro & ruberrimus ſanguis teſte Bernardo in practica latent. vnde ſatis patet cur antimoniū ad hunc lapidem ſapientum ſeu ſupremam tincturam adhibeatur, abundeque vobis conſtat in quo conſiſtat radix naturalis eſſentialis & Philoſophicæ ſolutionis & aqua prima vera.

Antimoniū dicitur corpus imperfectum quod in primam aquā reſolutum omnia ſoluit.

Per corpus imperfectū quid intelligatur.

Mercurius igneus in antimonio latet & ſulphur igneum.

Tum verò fons ſeu balneum in quo metalla tingentia ſol & luna à ſua debent ſuperfluitate id eſt coagulatione diſſolui, aperiri, ablui & renouari, virtus eorum tingens multiplicari vt alia corpora imperfecta tingere poſſint in ſolem & lunam optimam.

Fons in quo rex & regina lauari debent eſt antimonium ſed in primam naturam reſolutum hoc eſt in mercurium.

TERTIA pars ad opus neceſſaria quæ in aqua mercuriali diſſolui debet & in pri-

Venus debet ſolui in aqua noſtra ſolutiua ut ex ea habeatur tinctura rubberrima hæc myſtica ſunt & de venere communi non intelliguntur.

mum ſuum Ens reduci eſt Venus, quia continet ſpiritum vitrioli qui eſt tertia pars ad opus requiſita. Spiritus enim ſalis metallorum prout in Venere latet habet virtutem cum reliquis duabus partibus, dura metallorum corpora (quæ poſt ſolutionem tamen conſeruat) acrimoniâ ſuâ ſoluendi. 2. Venus ſoluitur ob multiplicationem coloris auri, in eâ enim latet ſuperflua rubedo trium principiorum auri quã Archæus in præparationem auri naturali in venis terræ vt inutilem ad aurum ſeparauit in imperfectione eius, vnde Venus vocatur ſpiritus aut corpus ſemifixum, & hâc imperfecta metallicâ rubedine rubedo lapidis perfecta augetur, Venuſque à Philoſophis nominatur Dea pulcherrimi coloris, Lucifer, Iuno, Lucina & auctrix operis. Corpus autem Veneris eſt hermaphroditum mas & fœmina, album & rubrum, ſi ſpagirica practica id ſemen ſuum ſpermaticum reducatur, in quo iuxta Philoſophos eſt radix ad album & nigrum; tinctura (aiunt) ad album & nigrum ex vna radice oritur, ex qua in præparatione fit terra in quâ aurum & argentum ſeminantur, vnde intelligitur albedinem primo apparentem diuturno calore & coctione rubeſcere, vnereâ enim rubedine quæ iam in albo & nigro latet peruenit lapis ad igneam ſuam rubedinem, quinta enim eſſentia Veneris eſt ignea. Paracelſus de ſpeciebus metallorum ait, ſpiritus Veneris ſubiectus eſt duobus ſpiritibus metallicis ſolis & lunæ, inter metalla habitat incipiendo ab auro in tertia ſede natus ex craſſiori commix-

Rubedine veneris augetur vera rubedo tinctura phyſica.

tione quàm illi duo, vnde Philoſophi, ex craſſo ſubtile facimus, id eſt, ex craſſo elementari corpore aquam ſubtilem exaltatione ſolutionis qua corpus hoc fluidũ efficitur vnde in artem vocatur terra foliata ex eo (vt dictum) paretur. Satis audiſtis de trium partium proprietatibus & cur ad opus adhibeantur: ſequitur earũ PRAEPARATIO ac primum MERCVRII, quomodo ſc: in aquam reducantur, & primùm quomodo mercurius mortificetur, ſublimetur & cum ſocio ſuo regulo antimonij in aquam mercurialem conuertatur. Primo fac aquam fortem ſic. ℞. Vitrioli calcinati & ſalpetr. purgat. ana libras. 2. affunde aquæ pluuiæ tantum quantum in calcinatione ex vitriolo perijt, abſtrahe ſpiritus, & cum præparata erit ſerua bene. ℞. Mercurij viui puri colati libr. 1. ſolue in dicta aqua q. ſ. ſoluetur in aquam claram: tum ℞. Vitriol. calcinati ad citrinitatem & ſalis coſti ana. libr. 1. Salpetr. quartam libræ parte tere bene ſimul in vrceo aut vitro fortiſſimo miſce cum aqua & mercurio, moue citò, ſpatula appone alembicum, luta, & in arena igne lento aquam ſeu phlegma abſtrahe, vbi ſiccum erit auge ignem & ſublima mercurium qui aſcendet niueus in alembicũ, vbi refrixerit ſublimatum hoc accipe, tere & denuo cum ſupradictis materijs nouis eodem pondere quo prius miſce, abſtrahe, ſublima, & ſic ſepties, & ſic præparatus erit vt in aquam mercurialem ſoluatur; cum ergo circulum ſphærarum ſeptima ſublimatione percurrerit

Methodus reducendi mercurium in aquam philoſophorum, hæc omnia ſophiſtica ſunt, & particularia ſunt an autem vera ſint dubito quo circa nihil notatu dignum hic reperio.

Hæc ſunt vt mercurius ſublimetur ſepties & depuretur ſummopere, vt coniunctus cũ regulo tincturam in eo latentẽ, ſua ſubtilitate extrahere queat, ſunt qui glorientur eo modo ſe extraxiſſe tincturã mirabilẽ, id autem an verum ſit experientia indiget, ra

ctio autem ſola non vſque pene trare poteſt, quia in antimonio eſt ſumma tinctura.

Persiſtit author in declaranda via & methodo reducendi ſublimati mercurij & reguli in oleum rubeũ miræ virtutis.

Hic viuus mercurius qui educitur eſt ex ſublimato, vno regulo, regulus enim floreſcit & tranſit cum ſpiritu ſalis & vitrioli, qui ſublimato includitur in oleum illud ſubrubeum.

℞. Mercurij ſublimati, & Reguli antimon. cũ tartaro præcipitato fuſi ana libr. 1. tere regulum optimè & mercurium, miſce paulatim ſemper terendo materiam ſubito in vas forte inijce, luta citò, excandeſcet enim vt manus nuda calorem ferre nequeat, ideò lutatum in aquam immerge donec per ſe refrigeſcat: tum in balneo Mariæ per 40. dies putrefiat, per varios colores ibit & ſupra materiam ad latera vaſis adhærebit pulcherrimum, ſublimatum eſſentialis ſc: mercurialis materia ſalis inſtar criſtallini ſubalbidi, argentei mirandi quo pulcrius meis oculis non vidi vnquam, & quoties vas digitis pulſatur ſublimatum hoc in fundũ recidit ſcabiei inſtar, denuoque eleuatur, quod ſimul ac extractũ aërj exponitur, reſoluitur in aquam viſcoſam ſeu oleum & fumat nebulæ inſtar, vocaturque à Philoſophis hyle. 1. ſubtilis operatiuus ſpiritus & mercurius Philoſophorum. Elapſo putrefactionis tempore exime materiam ex vitro, tere omnia ſimul, pone in retorta commodâ, diſtilla per araneam primo lentè, auge paulatim ignem, aſcendet oleum vel materia alba ſubrubea & multum viui mercurij, ſine recipientem benè obturatum in calore lento paulatim tepeſcere, tunc aquã mercurialem & mercurium ſeparare poteris, ſeparata ſeorſim aſſerua & aquam optimè obtura ne euaporetur. Remanens ſeu regulum ex retorta extrahe, tere, aquam ſeu oleum ſeruatum affunde, luta alembicum, pone in balneo per 14. dies vt putreſcant, diſtilla rurſus in arena per retortam, primò igne lento, mox

paulatim

paulatim aucto, prodibit primo oleum rubeū, mox aureum quod ſerúa, & hoc ter quaterue itera fietque oleum hoc ſemper magis magiſque ſpirituale, clarum, virtuoſum, igneum & penetrans. ſic aqua mercurialis Philoſophorum parata eſt quæ eſt fontina pro Rege de quâ Bernard. loquitur.

Fontina Bernardi cui ſani qualis & vnde oriatur.

Præparatio Veneris ſic fit. ℞. Laminas ſubtiles Veneris ex marte factæ ſi haberi poſſit, olioquin veneris communis fac ſ. ſ. ſ. cum vitrioli calcinati partib. 2. ſulphuris triti part. 1. in magno crucibulo lutato quod habeat ſpiraculum pone in fornace reuerberationis per 6. aut 8. horas donec candeſcat neque tamen fluat conuertentur laminæ in æs vſtum, laua aqua calida & ſine eas ſiccari, deinde hoc æs vſtū ſubtiliſſimè tere pone in amplo vaſe, affunde aquā Regis vt ſupernatet, relinque in calore lento die & nocte donec fiat cœrulea ſefunde; affunde nouam, & hoc itera donec maxima pars æris vſti ſoluta ſit, ſolutiones filtra exactè, in bocia in balneo M. abſtrahe flegma vſque ad ſpiritus, bociam lutatam in loco frigido repone, eijciet criſtallos ſapphirini coloris tunc poſt 4. aut 5. dies aquâ ſefuſa lapillos ſeu vitriolum in calore lento ſicca & parati ſunt. Ex his lapillis ſeu vitriolo poteris quintam eſſentiam Veneris cum aceto diſtillato & deinde cum ſpiritu vini extrahere & ſiccare & vſitato pondere ad opus ſupradictum vti vt ſequitur.

Æris vſti præparatio optima, qui tincturam rubeam dat maximam ſi ſoluatur in aqua mercuriali ſupradicta.

Hæc ſolutio æris vſti non probo quia per aquam fortem ex ſententia omnium chymicorū tinctura interna comburitur, melius eſt cū aqua mercuriali extrahere tincturam hāc

COMPOSITIO OPERIS. ℞. Cum Deo Aquæ mercurialis partes 3. Eſſentiæ quintæ Veneris extractæ part. 1. coniunge in thalamo,

Fornax arcanitatem eſt Athenor quia ibi coquuntur & perficiuntur arcana.

Hæc tinctura melius perficitur ſi vna cum ſublimato & regulo crocus martis rite præparatus imponatur & fiat diſtillatio vt ſupra ſic tinctura martis aſcẽdet, & oleum mercurij & reguli aſcendet rubicundius multo, & hoc rectificatum ſuper feces erit nobilius ad tincturam ex auro calcinato extrahendam & coctionem fixandam. Nunquam vaſa ſunt recludenda dum digeritur & coquitur materia quia ſpiritus volatiles qui ſunt forma rei, euolarent & ſic

optimè luta, ne captiuus euadat, pone in fornace arcanitatum & calorem modicum ſerua cõtinuè qualis eſt gallinæ oua fouentis, ſic quinta Eſſentia corporis imperfecti ſolutione victa denigrabitur. Hæc nigredo (ſecundùm omnes Philoſophos) eſt radix & verum principium benedicti lapidis. Simulac enim ſoluitur ſulphur veneris & mercurij faciunt nigredinem, ſerua ignem lentum donec nigredo in vitro aſcendat (dicitur ſpiritus ſeu quinta eſſentia lapidis) denuoque in corpus deſcendat, tunc enim indies progerminabit terra, ſuſcipietque aquam donec illa ſiccetur, ſic enim anima non amplius aſcẽdet & aqua corpus nigrum niuis inſtar dealbabit. Cum albeſcere incipiet auge ignem parum & erit prorſus album, hæc eſt terra benedicta lapidis nobiliſſimi, ſi vis tingere in album ſemina in hâc terrâ lunam, ſi rubrum ſemina ſolem: vnde Philoſophis; ſolue corpus, coagula ſpiritum; tinge deinde in album aut rubrum ad libitum. Nota vero hoc in quo multi errant Magiſtri ſibi viſi dicentes, Lapidem denigratũ tere & aqua mercuriali imbibitum coagula, hoc falſum eſt, hic enim lapis ſeipſum denigrat, dealbat, rubefacit, quæ omnia in vno vaſe fieri debent ad albedinem vſque, quod ſi ad album tingere nolis relinque vas occluſum & auge ignem vt ad aureum colorem perducatur.

TINCTVRA ALBA. Tincturam albam facturus fermentaturus, corpus mortuum lunâ animaturus, & viuificaturus vt ſplendidum & album colorem ſulphur lunæ habeat procede ſic. ℞. Terræ part. 1. Fermenti lunæ optimè pur-

gatæ & ſubtiliſſimæ part. 2. aquæ benedictæ mercurialis part. 4. Corpus mortuum optimè tere, & omnia in vitro optimè obturato conjunge ne quid euaporet, pone in calore modico vt prius, tunc intra 40. dies denuò apparebit caput corui, rege vt prius donec nobilis hæc tinctura poſt omnium colorum viciſſitudines niuis inſtar albeſcat iuxta gradus ignis & ſic hæc tinctura ad Lunam præparata eſt. Nota. Cum albeſcere incipit auge paulatim ignem & tandem fortiter donec hæc tinctura in ſuo colore fixa fiat, quod probabis in lamina Veneris ſi fumet ſine adhuc igne aucto fixari, quâ metalla perfecta creare potes.

periret res omnis.

Hæc õnia myſtica ad literam falſa quia ex metallis vulgaribus non educitur vera tinctura quia ſemine metallico ſunt diſtincta, ſine quo ſemine non dari poteſt tinctura.

TINCTVRA RVBRA eodem modo fit ac alba donec fixiſſima & perfectiſſima fiat & ad gradum ſupremum perueniat, ita ad aurum parata eſt, qua etiam potes corpora inperfecta tingere.

Opus rubeum qua ratione fiat.

AVGMENTATIO nobilis huius lapidis variè à varijs exponitur, ab artis ſtudioſis occultatur, ita tamen intelligenda eſt. Lapis non augetur aliter quam per ſuam fluiditatem, id eſt, vt ſæpè cum ſuâ aqua mercuriali in radice vniatur, ſoluatur, coaguletur & fixetur ſiue ad album ſiue ad rubrum: & quoties ſolutio fit toties plures partes tingit, ita vt tandem pars vna tingat mille, ſicut granum croci multum aquæ croceo colore inficit, ex quo augmentatio patet. Gratiæ Deo Creatori omnium per Ieſum Chriſtum cum ſpiritu ſancto &c.

Augmentatio qua viâ fiat ſed caue ne decipiaris.

Hæc ita myſtice dicuntur quia vere ad verum opus ducũt ſimilitudine & allegoria quadam.

Anonymi opus furtũ alterius Anonymi.

SECVNDA PARS. DE VIA vniuerſalj humida.

SEquitur iam altera pars de viâ humidâ ex qua clariſſimè patebit in quanam materiâ Philoſophi verum aurum potabile quæſiuerint, quomodo aurum Philoſophicum ſoluerint & ſic medicinam ſupremam vitæ humanæ conſeruandæ & prolongandæ inuenerint.

Electrum minerale innaturum eſt antimonium.

Vt itaque opinionem meam breuiter dicam ſequar Theophraſtum expreſſe dicentem materiam, eſſe electrum minerale immaturum, cum verò omnes Philoſophi fateantur in nulla re præterquam in auro quærendam eſſe tincturã &c: ſupra. pagina. 188. vſque ad pagin. 190. & hæc verba. Vnde inter metalla primum locum ſibi vendicat, aurum & argentum; Quomodo autem hæc tinctura paranda ſpeciali tractatu in fine ſubiuncto docebo, & modò de electro rationes Philoſophicas meas declarabo.

Nihil aliud eſſe poteſt hoc aurum immaturũ quam antimonium, cum purget aurum & augeat illius tincturã quod fieri non poteſt niſi a ſimili

Cum itaque ex Philoſophorum ſcientia hic theſaurus in ſolo auro inueniri poſſit, tamen nõ ſequitur inde eſſe aurum vulgare in igne depurgatum, ſed Theophraſtus nominat aurum minerale immaturum, Treuiſanus librum aureum multorum foliorum &c: ſupra fol. 190 ad. 191 quaſi coctum panem.) Ideoque dicunt Philoſophi noſtra terra Lunæ vel ſolis &c: vide ibi, & hîc pag. 52. Quod acceptum prudenti artificio frangatur & in calcem redigatur non aqua Regis aut alio corroſiuo ſed ſpirituali & vaporoſâ eſſentia, itaque cuſtodiatur, eiuſque praxin ve

Eſt aqua ſua quæ ex minera antimonij, per digeſtionem elicitur.

recte inſtituamus ſequamur Theophr. & Treuiſan.

Treuiſanus ait ſe inueniſſe fontem &c: ſupra. 192. ad. ducit originem ex fontibus Philoſophicis. Et hoc eſt ſecretum Microcoſmi vt homo benè valens vinum bibat & vrinam colligat, ſal vrinæ artificioſè præparet, vt hoc arcanum tartari hanc efficaciam habeat vt minima eius quantitas quemlibet ſpiritum vini momēto oculi coagulet & in nobilem, ſuauem & vltra marinum ſalem conuertat, & ab omni aquoſitate præcipitet: &, vt ait Theophr. in liquorem ſuum per ſe reductum auroque volatili ſuper fuſum vt tribus digitis ſupernatet purè & ſubtiliter illud ſoluit corpuſque album in fundo relinquit, illa enim ſolutio nullo alio remedio commodius fieri poteſt quam ſale hoc Microcoſmi ſeu arcano tartari, vnde Philoſophi, Et ſi Deus omnipotens hoc ſal non creaſſet &c: hic pag. 54. Et hoc ſal in ſolo vino latet, quo ſit prima ſolutio. ſupra. pag. 194. ad. noſter Lapis triplex eſt vegetabilis, naturalis & mineralis. Vegetabilis cum vinum ſit res vegetabilis, animalis quia vinum per tartarum humanum in arcanum Microcoſmi reducitur; mineralis cum aurum ſoluatur & per eum in liquorem reducatur. Et antiqui Philoſophi dicunt, omnes qui omnia homines ſecum habent &c: & Adamū lapidem ex paradiſo ſecum tuliſſe, *& pauperem eum æque ac diuitem habere, quæ omnia ſal vrinæ notant*, quod Philoſophi adeò profundè abſconderunt neque vnquam in ſcriptis ſuis verbis expreſſis nominauerunt. Veruntamen ſal vrinæ

Cauendum eſt ibi ne vrinam comunem accipias pro vero ſubiecto.

Solutio auri ſpiritu vrinæ fieri non poteſt ſed ſpiritu mercurij qui vrina dicitur multis in locis.

Sap. 193.

Nota hanc explicationem.

Sal vrinæ vt Criſtallus clarus eſſe debet eſtq, homini remedium podagræ. ſummum.

Philoſophico more rectè debet præparari ne ſpiritus vitæ ex illo euaporentur, ſed vt appareat album, nitidum, criſtalli inſtar pellucidum; eſtque per ſe abſque alio humano corpori nobile remedium, & præſeruatiuum, eſt enim initio ſolutio omnium morborum podagricorum & tartareorũ in corpore humano prout omni Medico notum eſt, quia hæc eſt ratio, quia homo alioquin naturaliter in ſe habet ſpiritum ſalis cum quo hic ſpiritus commixtus & vnitus eſt: tum etiam Microcoſmus ante in ſe continet plura alia ſecreta prout dixi, vnde hic ceſſo & ad propoſitum redeo.

Sal ſcilicet vrinæ optime præparatus & in nobilem liquorem conductus auro puro connecti debet, & coqui lente, vt ad vltimum colorem rubicundiſſimũ deveniat. ſed hoc de ſpiritu Mercurii intelligi habent, quia mercurius vrina dicitur metallica pelicaniata.

Nobilis hic liquor & aurum potabile ita ad effectum ſuum productum, ſuauem hunc odorem adeptum miramque vim nactum, opus iam tandem flores ſicut arbor fructus ferre debet, tum artifex primo opere perfecto maximum laborem perfecit, fructibuſque fruiturus hunc mercurium ſolis ſecundum ſuam pelicatinam eſſentiam in vaſe Philoſophico (quod matrix ſeu ouum eius dicitur) ponat, Hermeticè ſigillet & vero Philoſophico vaporoſo igne non materiali, ſed ſecundùm Bernardũ calido & humido aëre vaporoſo & clauſo regatur, & iuxta Theophr. in libro de Aurora, ſummariter hæc eſt materia noſtri ignis vt accendatur per quietũ ſpiritum ſenſibilis ignis tanquam calefactum chaos vas noſtrum gliſcens &c: *Ignis enim philoſophicus à nullo vnquàm philoſopho deſcriptus fuit, adeò ſecretum eum conſeruarunt vt vnus alteri non niſi in lecto moriturus ſecretò in aurẽ dixerit ſecreti inſtar in mortem retinendi.* Si er-

Ignis naturæ valde ſecretus.

go in hoc regimine ignis conſeruetur indies paulatim coagulabitur & aſcendet & deſcendet & vt Theophr. dicit donec in medio maris inſula appareat, indieſque in nigredinem capitis corui inclinet & ordine colorum ad ſupremam rubedinem & perfectiſſimam tincturam perducatur, quæ eſt theſaurus pretioſiſſimus & ſummum arcanum mundj quod Deus homini mortali manifeſtauit. Hæc eſt enim filia ſapientum tanquã ſponſa ornata viro ſuo, in capite coronam portans ſeptem ſtellarũ rutilantium: felix ergo cum ſciente, nam qui artem illam habet incomparabilem theſaurum habet coram Deo & hominibus erit ditatus & honoratus, quia non per vſuram nec per oppreſſionem pauperum vt diuites ſunt, ſed per induſtriam operis & manuum laborem beatus erit. Præparario veri arcani tartari 1. ſalis Microcoſmi aquæ menſtrualis Philoſophicæ ad aurum potabile.

Hæc non ita eneniunt ex ſpiritu vrinæ, ſed ex ſpiritu mercurij qui vrina dicitur apud philoſophos, perin de hic cauendum.

℞. Vrinæ pueri decennis puri, ſani, vinum bibentis bonum & maturum menſuras 16 vel 20 funde in vrceum magnum non ſimul, ſine phlegma in balneo euaporet; liquor mellei coloris in fundo ſubſidet, quem in tres aut 4. cucurbitas diuide & ſingulis menſuram ſpiritus vini rectificati affunde, appone alembicum cœcum, luta, putrefac in balneo per 8. dies lento igne ne bulliat ſic vtraque materia animalis & vegetabilis eſſentiæ vnientur quod eſt verus ſpiritus mercurij aut ſulphur viuum animalis & vegetabilis eſſentiæ. Putrefactione facta cucurbitas in cineribus pone affixo alembico benè lutato, diſtilla primo lentè, deinde fortius, &

Præparatio ſpiritus vrinæ ad aurum ſoluendum.

tranſit arcanum tartari ſeu ſal Microcoſmi cum ſpiritu vini criſtallino colore quæ Philoſophorum memo ſeparare poteſt; ſefunde ſpiritum vini & denuo affunde fæcibus, diſtilla vt prius elicies adhuc plus ſalis, quod itera toties donec nihil amplius ſalis tranſeat, fæceſque ſeu terra mortua in fundo remaneat Philoſophorum nigrum nigro nigrius, quod ſeorſim aſſerua.

Hæc omnia vera apparent in diſtillatione huius vrinæ ſpiritus ſed an proſint ad aurum ſoluēdum dubito.

Hunc ſpiritum vini cum criſtallis ter in cucurbita minus alta rectifica vt fiat ſeparatio puri ab impuro, & impurum quod poſt ſingulas diſtillationes in fundo remanet ſemoue, ſic animam ſeu ſpiritum optimè paratum hàbes, caue ne euaporet.

Præparatio terræ nigræ quæ in fundo remanet poſt diſtillationem ſpiritus hæc omnia ego ipſe feci, ſed nunquã potui coniungere ſpiritum hũc, cum terra ſua fixa quãtunuis à fecibus ſuis vindicata.

Terram 1. nigrum nigro nigrius in vaſe bene clauſo ſine per aliquot dies mediocriter candere (ne tamen fluat) donec albeſcat perfectiſſimè, calcinatam pondera & affunde in bocia commodà octauam partem æqualis ponderis ſpiritus vini ſeu animæ clarificatæ, ſeu ſalis tartari, appone alembicum cœcum, luta, pone in fimo equino in capella cum cinerib. cribratis, non profundius quam materia ſerua in calore ſoli ſimili per 8. dies donec ſpiritus & terra coagulentur nec amplius aſcendat, tunc ſine refrigeſcant, ſolue lutum, appone alembicum & aucto leniter igne aliquantulum phlegmatis diſtillabit aquæ fontanæ inſtar dulce; cum ergo phlegma ferè totum ſeparatum eſt affunde denuò vnam octauam aquæ menſtrualis præparatæ appone alembicum cœcum, procede vt prius octo diebus, hunc laborem imbibendo, digerēdo, diſtillando & coagulando repete octies do-

nec ſpiritus & anima cum ſua terra coaguletur & ſic vtrumque in fundo ſal-armoniaco fuſo albo ſimile remaneat, terraque nihil de pondere ſuo amittat, & hæc terra imbibita cum ſuo ſpiritu debet in cœlum Philoſophicum aſcendere prout ſequetur. ℞. Hanc terram optimè tritam pone in vitro globoſo luta alembic. cœcum, pone in cupella cinerum igne lento donec totum ſublimetur criſtalli inſtar pellucidum, cũ refrixerit pure & ſubtiliter exime & aſſerua in vitro. Hoc eſt Philoſophorum ſal Elembrot & centum alia nomina habens mineria in vitro creſcere faciens ſicut vegetabilia in agro.

Sic cadauer viuificaſti, ei ſpiritum ſeu arcanum ſuum infudiſti & in eſſentiam immortalem reduxiſti. Hanc terram ſublimatam diuide in duas partes æquales, vnam ſerua, cum altera procede ſic. Pone terram hanc in cucurbita cõmoda ita vt duæ tertiæ vacuæ maneant, aſſunde quadruplum ſpiritus & animæ reſeruatæ, appone alembicum cœcum, pone in cineribus calore lento ſolaris inſtar biduo continuo, exime, diſtilla, ſpiritus & terra ſimul tranſibunt. Hanc aquam in cucurbitam pone vt duæ tertiæ vacuæ maneant, appone alembic. cœcum pone in balneo Ror. in operculo bene clauſo ſine putreſcat per xxx. dies calore lento qualis eſt gallinæ fouentis oua. Exime vitrum cum materia lentè ne turbetur, videbis fæces ſeu confuſam materiã innatantem telæ araneæ inſtar quia putrefactio ſeparauit purum ab impuro, aperi vitrum & clarum per inclinationem ſenſim ſefunde à fæcibus in aliud vitrum purum. PROCESSVS

Hanc ego non potui videre ſublimationẽ & ſi omnia exacta peragerem credo tamẽ fieri poſſe ſi ambo coniuncta putreſcant & ſic imbibãtur multoties donec terra fixa multum ſpiritus imbiberit.

Si terra hæc ſublimata aſcẽdat cum ſpiritu ſuo exiſtimo aurũ ſolui poſſe cum illa aqua, infoelix tamen fui in præparatione illius, nec vnquã potui vnire ſpiritum vrinæ cum terra ſua fixa. Et hæc vnita ſublimare, ratio tamen dictat hæc fieri poſſe.

Auri ſolutio cũ ſpiritu vrinæ. Regulus antimonij hic coniunctus adiuuat multũ ad ſolutionem auri, quia regulus antimonij eſt crudior, ipſo auro, & eſt eiuſdem eſſentiæ. Ex iſtimo calcem hãc ſic præparatam ſolui poſſe in ſpiritu vrinæ ſuperius præparato, ſed ibi expoſtulat aquam mercurialem circulatam quod quidẽ me confirmat vt credam ſpiritum hunc vrinæ eſſe ſpiritum Mercurij, ſpiritus autem mercurij circulatus vere ſoluet radicaliter hanc

cum AVRO. Primo aperiatur & calcinetur aurum ſic. ℞. Aurj Vngarici partem vnam. Reguli Antimonj part. iij, ſine ſimul fluant in crucibulo, effunde in vngulam, tere minutiſſime, & in cucurbita ampla affunde parum aquæ Regis non admodum fortis, ſine ſic per dimidium diem macerari, affunde amplius aquæ Regis vt in calore lento ſoluatur, licet ſeipſum accendat, aqua fit citrinea, claram ſefunde, affunde aliam & ſic procede donec omni auro extracto aqua non amplius citrineſcat. Ex his ſolutionibus omnibus abſtrahe ſpiritum per alembicum in cineribus, calcem aqua pluuia diſtillata dulcora & in arena calida in vitro plano ſicca, & mox in crucibulo puro candefac ne tamen fluat & eſt parata. ℞. Calcis huius in cucurbitâ commodâ partem. 1. aquæ mercurialis circulatæ part. 2. appoſito alemb. cœco & lutato pone per 3. dies in balneo Roris in putrefactionem, deinde pone vitrum per 2. dies in cineres ad digerendum in calore ſolari, cum refrixerit menſtruum maxime citrinum erit, coloratum à calce ſefunde, affunde aquam menſtrualem nouam procede vt prius, itera ter vel quater, donec aqua menſtrualis non amplius coloretur & anima ſolis extracta corpus in fundo iaceat album, quod probabis ſic, Accipe terræ ſolis aliquantulum, proijce ſuper laminam argenteam candentem, ſi non fumet benè eſt & eſſentia ſolis in aqua menſtruali optimè ſoluta eſt. Deinde ſic procede. Hanc extractionem ſeu eſſentiam ſolis pone in cucurbita vt duæ tertiæ vacuæ maneant abſtrahe aquam men-

ſtrualem in balneo M. igne lento remanebit in fundo liquor ſolis citrinus adipis inſtar liquidus, exime, appone alembic. cœcum ne aër intret & in loco ſeparato ad tempus ſuum aſſerua. Aquam ſic diſtillatam à liquore ſolis pone in cucurbita cum æquali pondere terræ ſublimatæ reſeruatæ ac fuit auri pondus ante ſolutionem, alembic. cœc. appone, luta, putrefac 24. horas; ſoluetur terra in aquam menſtrualem quã affunde liquori ſolis aſſeruato, appone alemb. cœcum, luta, ſine in balneo Roris per 8. dies vt putreſcant, pone in B. M. diſtilla igne lento vt parum tranſeat, quod denuo refunde ſuper materiam, putrefac per 12. horas igne lento, diſtilla, donec aqua tranſeat citrina, auffer recipientem cum aqua clara, appone promtè alium recipientem, auge ignem tranſibit aqua menſtrualis cum aëre ſolis crocea per alembicum, vrge donec nihil in balneo velit aſcendere, cum refrixerit aufer alembicum & ad fæces refunde (erunt in fundo ſanguinei coloris) aquam prædictam menſtrualem abſtractam, miſce ſingulis vicibus aliquantulum menſtrui circulati, quantum ſc: in diſtillatione amiſit, vt maneat ejuſdem ponderis cujus ab inicio fuit, & procede ſicut ab inicio, tranſibit extractio ſolis per alembicum, itera hoc donec aqua affuſa non amplius fiat crocea, ſic omnem eſſentiam ſolis diſtilláſti. Omnes has croceas diſtillationes accipe & in cucurbitâ in cineribus diſtilla quod tranſire vult, manebit aliquantulum terræ albæ in fundo, vitrum exemtum purga, diſtillatum denuò diſtilla, itera quater vel quinquies donec eſſen-

calcem & in tincturam veram & realem cõuertet & multiplicari poterit hiſdem & ſimilibus materijs. Perſiſtit hic in manifeſtatione auri potabilis faciendi, at ego ſuſpicor, ne ſpiritum mercurij ſpiritum vrinæ intelligat, cum inferius terram ſublimatã accipiat ad acuendum ſuum ſpiritum qui in ſolutione auri, multum virtutis amiſerit & vt temperet terrã ſublimatã acipit, nihil autem ſublimari poteſt, quin naturã auri habeat. Ego non exiſtimo aurum ſo-

tia ſolis non relinquat amplius fæces ſeu terrã in fundo ſed pura & clara tranſeat, & ſic eſt clarificata: pone in vitro putrefactorio collo anguſto duabus partibus vacuis, vas Hermeticè ſigilla putrefac in balneo roris 40 dies, cum refrixerit inuenies in fundo aurum potabile ſanguinei coloris rubini inſtar, odoris & saporis ſuauiſſimi, cui nihil in terrâ ſimile, quod ægrotos mortales ad ſummam ſanitatem perducit, prout in fine alterius practicæ huius operis dicitur.

Lutum aſcẽdere poſſe & tranſire per alembicum quin hoc habeat à mercuriali aqua volatili cuius ſolius eſt aurum ſpiritum facere.

Hæc eſſentia ſolis volatilis facta, & per alembicum tranſacta eſt miræ & ſtupendæ virtutis, eſt enim valde penetrans & ſubtilis ſi tamen fixetur auro ſoluto de nouo, erit adhuc nobilior.

Aurum potabile verũ coloris ſanguinei.

PROCESSVS cum MARCASITA auri.

ſequitur altera practica ſeu opus viæ ſc: humidæ in marcaſita aurea, quomodo primum Ens ſeu vera eſſentia ſolis, id eſt, ſulphur eius abſque corroſiuo ad medicinam obtineri poſſit. ℞. cum Deo marcaſitam auri puriſſimam lotam auro plenam qualiſcunque coloris ex igne prodeat ſi in eo probetur, ſiue in eo fœteat ſiue non, modo auro ſcateat, reuerbera exactiſſimè in flamma ignis per quatuor horas lignis faginis ſic odorem ſulphureum amittet. ita reuerberatam ſenſim merge in aceto bis diſtillato, ſine in cinere aut arena calida donec flaueſcat aut ſub viride fiat, clarum ſefunde: & nouam marcaſitam accipe, reuerbera & ſolue vt prius, & hoc donec habeas ſpiritus ſoluti libram anam aut plus. Hoc acetum pone in B. M. & diſtilla leniter ad ſextam vſque partem, cum refrixerit in loco opaco in fundo reperies lapillos pellucidos cœruleos aut ſubuirides, à quibus ſepara reliquũ acetum & lapillos in marmore nouo puro calore lento ſicca. Deinde accipe aquæ vitæ ℥op:

Calcinationem hanc marcaſitæ non exiſtimo bonam eſſe & ſecũdum artem quia ſemẽ auri quod

timæ aut aquæ menſtrualis octies diſtillatæ vncias nouem, diuide in tres partes, & lapillorum etiam vnicas 9. diuide in 3. partes, conjunge ℨiij lapillorum cum 3 vncijs aquæ diſtilla in B. M. in alembico optimè lutato lentè ad ſeparationem aquæ, & caue ne vitrum evaporet; ſimiliter cum reliquis duabus tertijs procede, aquas coniunge, ſerua, vim habet aurum purum in ſpiritum vertendj, extrahitque ſulphur ex eo, quam aquam Philoſophi multis & varijs nominibus appellarunt, ſic aquam habes.

AVRVM deinde ſic præparatur. ℞. Auri puri limati aut laminati partes. 8. cinabaris puriſſ. part. 1. tere ſimul & in teſta plana pone in furno humili reuerberatorio ad ligna fagina per 24. horas, repete tertiò, ita aurum ſupra teſtam excreſcit & goſſypij inſtar ſubtile fit, neque majoris eſt ponderis quam inicio fuit, quia cinabaris in reuerberatione prorſus conſumitur. Huic auro in vitro puro affunde acetum forte diſtillatum vt ſupernatet 3. digitis pone triduo in cinerib. calidis, acetum colorem ſubuiridem accipiet, ſefunde acetum; aurum abſque cinabari reuerbera vt prius, aceto nouo affuſo ſolue vt prius, ſefunde hoc acetum & cum priori miſce; procede reuerberando & ſoluendo donec habeas ſulphuris auri quantum voles.

Deinde acetum hoc ſeorſim in cucurbita magna in B. M. diſtilla, manebit in fundo puluis auri coccineus, ita aurum paratum eſt vt ſoluatur in vino in prima aqua vitæ, vel in primo ſpiritu ſuo in quo primum in marcaſita auri creuit, & vnde in prima ſua eſſentia primam ſuam

eſt volatile evaneſcit per hanc calcinationem quod tamen eſt conſeruandum omni arte, eſt enim fundamentum artis, modus faciẽdi aquam aurum, ſpiritualiſantẽ, modus tamen hic erit melior accipiatur marchaſita aurea teratur optime & cũ aqua laudati fõtis ponatur in vitreo vaſe optime clauſo, & putrefiant ambo in vẽtre equi per menſẽ deinde diſtillẽtur, & per cohobationes multas: teretur diſtillatio donec aceſcat aqua & hoc acetũ cum noua marchaſita

aurea impõnatur & putreſcat denuo donec tincturã extrahat ex marchaſita, quæ quidẽ tinctura volatilis facta aurum commune calcinatũ cum mercurio & ſulphure, in ſpiritũ vertit & per alembicum tranſire facit.

Aurum purum hæc aqua in ſpiritum reddit

Hoc acetũ quod ibi adhibetur ad ſolutionẽ auri, non eſt commune ſed ex marchaſita ipſa extractum vel ex minera antimonij.

Sic paratũ aurum facili via ſoluetur in ſpiritu ipſius vini & dulceſ

originem traxit. Tum accipiatur primò ſolutio & coniunctio ſpiritus & corporis vt vniantur & nobiliſſima ars perficiatur, ſicut ſupra dictum eſt.

CONIVNCTIO ℞. ſolis oppoſiti & reuerberati & extracti ʒi ſpiritus marcaſitæ ʒiij pone in vitro tali benè lutato ne quid introëat vel exeat alioquin corrumperetur ab aëre & alijs elementis, pone in balneo ſupra ignem lentum vt manus aquæ calorem ferre poſſit, rege per 40. dies hos primo ignis gradu, quo tempore aurũ putreſcit & nigreſcit, inque primam ſuam materiam reducitur, & ſic natura naturam ſuſcipit. Vitrum autem bene ſigillatum in fornace calore lento regatur, ſic materia in ſummo vaſis in nigram verſa notat corpus verè in mercurium ſeu ſpiritum mutatum, tunc auge ignem donec materia ſalis fuſi inſtar albeſcat, ſed inter hos duos colores intercedunt omnes colores jmaginabiles, ſed ſola albedo conſtans eſt; auge ignẽ ad alium gradum donec rubeſcat, & inter album & rubrum intercedet citrineus, & quo magis vritur eò magis rubeſcet, & tunc tinctura ſeu medicina parata eſt, quæ ſoluta & denuò coagulata eòque magis exaltata tingit in ſolutione & coagulatione vnica vna mille vnicas in aurum natiuo melius, in igne enim ceræ inſtar liqueſcit & in frigore rubini inſtar coagulatur. Lapis ergo noſter prouenit ex ſulphure latente in auro; in prima enim ſolutione apparet nigredo, in ſecunda albedo, in tertia rubedo, & in quarta proiectio, & in hoc gradu ars noſtra perficitur, & omnes antiqui artifices tacent

mercurium & ſulphur. *In noſtra enim arte vna tantum eſt aqua in qua ſpiritus eſt quem multi quærunt & pauci inueniunt ob nominum illi datorum multiplicationem vt ars ſit occulta.*

RECAPITVLATIO.

COquatur aqua in fornace donec nigrum albeat, cum albuerit non relinquatur aqua in vaſe ſed ponatur in cineribus cum lumine tertij gradus, igne æquali, apparebit flauedo; augeatur ignis ad quartum gradum purpuræ inſtar rubeſcet. hæc eſt tinctura tingens mercurium & lunam in ſolem, & quò magis ſoluitur & coagulatur eò maior fit virtus eius prout dixi; ſpiritus enim ſoluit corpus ſuum quod in viſceribus terræ genuit, & corpus coagulat ſuum ſpiritum, vnitur cum eo & fixat eum fixatione æterna, & ſi ignis rectè regatur ars lapidis Philoſophici vera inuenitur nec fruſtra laborabis.

DIVISIO TINCTVRÆ rubræ vt pars vna ad mille partes ingrediatur. Fac tibi pōdus probatorium vt marcam contineat, diuide in ſemuncias, ſemuncias in drachmas, drachmas in denarios, denarios in obolos, quo pondere diligenter facto non errabis, ſed numerus & diuiſio coincident vnà in mille partes ita vt marca auri duas dragmas tincturæ accipiat.

PROIECTIO. ℞. Tincturæ part. 1. metalli perfectioni proximj partes. 1000. miſce in vaſe commodo, luta, pone in fornace fuſionis Philoſophico more igne primò lento, auge paulatim per triduum, donec indiſſolubiliter vniā-

cet. Spiritus hic marchaſitæ eſt verum ens primum auri, & verum acetum Philoſophorū & verum lac virginis.

Aurum dū nigreſcit ſignum verum ex ſe præbet veræ ſuæ diſſolutionis

Albedo & rubedo in opere Phyſico, ſunt conſtantes & permanētes quia hi ſolicolores á maturo & Perfecto ſulphure originem habent.

Lapis philoſophorū vnde proueniat.

Spiritus hic & aqua vera Philoſopho. ſupra deſcripta eſt in ſpiritu marchaſitæ fol. 308

Hæc recapitulatio optima eſt, & legibus artis & naturæ correſpondet, itaq? prænotāda eſt. Spiritus ergo hic ex mineris auri extrahēdus eſt cū in his ſolis reperiatur, nam in metallis fuſis per fuſionē euanuit cū ſit volatilis & leuiſſimo igne euaneſcat.

rur, & eſt res ſeu opus triduj: hujus materiæ pars vna commixta mille partibus metalli perfectioni vicini, non imperfecti, & eſt opus vnius diej & horæ, opus diuinum à Deo datum.

TINCTVRÆ Vſus Medicus. ℞. Tincturæ granum integrum aut dimidium ſolue in menſura vini Cretici aut ſpiritu vini, & rubefaciet vinum quod mane & veſperi bibe ſæpius vel rariùs ratione morbi, ſanabis ſic omnes morbos qui dicuntur incurabiles, vt lepram, Gallicam luem, omnes febres, hydropem, icterum, podagram, peſtem &c: ſi verò medicinam vniuerſalem arcanum & myſterium Dei ſano corpore vſuj adhibeas incolumem præſtabit hominem, ab omni morbo præſeruabit & vitam ad ducentos vſque annos prolongabit prout homo piè viuit, & Deus terminum ei conſtituit. FINIS

Antequam proiectio fiat, tinctura proijciēda eſt ſuper aurum purum fuſum & hæc proiectio dicitur diuiſio tincturæ quia tinctura diuiditur in minutiſſimas auri partes & animat eas & viuificat aurū ante mortuum.

FRATRIS BASILII VALENTINI MANIFESTATIO

artificiorum ſecretorum ad Vniuerſale directorum. Ejuſdē Cōcluſiones omnium ſuorū ſcriptorum: Itē Fornelij Prebbelij tractatus de natura Elementorum, Meteoris &c: ſumptibus Ioh. Birckner. bibliopo. Erford. 1624.

PRAEFATIO. Amice Lector Concluſiones Baſilij nuper tibi benigne dedi, videns autem multos alia ejus ſcripta nondum edita deſiderare, do occulta artificia ita ab

illo

illo dicta ad differentiam communium directorum ad particularia ſicut illa diriguntur ad vniuerſale, latiuſque patent quam duodecim claues. Adiunxi Tractatum Fernelij Prebbel. de elementis quia conſiderationes ad vniuerſale vtiliſſimas ſubminiſtrat cum 12. Tractatibus Sendigogij. Vtere ad naturæ & tui agnitionem & ſi Deo benedicente ad cognitionem hanc perueniаs, age Deo gratias, honora naturam, & proximum ama ceu teipſum. Vale.

Tincturæ aureæ vſus ad curandos morbos omnes

MANIFESTATIO occultorum artificiorum F. Baſilij Valentini Monachi ſ. Benedicti directorum ad ſupremum arcanum lapidis Philoſophici, ſanitatis & diuitiarum.

Hic tractatus etiam bonus eſt & ſecundũ leges artis & naturæ conſcriptus ideo author eſſe iurat eſſe verum quod ibi ſcribit.

In nomine Domini. Ego F. Baſilius ſeruus Domini monachus incipio ſcribere veram viã & artificium proceſſumque prout terrenam lucem ſupremæ ſapientiæ rerum naturalium ad ſupremum gaudium & ſolatium meæ ſanitatis perfecerim, & ad confirmationem veritatis iuro per conſcientiam meam omnia vera eſſe quæ ſcribo de artificiis occultis neceſſariis ad vniuerſale; & ſub finem memorabo particularia; principium, medium & finis conſonabunt, ſequere hanc doctrinam, prout ſequitur. Imprimis time Deum, fide in eo, ora & inuoca eum ſtudioſe, largietur tibi vnde pauperibus opitulari poſſis: lege diligenter vbi omnes ſapientes in vno ſcopo conueniunt, labora abſque tædio, & potieris voto, ſpe; ne ſis impatiens in labore tuo, nec à ſcopo deſiſte, inuidiam fuge, ignotis tamen & non exploratis noli fidere, ne forte peccator ſit, & vltio

Proteſtatio Authoris verum eſſe quod ſcribit.

diuina ſuper te veniat, ſtultos cela, ſapientibus, prudentibus & ſilentij compotibus omnia manifeſta, nihilque occulta vt pijs Dei maieſtas pateat: ſicut enim fræno os compeſcunt quibus Regum ſecreta committuntur, quantò magis tacere debent quibus Dei & naturæ myſteria committuntur. Proceſſum itaque aggrediar, Filius Dej benedicat mihi vt propoſitum perficiam, vt animam meam ad vitam æternam conſeruem.

Auri purificatio per Antimonium.

LABOR PRIMVS. ℞. Auri Vngarici optimj partem. 1. Antimonii Vngarici partes. 6. Funde in crucibulo fuſorio, cum fluxit effunde in catinum calidum & cera illitum prout aurifices ſolent cum aurum ſuum præparare volunt aliquid deauraturi, cum refrixerit ſepara Regem à fæcibus, pondera & adde ſextuplum Antimonij noui, procede vt prius, funde, ſepara Regem, adde tertiâ vice ſextuplum Antimonii noui, procede vt prius, regulum ſeparatum in teſta ſub opertorio pone fac primo ignem lentum, auge paulatim donec Antimonium euaporauerit, maneatque maſſa aurea crocea, pone in crucibulum purum ante follem vt aurum liqueſcat, vrge ignem donec non malleabile euaporet, quod probabitur ſi ſub malleo ceræ inſtar abſque ruptura extendatur, tunc omnes ſordes ex auro à lupo griſeo conſumtæ ſunt. Aurum ſic purgatum in laminas ſubtiles extende? & cum ſextuplo Mercurii puriſſimi fac amalgama, proiice in aquam frigidam, mox exprime per corium, amalgama relictum pondera, adde

Autimonium dicitur lupus griſeus.

Calx auri vt præparetur.

tantundem ſulphuris coummunis triti, puri, citrini pone in crucibulo ſub operculo, moue continuò ferreo ſtylo donec ſulphur omne euaporet, habebis calcem auri ad opus ſequens.

AQVA Philoſophica ad ſolutionem auri. ℞. ſal-petræ. ſal-armon. ana partes. 2. lapillorum lotorum partem vnam, tere ſimul, & per retortam talem diſtilla aquam in recipientem magnum, inijciens per tubulum 2. aut. 3. ℥. recipiens ſit magnus, & iaceat in vaſe pleno aqua frigida, & lineis pannis humidis tegatur vt ſpiritus refrigeſcant, valde enim incaleſcit, iuncturas retortæ optime obtura, ignem ſuccende, & retortâ calefactâ inijce ℥iij materiæ tubulo ſtatim obturato tranſibũt ſpiritus & recipiens albeſcet & guttæ cadent: cum ſpiritus conſederint inijce denuò ℥iij. obturato ſtatim tubulo, procede vt prius ſæpius mutando lintea madida; continua laborem hunc donec aquæ ſatis habeas quam obtura optimè ne euaporet, eſt aqua vera & balneũ minerale pro rege. Vſus Aquæ ℞. Aquæ hujus partes. 3. calcis auri partem. 1. miſce in cucurbita, pone cum alembico ſuper cineres calidos ſoluetur, & ſi non ſoluatur totum ſeſuſa aqua affunde nouam, & hoc donec omnis calx ſoluta ſit in aqua, cum refrixerit ſubſident fæces albæ in fundo quas ſepara, aquam omnem coniunge & in B. M. per diem & noctem digere, fæcibus denuò remotis per 9. dies continuo digere, diſtilla aquam vt materia in fundo remaneat olei ſimilis, aquam diſ-

Hic docet facere & diſtillare aquam fortem regiã ex ſale petra & ſale armoniaco, quæ ſubſe excandeſcunt in vaſe & vaſa rumpunt ni prudenter regatur opus hoc diſtillationis, leuiſſimo enim igne hæc diſtillatio peragitur & dũ incipit diſtillare retorta auferenda eſt ab igne & inter manus ſtillat.

Auri ſolutio ad tincturam auream.

Hæc omnia prædicta ſuperuacua & ſuperflua ſũt factu, nihil aliud eſt faciendum

tillatam denuò affunde calefactam, diſtilla vt prius; affunde denuò, diſtilla, & hoc reitera aliquoties, ita debilitabitur. Deinde materiæ oleo ſimul affunde aquam nouam digere die & nocte, diſtilla per arenam ad oleum vſque, aquam calefactam denuò affunde, diſtilla, & hoc toties donec omne aurum per alembicum tranſiuerit, fieri autem debet diſtillatio hæc in cucurbitâ humili, fundo plano. Aquam auream quæ tranſijt pone in loco frigido & cum tempore criſtalli coagulabuntur, ſepara aquam ab ijs, & in cucurbita aqua pluuia diſtillata criſtallos ſolue, tum adde Mercurij viui triplum ponderis auri in laborem aſſumti, aliquoties agita ſimul, & mercurius aurum volatile arripiet, multiſque coloribus apparentibus amalgama ſubſidet, & aqua clara manebit. Amalgāma hoc in crucibulo pone & mouēdo ſemper mercurium euaporare ſine donec purpureus puluis remaneat qui in aceto diſtillato ſoluitur omninò in colorem ſanguineum rubini inſtar.

quam aurū purū faciēdum & 8. puro coniungendū & coquendum donec nigreſcat albeſcat & rubeſcat, & hæc rubedo item ſoluēda eſt nouo 8. & iterū coquenda vt frigatur & ſic quarta vice iterandum eſt donec fluat vt cera, & tingat.

LABOR. 2. ℞. æris communis ex quo fac viride æris, quod tere, extrahe cum aceto diſtillato, abſtrahe ad oleum, ſine coagulentur in loco frigido & habebis vitriolum ad ſummum gradatum, quod ſolue denuo in aqua calida, ſine euaporet donec ſpiſſeſcat, pone in cella, denuò coagulabitur vitriolum, ſolue denuo in aqua calida & euaporatum ſine coagulari, & hæc tertia coagulatione præparatio vitrioli perfecta eſt: hoc vitriolum in catino ſine euaporare phlegma & calcina donec ru-

Proceſſus ex vitriolo veneris optimus.

beſcat. ℞. deinde lapillos albos puros, calcina & candentes immerge in acetum bonum, reitera aliquoties donec bene calcinati ſint, tunc candefac eos & cum parum caloris amiſerint affunde acetum purum & ſine vt ſenſim ſiccentur. Mox ℞. Lapillorum ſic præparat. partem. 1. vitrioli calcinati part. 2. trita miſce in vrceo forti qui ſpiritus non ſinat abire aut in retorta fortiſſimâ, appone recipientem magnum, accende ignem lentiſſimum (vaſe bene lutato) per horas 24. auge parum alijs 24. horis, exibunt ſpiritus griſei, & albi & igne aucto aliquot guttæ, vrge ignem violentum donec omnes ſpiritus & guttæ rubræ tranſiuerint, quod diſtillaſti in cucurbita benè lutata in balneo rectifica lento igne, ſeparato phlegmate ſubſidet in fundo oleum rubicundum ſubnigrum. Deinde ℞. Limaturam ferri puram & in cucurbita affunde oleum vitrioli vt aliquantum ſuperet, & aquæ communis pluuiæ diſtillatæ tantum vt videas oleum limaturam ſoluere, tum abſtracto phlegmate ſine reliquum criſtallari & prodibit pulcrum vitriolum, & ſic Mars & Venus coniuncti ſunt. Vitriolum hoc calcina ferreo vnco agitatum, habebis puluerem rubrum quem in retorta vitrea forti diſtilla per gradus, habebis initio ſpiritum album ſeu mercurium Philoſophorum, deinde ſpiritum rubrum ſeu ſulphur Philoſophorum, oleum incombuſtibile, ex Veneris & Martis tinctura commixtum vt non poſſit amplius ſepararj, & eſt viridis & rubri eonis ſanguis quo Rex cibari debet, à quo in

Hæc õnia ſuperflua ſunt & ad obſcurandam artem ſcripta ſũt nec ſapiũt Baſilij valẽtini monachi conſciẽtiam quia vere falſa ſunt.

Modus cõiungendi martem cũ venere dũ diſſoluitur mars cum oleo vitrioli tunc mars fit vitriolum & perinde venus nam vitriolum eſt pura venus.

Spiritus albus vitrioli martis & veneris dicitur à quibuſdam mercurius philoſophorum & ſpiritus rubeus ſeu oleum rubeum dicitur ſulphur philoſophorum at hæc non

B. M. phlegma abſtrahe & eſt paratum vt aurum eo tingatur. Caput mortuum coccineum aceto diſtillato per triduum in calore lẽto macera, extrahet ſal ex capite mortuo, in ſale hoc latent theſauri omnes totius mundi, abſque hoc ſale labor omnis eſſet, acetum per cineres ſepara & ſal in fundo ſiccum remanebit. Sali in retorta vitrea forti affunde oleum prædictum, diſſoluetur mox, diſtilla violentiâ vt prius, & oleum ſpiritum ſalis ſecum traducet, rectifica denuò in balneo & eſt duplo fortius quam ante, paratumque eſt oleum incombuſtibile ex mercurio ſulphure & ſale ex vna radice venientibus quæ eſt vera prima materia metallorum & radix ex qua aurum generatum eſt. ℞. Olei huius vncias octo. Spiritus vini ad ſupremum rectificati vncias 5. diſtilla per retortam vitream, & hoc ter vt ad octo vncias olej conjungantur 15. vnciæ ſpiritus vini. ℞. Olei huius ſic præparati vnc. 6. pulueris aurej purpurej vnc. 2. miſce, luta, digere, donec puluis ſoluatur, fæces ſepara, ſolutionem in cucurbita humili plana oppoſito alembico & recipiente bene lutatis diſtilla & cohibe donec omnia per alembicum tranſiuerint, ſi quas fæces reliquerit ſepara, hanc aquam auream aſſerua etiam, & ſic perfectus eſt labor ſecundus.

LABOR. 3. ℞ Mercurij cum vitriolo & ſale ſublimati qualis in officinis proſtat q. v. mercurius enim ſecum extollit in ſublimatione quintam eſſentiam ſpiritus ſalis abſque quo ſpiritu ſalis non poteſt fieri vlla extractio ſul-

vera ſunt ſulphura philoſophorum etſi ſimilutidinẽ habeant cũ illis nam vera ſulphura & veri mercurij extrahũtur ex metallis perfectis.

Spiritus vini poteſt coniungi cum oleo vitrioli martis & veneris & ſic acuitur vt ſoluat calcem auri præparatã ſupra.

Aurum iſtud purpureum ſupra deſcribitur & aurum calcinatio vera colorem illum purpureum acquirit quia ſulphur internum auri calore ignis ſemper creſcit in gradu coloris donec ſupremum

phuris ſolis ad præparationem debitam veri auri potabilis : mercur. ſublimatum tere, extende tenuiter in lamina ferrea, pone in cellâ aliquandiu, emanabit aqua & mercurius reuiuificatur, cum non amplius profluit aqua, filtra quam abes. Et ℞. aquæ huius partem 1. pone eam in recipiente & in eam pelle ſpiritus ex vitrioli & ſalpetr. ana partibus. 2. cum rubro phlegmate ſicut vulgo aqua fortis extrahi ſolet. Aquam hanc in cucurbita bene lutata in capella per cineres diſtilla, reſidebunt multæ fæces, & aqua pura erit. ℞. Aquæ huius partes 6. pulueris auri purpurej part. 1. miſc. ſtent ſimul bene lutata in calore modico, aqua extrahet animam vel ſulphur aurj & colore ruberrimo tingetur, extractionem ſefunde, & ſi puluis adhuc citrinus ſit affunde paululum aquæ nouæ, extrahe denuò, relinquet in fundo puluerem pulcrum album; extractiones diſtilla per alembicum ad ſiccitatem ſulphur ſolis remanebit, cui affunde acetum diſtillatum vt digito tranſuerſo ſupernatet, digere in calore mediocri, coloratum ſefunde & affunde nouum & hoc donec non amplius coloretur habebis ſic veram ſeparationem ſulphuris ſolis à ſuo corpore extracti, fæces ſeorſim ſepara, acetum diſtilla ad ſiccitatem manebit anima ſolis in fundo, quam laua aliquoties aqua pluuia diſtillata. Deinde ℞. Olei vitrioli ſpiritu vini præparati part. 6. animæ ſolis part. 1. diſtilla ſimul aliquoties donec anima ſolis ſimul tranſeat, dein in pelicano per ſe ſubtiliter per menſem digere, habes verum

colorem rubeum habeat.

Calx aurea purpurea ſoluitur in aqua mercurii in oleum rubicũdiſſimum quod tingit lunam perfectiſſime.

Aurum ſolum cum oleo vitrioli & ſpiritu vini.

aurum potabile quod non amplius in corpus abit & eſt ſupremum humanæ ſanitatis arcanum. Deinde ℞. corpus album ſolis quod in fundo ſubſedit reuerbera 3. dies. deinde calcina cum æquali pondere ſalis tartari toties vt totum calcinetur tum tartarum aqua pluu. diſtill. ablue, puluerem ſicca lento calore, ſal ex eo cum aceto extrahe quod fit in calore lento per tres dies, diſtilla acetum ad ſiccitatem, clarifica ſal cum ſpiritu vini. ſic pars ſpiritus vinj per diſtillationem extrahitur, reliquū in cellâ ponitur vt coaguletur, ſefunde ſpiritū vini & cum in frigore dentio coagula & hoc donec non amplius eijciat criſtallos, ſicca, hoc eſt verum ſal ſolis clarificatum, & finis laboris tertij.

Sal ſolis vt fiat ex corpore albo quod ex ſolutione ſua in fundo aquæ ſoluentis remanet.

LABOR. 4. ℞. Aurum potabile ex dimidia parte pulueris purpurei ſolis factum & funde id ſuper ſolutionem ſolis ex altera medietate dicti pulueris factam, pondera, & adde pondus æquale Dej vitrioli cum ſpiritu vini præparati & ſal auri pone ſimul in pelicano nouo vt tres eius partes vacuæ maneant, ſigillatum Hermeticè pone in fornace Philoſophica, ab initio ſerua ignem vaporoſum clauſum & aurum cum ſuo ſanguine ſeipſum accendet & poſt duos menſes pateſcet nigredo maxima quæ eſt vltima vera putrefactio ſapientum, vnieturque cum ſanguine ſuo in vnam volatilem eſſentiam. Deinde auge ignem vno gradu & volatile rurſus ſubſidet, nigredo euaneſcet & multi miri colores apparebunt, in quo regimine ignis phlegmata ſeipſa conſument &

Hæc omnia ſunt labores vere herculei lapis ipſe philoſophorum eſt factu facilior hæc particularia ſũt opera, quæ factu difficillima ſũt nec forte poſſibilia factu.

exſiccabunt. Coloribus euaneſcentibus auge ignem ad tertium gradum & ſerua in eo donec totum cœlum tuum laminis argenteis operiatur, quæ eſt tinctura ad album: tunc quarto gradu dato albedo deſcendet & mille venulæ in vitro vltro citroque volitabunt, quibus ceſſantibus nigra ſe præcipitabit in puluerẽ rubeum grauiſſimum fixum: ita ſalus accidit, & regeneratio tincturæ rubræ perfecta eſt, pro quo gratias age Deo, & ſic perfectus eſt labor quartus lap. Philoſophicj. Sequitur Augmentatio ſeu multiplicatio. ℞. Lapidis præparati part. 2. olei vitrioli cum ſpiritu vini præpar. part. 6. Lapidem tere ſuper marmor & ci in pelicano oleum affunde ſigillatum Hermeticè pone in Athanar 1. furnum Philoſophicum, rege ignem vt prius, nigreſcet tandem lapis facile, albeſcet & rubeſcet breui, & quod prius 10. menſibus feciſti iam vno fit, quia lapis ſuperfixus ſuam tincturam breui fixare & iccare poteſt. Ita perfeciſti ſummum theſaurum Regis qui nunquam mori poteſt in hoc mundo corruptibili, ſic proiectio & continua augmentatio poteſt fieri.

FERMENTATIO ſecũdùm indiciũ clauis duodecimæ. Laborem peractum ſequitur fermentatio docens tinctura benè vti. Cum taque medicina tua & lapis perfectus ex lacte virgineo benè præparatus eſt ℞. medicinæ part. 1. auri cum Antimonio purgati part. 3. lamina tenuiſſime, funde in crucibulo primo lento igne per 12. horas, deinde fluant ſimul tres dies & noctes, ita lapis & aurum ſimul in

Ignis poſt albedinem debet eſſe fortiſſimus nigredo enim naturæ cum poteſt mutari in albedinem & albedo in rubedinem ſiue ex eſſe caloris aut arcanum protelatũ in multum tempus.

Lapis multiplicatur ſemper ex hiſdem rebus ex quibus componitur alioquin enim multiplicari non poteſt niſi ex ſimilibus.

Fermentatio vt fiat ex lapide & auro ſũmopere depurato vt hæc omnia conuertãtur in lapidem, lapis tantæ eſt perfectionis vt ſi

proijciatur ſuper aurũ conuertit aurum in ſe ipſum & ſic animatur aurũ commune & vulgare, vt virtutẽ habeat conuertendi reliqua imperfecta metalla in aurum purum.

medicinam mutantur, ſubtilem & penetrantem; abſque fermento enim aurj lapis non poteſt operari aut virtutem ſuam exercere propter ſubtilitatem; ſed cum ſuo ſimilj fermentatus tinctura ingreſſum conſecuta eſt vt in alijs metallis operetur & ea tingat.

PROIECTIO. ℞. Lapidis fermentati partem vnam ad partes mille metallorum in fluxu vertet in aurum purum: corpus enim vnum libenter amplectitur corpus aliud, & licet non ſit ſimile tamen regenerat & efficit ſibi ſimile: qui fermentatione vtitur ei omnes conſtantiæ manifeſtantur, nullaque creatura huic ſubtilitati poteſt comparari; eſt enim omnia in omnibus. Ita totum opus his quatuor laboribus intra decem menſes perfectum eſt.

Recapitulatio totius operis.

Opus hoc vniuerſale conſiſtit in quatuor capitibus ſeu operationibus. Primò. Præparatio ſolis cum ſua aqua ſolari, finis hujus operationis eſt puluis auri purpureus, vt aurum purgatum & ad ſequentia præparatum ſit. Secundò. Præparatio Mercurij ſulphuris & ſalis Philoſophorum de Venere & Marte, donec aqua aurea ingroſſetur, quod eſt finis operationis ſecundæ & confectio Mercurij gemini. Tertiò. Præparatio ſulphuris ſolis vt ex eo fiat verum aurum potabile, quo tertius & difficilimus totius operis labor perficitur. Quartò. Coniunctio vltima omnium in vnũ, qua opus abſoluitur. FINIS.

Aqua vitæ quæ ſuperiori operi eſt neceſſaria vt coniungatur cum oleo vitrioli ex marte & venere.

Sequitur diſtillatio ſpiritus vini. Ex vino albo generoſo modo ſolito fit aqua vitæ fortis in veſica, quam pone in phiala rectifica & ſe-

para phlegmata, ita vt ſemper aliquantulum in phialâ relinquatur, quod deinde ſeorſim rectificatur & ad vulgarem extractionẽ adhibetur. Aqua vitæ hæc probatur ſi in vaſe vitreato incenſa tota comburatur nihilque aquoſitatis poſt ſe relinquat, ſin remaneat diſtilla adhuc ſemel aut bis iuncturis optimè lutatis ne ſpiritus volatilis vinj exhalet. Aquâ vitæ ſic diſtillatâ & optime rectificata (caue autem ne inter diſtillandum candelam admoueas ne tibi noceas) in aliâ phialâ cum menſurâ huius aquæ vitæ junge vncias tres tartari optimè ſublimati vt phiala ad medietatem plena ſit appoſito alembico commodo & recipiente ſatis amplo diſtilla in B. M. lentiſſimè propter ſpiritus volatiles relicto in fundo parum aq. vit. & inter diſtillandum humidis pannis refrigerato alembico qui identidem mutari debent, ſic ſpiritus citiùs reſoluitur & in recipientem tranſit, & ſic præparata eſt ad ſequentem ſpiritus ignei vini præparationem, quæ ſic fit. Conficitur inſtrumentum ex venere quod in medio infra & ſupra foramina tolli poteſt prout & ſupra mediam cucurbitam: impone alembicum cum tubulo omnia ex venere ſint præter recipientem, qui ſit ex vitro quem pone in vaſe ligneo in aquam & ſupra pannis humidis tege, in vaſe ligneo ſit meatus per quem aqua vbi incaluit effluat & frigida affundatur: omnibus ſic paratis per foramina inferiora immittitur ſpiritus vini præparatus vt ad foramina attingat, tunc accenditur & mercurius per foramina media ſurſum pellitur,

Spiritus huius vini præparatio inutilis eſt ad artem noſtram, nihilominus tamen exiſtimo, lapidem philoſophorum præparatũ poſſe in tali ſpiritu diſſolui vt aurum inde potabile verum fiat.

reſoluiturque ob frigus aquæ & ex alembico transit in recipientem, ſic præparatur ſpiritus verus vini, ſed in opere nullibi ceſſa à refrigerando & affunde nouam aquam vitæ ne nimis profundè ardeat. In ſpe & ſilentio. Fin.

CONCLVSIONES Fr. Baſilii Val. omnium ſcriptorum & tractatuum eius, de ſulphure, vitriolo, magnete Philoſophicis & vulgaribus, ex illis oritur vniuerſale, ex his particulare. AD LECTOREM.

Amice Lector, multi laborantes & vagantes Baſilii occulta artificia hactenus venditarunt & magno pretio Magnatibus vendiderũt, & vendere æternum nituntur, quia mentem eius ob ingenii ſui tarditatem non aſſequuntur, hoc commercium & lucri genus inſtituerunt. Vt autem hoc commercium ceſſet & omnium bono Baſilii ſcripta inedita publicentur, licet talis quidam Agyrta 500. florinos mihi vendere voluerit, gratis concluſiones eius edam. In iis meminit trium ſpirtuum ſc: ſulphuris, Vitrioli & magnetis tam vulgaris quam philoſophici, additque primam materiã ſeu mercur. Philoſophorum ſoli Deo propriũ ab illo reuelari cui vult & occultari cui vult, abſque cuius notitia fundamentali parum proficies in hâc arte: nec crede facilè quenquam ſuo ingenio abſque dono ſpeciali Dei precibus ſeriis & ſolicita inueſtigatione mineralium artem hanc conſequi, præcipuè vero notitiam primæ materiæ, *licet dictus mercur. Philoſophicus lateat in re adeò vili vt vix milleſimus crederet.* Ita Baſilius, cum materia in lucem

Quam occultum ſit ſcire mercurium philoſophorum & ſulphur.

Nullus credit vilitaté materiæ primæ metallorum.

prolata eſt non eſt chara, vbique reperitur, & pueri illâ ludunt, eſt grauis, odorem habet corporis mortui, duobus florenis ad opus emi poteſt. Idem in Philoſophia occulta fol. 61. ait, cuius ſapientiæ ſtudioſo ſolum incumbit vt in aureum magnetem inquirat, eum rectè agnoſcat, *inuenietque in vna re & vna materia radicem quod vix milleſimus credat: quia vera radix contemptibilis, populo oculato ignota, & abſque multiplici examine hominibus in abſcondito latet, totus enim mundus videt & non agnoſcit. Det Deus cuique vt ſubiecto artis agnito finem optatum attingat eoque vtatur* ad Dei gloriam ſuiipſius & proximi ſui honorem, ſalutem, opes & longæuitatem. Amen.

Concludit hîc Baſilius valentinus ſe breuiter enarrare & elucidare quicquid in alijs libris dixit, nihil tamē clare enarrat.

Præfactio Authoris. Tandem ego F Baſilius Valentinus ſcribo breuem concluſionem omnium meorum ſcriptorum & tractatuum, quorum hîc eſt elucidatio. Memento autem mi fili & diſcipule & tolle oculos tuos ad montes Dei & ſapientum vnde tibi auxilium venit ſc: ex ſulphure, vitriolo & magnete ſc: ſapientum quæ cœleſtia reputantur & producunt vniuerſale & lapidem Philoſophorum: ſed ex ſulphure, vitriolo & magnete vulgi producuntur vilia particularia & medicamēta. In tractatu de Lapide philoſoph. parabolicè in duodecim clauibus ſulphur Philoſophorum expreſſi ſed mercurium & verum magnetem Philoſophorum paucis verbis percurri cuius tamen in duodecim clauibus & rythmis meis vt primæ materiæ memini. Valedictionis loco ſtudioſis artis lumen clarum relinquam vt diē

Sulphur Philoſophorum in clauibus Baſilij expreſſum aſſerit Baſilius.

in tenebris videant: deſcribam etiam naturam & vites Sulph. Vitr. & magnet. vulgaris, reliqua in libro poſt duodecim claues inuenies, ſin aſſequaris in hoc orbe habebis opes & ſanitatem, vtere ad gloriam Dei, ad auxilium pauperum ægrotorum ne ex paradiſo hoc terreſtri gehennam æternæ damnationis tibi facias, à qua nos præſeruet Deus.

TRACTATVS. 1. de ſulphure, vitriolo & magnete Philoſophorum. Sectio 1. de ſulphure & fermento Philoſophorum. Scripſi tibi, ſtudioſe nobiliſſimæ & benedictæ artis Chymiæ, libellum de lapide Philoſophorum in duodecim claues diuiſum, in quarum prima materiam ſulphuris Philoſophorum nominatim expreſſi; in ſecunda aquam noſtram docui ex aquila & dracone frigido qui habitationem ſuam diu habuit in rupibus & qui diu in terram irrepit exque ea prorepit diſtillare. Hunc ſpiritum affunde auro tuo purgato & mundo ſine in B. M. ſolui & putreſcere per 14. dies diſtilla, aquam affunde rurſus calci ſolis, diſtilla cohibendo donec aurum cum aqua tranſiuerit, tunc denuo pone in alembico ſepara aquam ſubtiliter vt tertia pars ſolùm in fundo remaneat, pone in cella vt coaguletur & criſtalletur, criſtallos ablue aqua diſtillata, amalgama cum mercurio viuo eumque ſuauiter exhalare ſine, habebis puluerem ſubtilem quem in vitro benè lutato pone, leniter reuerbera 3. dies, habebis ſulphur Philoſophorum paratum ad opus tuum, & eſt palliũ purpureum ſeu aurum Philoſophicum quod

Ex aquila & dracone frigido hoc eſt ex ſale armoniaco & ſale petra qui eſt draco frigidus

Sulphur philoſophorum vt præparetur ex auro communi.

aſſerua optimè in vitro vſque ad tempus coniunctionis.

SECTIO. 2. De Vitriolis Philoſophorum. ſtudioſe artis, ſulphur Philoſophicum quod maſculi loco eſt expreſſè te docui: deeſt iam fœmina, mercurius Philoſophorum, aut materia prima lapidis ex qua per artem fit. *Noſtrum enim azoth non eſt acetum vulgare ſed cum azoth communi extrahitur, fitque ex materia prima ſal ſeu mercurius Philoſophorum* qui ventre terræ coagulatus fuit, & cum materia in lucem prodiit, non eſt chara, vbique reperitur, imo pueri eâ ludunt, eſt gratuis, habetque odorem corporis mortui, pro duobus florenis poteſt materiam ad opus emere. Accipe ergo materiam, diſtilla, calcina, ſublima & in cineres reduc eam, artifex enim abſque cineribus non poteſt facere ſal, & abſque ſale metallico non poteſt fieri mercurius Philoſophorum. Ex materia calcinata extrahe ſal, rectifica, ſine criſtallari vt vitriolũ fiat dulce abſque vlla corroſiuitate vel acrimoniâ ſulphuris & habebis vitriolum ſeu oleũ Philoſophorum, ex quo fac aquam mercurialem & laborem artificioſum perfeciſti, hoc eſt Azoth Philoſophorum quod Latonem purgauit ſed non abluit; abluit enim Azot Latonem ſicut Philoſophi ante 2000. vel 3000. annos dixerunt. Sal n. Philoſophicum ſeu Laton debet ſua propria humiditate ſeu aqua mercuriali purgari, ſolui, diſtillari, ſuum magnetem attrahere & cum illo manere debet. Hoc eſt mercurius Philoſophorum, mercurius duplica-

Hic nota extractionẽ mercurij philoſophorum ex mercurio communi eſſe faciendam.

Id videtur ex minera cupri elici debere, cũ vitriolum dulce inde exſurgere debeat.

Hæc cum mercurio parari poſſunt nam poſt quam metalla ſoluta ſunt cum mercurio, coctione perenni in ſalem fuſibilem & oleum dulce conuertuntur & inde hæc clara ſunt.

Mercurius philoſophorum ex radice metallica.

tus & ſunt duo ſpiritus vel ſpiritus & aqua ſali metallorum, vocatur ſuccus lunariæ, aqua cœleſtis, acetum Philoſophorum, aqua ſulphuris, aqua permanens, aqua benedicta. Huius aquæ miſce part. 8. ſulphur. ſol. part. 1. pone in ouo Philoſophico benè lutato in Athanar in ignem vaporoſum ſiccum rege donec nigredò albeſcat & rubeſcat, aſſequeris lapidem Philoſophorum & hac nobili, benedicta medicina & tinctura frueris & mirabilia per eam operaberis.

Iſtud nempe bonum eſt & ſecundum leges artis & naturæ.

SECTIO. 3. de Magnete Philoſophorũ.

Qua ratione aqua philoſophorum fieri debeat

Hermes pater omnium Philoſophorum artẽ habuit, de ea primus ſcripſit, lapidem præparauit ex mercurio ſole & luna ſc: Philoſophorum: hoc multa millia laborantium ſecuti ſũt & ego cum iis, & dico tibi reuera lapidem Philoſophorum ex duabus ſpeciebus *vel corporibus componi, & cum mercurio Philoſophorum fit principium & finis, qui eſt materia prima aliâs præda*, quia materia prima ſoli Deo debetur & in viſceribus terræ coagulatur primo in argentum viuum, deinde in ſaturnum, Iouem, æs, ferrum, & ſic deinceps. Sic mercurius coagulatus in mineris arte in aquam, materiam primam ſeu aquam ſuam mercurialem reduci debet, quæ eſt lapis, non lapis ex quo ignis volatilis in forma aquæ efficitur qui patrem ſuum fixum & matrem ſuam volatilẽ mergit & ſoluit. Sal metallorum eſt corpus imperfectum ex quo fit mercurius Philoſophorum. 1. aqua permanens ſeu benedicta, & eſt ſapientum magnes qui ſuum martem Philoſophicum

Ex ſale metallorum fit mercurius philoſophorum.

Magnes philoſophorum qualis.

loſophicum amat & illi adhæret: ita & aurum noſtrum habet magnetem qui eſt prima radix & materia noſtri lapidis, ſi verba mea capias diues es præ omni mundo. Hermes dicit, Tres ſpecies requiruntur ad opus, Aqua volatilis ſeu mercurialis, Aqua cœleſtis; deinde Leo viridis id eſt Luna Philoſophorum, & tertiò æs Hermetis, ſol, ſeu fermentum. *Tandem nota Philoſophos viam duplicem habuiſſe, humidam qua & ego vſus ſum, & ſiccam. tum verò procede Philoſophicè vt Mercurium Philoſophorum optimè purges, faciaſque mercurium per mercurium,* ſal Philoſophicum & fermentum vel ſulphur Philoſophicum addas & procedas prout dixi, habebis magnetem ſapientum. id eſt, Mercurium Philoſophorum, ſecundò ſal metallorum vel Philoſophicum, tertiò æs Hermeticum ſeu ſulphur Philoſophicum, & proinde totam artem, quod ſi non intelligas nihil habes nec à Deo quicquam habebis.

Hic præclara & notatu digna dicit author quæ ſi intelligas diues es, nam metalla perfecta ſoluta cum Mercurio perficiunt artem & dant verum Mercuriū Philoſophorum & ſulphur eorum & oleum & ſal.

ALLEGORIA ſſ. Trinitatis & Lapidis Philoſophici. Chriſtiane Artis ſtudioſe, quam glorioſè & mirabiliter creauit ſumma Trinitas lapidem Philoſophorum. Deus enim pater eſt ſpiritus & tamen in forma hominis apparuit vnde Genes. 1. ipſe dicit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã, & ſæpe oris, oculorum, manuum & pedum ſuorum meminit: ita proportionaliter mercurius Philoſophorum iuxta Philoſophos eſt corpus ſpirituale. Ex Deo patre natus eſt filius vnigenitus Ieſus Chriſtus Deus & homo abſque peccato nec mori ei opus fuit, ſed ſponte

Hæc allegoria ſatis clare manifeſtat rem noſtram.

mortuus eſt & reſurrexit propter fratres ſuos vt in æternum viuant abſque peccato cum ipſo: *ita aurum abſque omni defectu, fixum eſt vt in omnibus examinibus ſubſiſtat ſed propter fratres ſuos imperfectos moritur, ſed reſurgit, redimit & tingit illos ad vitam perpetuam & tingit eos in bonum aurum* Tertia Trinitatis perſona eſt Spiritus ſāctus cōſolator fidelibus à Chriſto miſſus qui eos confortat & conſolator in fide vſque ad vitam æternam: *ita ſpiritus ſolis materialis vel mercurius corporis cum coniunguntur vocantur mercurius duplicatus, ſuntque duo ſpiritus Deus pater & ſpiritus ſāctus*; filius verò Dei homo glorificatus ſicut aurum noſtrum glorificatum & fixum lapis Philoſophorum. Vnde hic lapis etiam dicitur Trinus ſc: ex duabus aquis vel ſpiritibus minerali & vegetabili & ex animali ſulphure auri; ſunt tum duo tria & tamen vnum tantū, niſi intelligas nihil aſſequeris. Ita per ſimilitudinem vniuerſale tibi ſatis depinxi, à Deo benedictionem pete ſine quâ nihil proficies. Amen.

Ibi declarat & oſtendit materiam noſtram vt ipſe inferius aſſerit.

Tractatus 2. de ſulphure, vitriolo & magnete vulgi. Sectio. 1. de ſulphuribus. caput. 1. de ſulph. ſaturni 1. Ex ſaturno calcinato cum aceto diſtillato extrahitur ſal quod cum ſpiritu vini diſtillatur in oleum rubrum, ſanat melancholiam, gallicum morbum feruentem, vlcera vetera &c:

2. Hoc oleum coagulat & figit mercurium prius oleo vitrioli præcipitatum, omnes n. pulueres & medicinæ aurum aut argentum factu-

ræ fixæ & in igne conſtantes eſſe debent.

3. Ex hoc oleo fit tinctura nobilis. ℞. Mercurij martis part. 3. olei huius part. 1. coniunge, coagula, fixa menſe aut circiter abſolui poteſt: hæc tinctura cum mercurio martis in infinitum augeri debet, eiuſque proiectio fieri partis vnius ſuper ſolis partes tres vt tinctura ingreſſum conſequatur. Huius tincturæ pars vna mutat (ſi benè præparata eſt) partes 30. Mercurij & lunæ in aurum bonum: ne obliuiſcaris pauperum, alioquj Deus obliuiſcetur tui.

Oleum Saturni & martis fit tinctura ſi cũ oleo ſolis coniungatur.

CAP. 2. De ſulphure Iouis.

1. Etiam ex Ioue ſicut ex ſaturno elicitur ſal & ex eo diſtillatur oleum rubrum dulce: quod ſaturnum prius cum ſalearmoniac. calcinatum in ſolem tingit.

2. Item ſi limatura Iouis die integrâ cum calce viua calcinetur, calx inde abluatur habetur puluis fixus quem ſi rurſus in fluxum redigere & cum ſaturno ſeparare poſſis ſatis auri & argenti habebis vt te nutrias.

Argentum & aurum ex calce Iouis vt fiat.

3. Calcinatur etiam Iuppiter & ſaturnus cum ſale communi vel melius cum ſale extracto ex capite mortuo vitrioli & ſalpetræ, additurque oleum vitrioli calci Iouis aut ſaturni vt maſſa fiat, bene lutatum relinque per octo dies in arena calida, deinde extrahe, & habebis ex 105. libris ſaturni 6. ½ marcas argenti puri, marca argenti continet duas dragmas auri. Hæc fuit prima induſtria mea vertẽdi metalla in argentum & aurum, in his 6. marcis argenti ſunt 13. dragmæ auri, quæ in nu-

Ex Ioue & Saturno vt fiat argentum & aurum.

merato ſimul valent 208. florin.

Ex marte & venere vt fiat aurum.

CAP. 3. de ſulphuribus Martis & Veneris.

1. Ex viridis æris libris aliquot cum aceto diſtillato fit extractio, quæ criſtallatur in vitriolum nobile, ex quo per retortam extrahitur diſtill. oleum rubrum, quod ſoluit martem in vitriolum & hoc longo tempore & igne forti denuò in oleum rubrum, & ſic ſimul habes ſulphur Martis & Veneris, adde non nihil ſulphuris ſolis coagulati & fixi & habebis medicinam emendantem morbos hominum & metallorum.

Sol & luna ſimul coniuncta & oleo martis graduàta mutatur in aurum.

2. Hoc oleo gradatur luna & obtinetur bona pars coronæ Regis.

3. Item pars cum parte ſolis & lunæ ſimul fuſa, laminata & in hoc oleo dies noctesque putrefacta in bonum aurum mutatur. In hoc oleo multa inuenies. Laus Deo.

CAPVT 4. de ſulphure ſolis.

1. Iam ante te docui aurum ſpirituale vſque ad pallium purpureum conficere: ſi ergo aurū potabile conficere velis aurum ſpirituale cum oleo vitrioli ſoluere potes, cum ſpiritu vini extrahere, habebiſque medicinam quæ magnos morbos ſanat, virtutemque ſuam mirabiliter oſtendit.

Sulphuris ſolis virtus & poteſtas.

2. Hoc ſulphur ſolis tingit etiam calcem lunæ præparatam in aurum. Sed te prius docui in ſcriptis meis Regem vnam tantum veſtem honorificam habere donec tributa à ſuis ſubditis exigat & in florido ſanguine & ſudore ſuo ſeſe abluat, occidat, & glorioſe tenouet, tunc fratres ſuos pauperes etiam in regium ſolium

euehere poteſt, nothoſque illorum legitimare. vt Antimonium ſaturni nothus eſt, quantum ergo Reguli continet, tantum in aurum mutatur addita doſi conuenienti tincturæ Marcaſita Iouis nothus tincturâ etiam in aurum mutatur: vitriolum habet in ſe mercurium metallicum veneris nothum, vertiturque in aurũ pro pondere dicti mercurij.

Quod eſt purum in Antimonio eſt regulus eius.

3. Si coniungas ſulphur ſolis ſulphuri vitrioli veneris & martis & fixes ex arte habebis tincturam pro hominibus & metallis fugantem omnes morbos, & hic puluis fixus tingit particulariter lunam in ſolem. Laus Deo.

Sulphur mercurij quid & quo modo extrahatur.

CAPVT V. De ſulphure Mercurij.

1. Mercurius omnium metallorum origo eſt, corpus ſpirituale, ſeruus fugitiuus, in ignem iniectus in chaos ſuum auolat; qui verò illum continere poteſt habet ſulphur mercurij, aquã ſulphuris ſeu benedictam, clauem artis ſoluẽtem metalla Philoſophicè : ſed mercurius Philoſophorum non vulgi in aquam conuerſus ſi ſoluat ſal Philoſophicum, cum pallio purpureo per putrefactionem & diſtillationem eſt mercurius duplicatus.

Mercurius duplicatus quid ſit,

Lunæ ſolutæ virtutes

CAPVT VI. De ſulphure lunæ.

1. Luna per aquam noſtram ſecundæ clauis ſpiritualis fit, & facile poteſt in argentum potabile multorum morborum remedium conuerti.

minera ſeu fodina lunæ artificialis optima.

2. Lunæ huius ſpiritualis partes tres ciba cum lactis virginalis æquis partibus, duo ad fixationem, habebis lunæ augmentum quod ſingulis menſibus fœtum parit qui eximitur & locus

eius repletur mercurio viuo & ſic deinceps. Puluis reducitur cum borace & habebis augmentum perpetuum.

CAPVT VII. De ſulphure Antimonij.

1. Ex vitro Antimonij extrahitur cum aceto diſtillato extractio dulcis, à qua acetum abſtrahitur, reſiduo affunditur ſpiritus vini, extrahitur, ſeparatur purum ab impuro, hæc dulcis extractio per alembicum ducitur, ſpiritum vini adeò ſæpe ab eo cohoba, vt puluis in nobile oleum Antimonij mutetur, quod in aqua conuenienti datum omnes morbos ſanat.

Cõpoſitio ex oleo Antimonij & lacte virginis & ſole purpureo, ad tincturã

2. ℞. Olei huius part. 1. aquæ mercurialis in qua quarta pars pallij purpurei ſoluta part. 2. ſolue, coniunge, ſigilla Hermeticè, coagula & fixa. Et habebis tincturam tingentem lunam & mercurium in aurum. hoc eſt ſulphur Antimonij purum quod fit ex vitro Antimonij per ſe facto abſque ſalpetr. ſalis aut boracis additione.

Sulphuris vitrioli virtutes & proprietates.

CAPVT VIII. De ſulphure vitrioli.

1. Ex Vitriolo cum cineribus faginis fit lixiuium & ex vitriolo extrahitur ſulphur & cum ſole tartari præcipitatur: deinde cum oleo juniperi extrahitur oleum ſulphuris rubrum & rectificatur cum ſpiritu vini, qui ab eo ſeparatur, hoc oleum multis in morbis prodeſt vt in pthiſi, hydrope, peſte, ſcabie & ſimilibus.

Vitrioli ſulphur ex ſale armoniaco, coagulans mercurium.

2. Vitriolum etiam ſublimatur cum ſalarmoniac. & præſtat quam cum lixiuio quia corpus vitrioli melius ſoluitur, ſublimatum hoc ſoluitur in oleum cum quo mercurius crudus coagulari poteſt & fixari de quo prolixius infra

de vitriolo.

CAPVT IX. De ſulphure communi.

1. Ex ſulphure citrino cum oleo lineo fit iecur & cum ſalalcali lixiuium coquitur & putrefit, mox diſtillatur, aqua tegulis modo ex furno extractis ſuperfunditur, cum imbiberunt diſtilla per retortam, fiet aqua flaua ſicut aqua fortis, tingit lunam. ℞. Aquæ eius part. 1. Calcis lunæ part. 1. relinque ſimul per triduum in arena calida, quarta pars fiet aurum ſi reducatur, ſeparetur, per ſaturnum purgetur & ſeparetur.

Ex ſulphure fit oleũ rubrum tingens lunã in aurum.

Fixatur ſulphur cum anima ſaturni & tingit lunam in aurum.

2. Sulphur cum anima ſaturni ſæpe traducitur & fixatur tunc medicina fit intus adhibenda; lunæ ingeſta in fluxu dat quartam partem auri boni.

3. ℞. Sulphuris griſei & calcis viuæ ani. libr. 1. ſalarm. 4. $\frac{1}{4}$ tere ſimul, diſtilla per retortam habebis oleum nobile rubrũ quod fixat & gradat.

Tincturæ compoſitio ex ſupradictis tincturis ad lunam in aurum tranſmutandam.

4. Tandem dico tibi, ℞. Olei huius ſulphuris, Veneris & martis, q. v. adde oleum ſulphuris Antimonii, coniunge cum oleo vel aqua mercurii, fixa, habebis medicinam pro hominibus & metallis vt lunam & mercurium in aurum tingat.

Aqua argentum & aurum ſpiritualizans

SECTIO 2. de Vitriolis. Caput. 1. de Vitriolo ſolis & Lunæ.

Primo oportet te habere aquam noſtram ex frigido ſale terræ & aquila cum quâ aurum & argentum fiunt ſpiritualia & in criſtallum coagulantur ſeu vitriolum metallicum ex quo diſtillatur vna cum ſpiritu vini ſuo modo oleum

ſulphuris vtendum iuxta naturam metalli.

Tinctura ex martis oleo conuertens lunam iouem & mercuriũ in ſolem.

CAPVT 2. De vitriolo Saturni & Iouis

Calcina ſaturnum aut Iouem, extrahe animam cum aceto diſtillato, ſine vt putreſcant per 14. dies, ſine vitriolum criſtallari, cum ſpiritu vini traductum dat oleum dulce quod eſt ſulphur ſaturni aut Iouis, coagulat mercurium, & cum oleo vitrioli ante præcipitatum fixat.

CAPVT 3. de Vitriolo martis.

℞. Limaturæ martis & ſulphuris antequam q. v. calcina in furno tegularum donec purpuræ colorem habeat, affunde aquam diſtillatam aut acetum, extrahet aquam viridem quã abſtrahe ad tertias, ſine coagulari in criſtallum, habebis vitriolum nobile ex quo diſtilla oleũ rubrum, ℞. huius olei ℥j aquæ mercurialis in qua ſolutum ſit aurum. fixa hanc tincturam, conuertet Plumbum, Iouem & Lunam in aurũ purum. Age Deo gratias Creatori metallorum, mineralium & omnium rerum.

Tinctura ex venere & marte faciens ſolem ex luna.

CAPVT IV. De Vitriolo Veneris.

Iam te docui pellucidum vitriolum ex Venere extrahere & oleum rubrum eius diſtillare, hoc oleum ſoluit martem in vitriolum, & adhuc ſemel diſtillatum per retortam fortiter, habebis oleum tingens nobile ſeu ſal martis, hoc eſt ſubditus qui tributum Regi ſoluit, eumque ditat. Hoc oleum ſoluit aurum ſpirituale purpureum & per alembicum traduxit. Iam tuum ſulphur ſolis cum ſuo proprio ſulphure fermentâſti, quod Philoſophi ante me non fecerunt, ſed aurum calcinatum vel cal-

Tinctura alia ex oleo martis.

cem ſolis in mercurio duplicato fermentarunt, & ad finē optatum æque ac ego peruenerunt; ſed ſecundum laborē cuiuſuis operata eſt tinctura, tranſmutauitque plus vel minus pro ratione tincturæ.

Alia tinctura martis & mercurij Antimonij.

2. Ex hoc oleo ſalis martis mercurius Antimonij præcipitatur, dulcique oleo vitrioli addito fixatur, & habes medicinam poſt lapidem Philoſophorum ſupremam in humano corpore, tingitque lunam, ſaturnum & Iouem in aurum conſtans in examine.

Viride æris vt cito fiat ex laminis cupri.

3. Ex melle, ſale, aceto & laminis Veneris maſſa fit ſtratum ſupra ſtratum & calcinatur, hæc calx per ſe in viride æris abit quod extrahe, criſtalla, diſtilla & vtere vt ſupra.

Oleum mercurij vt fiat.

CAPVT 5. De vitriolo Mercurij.

Vitriolum Mercurij facile fit cum aqua forti diſtillata ex ſalpetr. & alum. an. Si in ea ſoluatur, in cella criſtallos vitrioli inſtar profert, ablue, diſtilla cum ſpiritu vini rectificato prius cum ſuo ſale tartari ad oleum dulce poſt putrefactionem debitam, remedium eſt nobiliſſimum ſanans luem gallicam, vetera vlcera, pthiſin, ſtrangurias, paralyſin, alioſque morbos ex corpore humano pellit.

Oleum mercurij ſupra dictum coniunctum cum tinctura martis tingit lunā in ſolem potentiſſime,

2. Hoc oleum etiam adiungitur martialibus tincturis, nam mercurius eſt vinculum aliorū metallorum & poteſt particulariter vſurpari, præcipuus eius color eſt rubeus ſcilicet poſtquam præcipitatus eſt ſicut in alijs tractatibus meis docuj.

Oleum vitrioli particulare vt fiat ad tincturam auream.

CAPVT 6. De Vitriolo communi.

1. Vitriolum vngaricum aqua diſtillata ſolui-

tur, coagulatur, criſtallatur, repetitur quinquies & ſic purgatur, ſaliaque alumen & nitrum ablata ſunt ab eo: hoc vitriolum ſic purgatum diſtilla cum ſpiritu vini ad oleum rubrũ, quod fermenta cum auro ſpirituali, adde illi partem ſuam mercurij viui, ſtibij habes tincturam pro homine, & reducentem lunam in ſolem. Viſitando Inferiora Terræ Rectificandoque Inuenietis Occultum Lapidem, Veram Medicinam.

Mercurius viuus ex vitriolo vt extrahatur

2. Vitriolum etiam calcinatur in vaſe clauſo ad rubedinem, affunditur acetum diſtillatum relinque per 3. menſes in putrefactione inuenies per diſtillationem fortem mercurium viuum quem ſerua, quia mira operatur in vniuerſalibus & particularibus. ℞. Mercurij hujus partes 3. ſolis part. 1. coniunge, poſt fixationem dat augmentum ſolis, ſed oportet cum mercurio eius ſequi. Laus Deo.

Oleo vitrioli particulare vt cinnabaris fiat aurum.

3. Vitriolum calcinatum rubrum ſublimatur cum ſal-Armon. & hoc ſublimatum in oleum vertitur, quod fixat cinabarin vt aurum & argentum ex eo haberi poſſit.

4. Fit etiam aqua fixa addito ſalarmon. & alumine: hæc aqua affuſa ſulphuri ſaturno prius in puluerem rubrum præcipitato, imbibita, coagulata & mox cum ſole ingreſſu facto habebis tincturam quæ mercurium crudum in lunam & conſecutiuè in ſolem vertit.

5. Tandem dico tibi ſi ſal ex vitriolo extrahas & rectifices laborem habes breuem, tingit lunam in ſolem, coagulat mercurium vulgi, qui cum in argentum mutatus eſt per Anti-

Sal ex vitriolo tingens lunã in ſolem.

monium exaltari poteſt. Et ſic habes meas operationes & experimenta quæ tibi prodeerunt, vtilitatem hanc Chriſtiano more ad pauperum auxilium inſume, ægrotos cura & Deus te iuuabit. Amen. ſulphur eſt Vitriolum, Antimonium eſt Mercurius.

Magnes habet naturam martis & inde trahit martem, quia tractio fit à ſimilitudine naturæ.

SECTIO 3. DE magnete Vulgi.

1. Magnes habet in ſe quod mars vulgaris etiam habet, martem communem facile labori tuo adhibere potes, ideoque non ero prolixus circa eum; ſed magnes vim habet attrahendi martem communem.

2. Ex marte & magnete oleum fit in profundorum vulnerum curatione vtiliſſimum.

Luna fixa in aurum graduata.

3. Cum magnete & Antimonio fit luna fixa quæ per oleum martis & veneris gradatur & aurum fit, quod cum marte & Antimonio etiam fieri poteſt.

Ibi declarat Baſilius ſe lapidem habuiſſe & omnes fratres ſui.

Ita laboris mei curſum abſoluj, multa inueni, omnes mei fratres Chymici ſunt, omneſque lapidem Philoſophicum habuerunt: ego primus fui, & magnos labores tuli antequam aliquid profeciſſem. Si ſcripta mea diligenter legas ex parabola duodecim clauium materiam primam ſeu mercurium Philoſophorum vnà cum ſale Philoſophicum diſces, fermentum ſeu ſulphur Philoſophorum expreſſè tibi depinxi. Finio, commendo te ſſ. Trinitati, & te rogo vt memor ſis mej. Medium tenuere beatj: FINIS.

BREVIS TRACTATVS DE natura Elementorum, quomodò ventum, pluuiam, fulgura & tonitrua pariant & ad quid vtilia ſint. Per Tornelium Prebbellianum Belgicè ſcriptus Leydæ 1608.

[C]onelius Drebble

PRæfatio. Amice lector ſi hic libellus in manus tuas incidat, crede à me non honoris ambitu ſed tui cõmodi ſtudio ſcriptum, vanitatem quippe & ambitionem noui noxiam, per quam à Deo innocentes creati peccatores & damnationis filij effecti ſumus; per quam temerè de ignotis iudicamus, quaſi non eſſemus omnes fratres. Quid ergo habemus de quo gloriemur? Væ nobis ſi videamus nobis aliquid eſſe & fratrem noſtrum egere ſinimus; conſideremus bonitatem & liberalitatẽ Dei vota noſtra largitione ſuperantis, probe-

mus nos, nonne Reges ſumus nobiliſſimi theſauri à Deo creati? mundus nobis ſeruit, eoque relicto cœli gaudia conſequimur infinities meliora. Cur ergo, Amice lector, fratrem tuum non amas ſicut Deus te amat? ſi indoctus ſum nonne tu fuiſti indoctior, ideòne indigere cogor? cur à Deo liberaliter dotatus non doces me? num te ideò odiſſe debeo? non, & ſi te odi num me non odi? talis enim ſum qualis es: nec inde gloriandi occaſionem habeo ſed humilitatis, & gloriari volentes gloriemur in Deo qui nos omnes amat. Gloriæ appetentes Deum amittunt, humiles exaltantur, quod dico in humilitate meâ, honor meus miſeria mea erat, miſeria mea aculeus mortis, mors victoria, victoria anima, anima mea diuitiæ meæ, Deus à quo ſum, quid ergo retribuemus ei? num offeremus thus, & myrrham? num circumcidemus nos? num barbã rademus? num ſuggeſtu exalto in albis aut nigris veſtibus concionabimur? num ad laudẽ Dei decumana volumina conſcribemus? nonne omnia vana ſunt? Mi frater quid Deo omnia habenti dare poſſumus? Grato animo diſcamus à filio Dei humilitatem & opinionem Legis, Dilige Deum ſuper omnia & proximũ tuum ſicut teipſum, hæc eſt doctrina legis, Prophetarum & Apoſtolorum, quam Deus & natura docent. Cum itaque viderem ſuperbiam & errores hominum impedientes eos naturam intelligere impulſus ſum amare naturam docentem & diſcere agnitionem Dei ex creaturis mirabilibus eius. Elementa per-

Omnes humiles eſſe debemus & nullò pacto ſuperbi.

Spiritus terræ criſtallinus eſt virtus totius naturæ.

quiſiui & docuerunt me naturam terræ, ſpiritum eius criſtallinum vidi vt nebulam, animã ſanguineam, corpus fixum vt criſtallum; vidi ſpiritum pugnantem & vincentem corpus & animam quæ tamen rurſus coniungebantur: corpus ſeruiebat ſpiritui & animæ munitæ arcis inſtar; ſpiritus cœli criſtallini inſtar illuminabat animam & corpus; anima colore ſuo rubineo ornabat corpus & animam: videbam mortem, reſurrectionem, & immortalitatem ante oculos, Deo gratus naturam amaui, librum hunc tibi ſcripſi ſperans te non contempturum neque ſpreturum quia dicta mea non confirmo antiquorum teſtimonijs, quia neminem de hoc legi ſed do tibi quæ à natura didici, & aſſeuero te hîc inuenturum multis ignota, quæ ſi non rectè intelligas, neſcies ad quid vtilia ſint, quod taceo ob ignorantes ne nimium me manifeſtem: ſed cum anima mea vicerit ſpiritus meus manifeſtabitur. Non eſt nouum ſed fuit ante mille annos vnde ſcribo de elementis communibus prout tibi notiſſima ſunt, vt reliquum ſc: terram diſcas, quæ non eſt æquè ſimplex ac ignis, aer & aqua, ſed eſt impurum ſedimentum in quo quatuor elementa perfectè inueniuntur, quibus opus noſtrum perficimus: reliqua tria ſerui ſunt terræ, ignis in aerem, aer in aquam, aqua in terram operatur prout docebo: incipiam autem à Creatore in quantum eam Deo propicio cognoſcere potuimus.

Terra quid ſit.

Omnia elementa terræ ſeruiunt

Omnia à Deo ſunt & in Deum tendunt.

CAPVT PRIMVM.

Omnes res initium ſuum habent à Deo

& in Deo finiunt : omnium enim rerum finis reſpondet principio, terrâ nata in terram reuertuntur &c : omnia in principio perfecta apud Deum fuerunt, & in fine perfecta apud eum erunt cum elementa liqueſcent & in claritate apud eum vnientur : nihil peribit, aut annihilabitur niſi peccatum, templo enim completo Deus ineffabili ſapientia omnia creauit, & primò quidem omnium ſubtiliſſimam creaturam ſc : ignem ſeparauit qui in ſummum euolauit vbi *replet infinitum ſpatium & amplectitur omnem gloriam Domini*, omne enim leue aſcendit. Deinidem Deus denuò ſubtiliſſimum & leuiſſimum ſc : aërem igni proximum, ita humidum & craſſum ſupererant, Deuſque rurſus ſubtiliſſimum & humidiſſimum ſeparauit, aquam ſcilicet à terra ; aqua tegit terram, ignis aërem, aër Aquam. Deus potentia ſua infinita terram ex medijs aquis extulit & in medio creaturæ ſuæ poſuit vt eò melius videre poſſemus lucem claritatis eius, eum amemus non vt Angeli ſed ob perfectionem creaturarum eius. Ita diuiſit Deus creaturas ſuas in quatuor partes ignem, aerem, aquam & terram : ſingula ſuas habent vires ſecundum ſubtilitatem ſuam, in qua ignis excellit, poteſtque alijs communicare claritatem ſuæ ſimilem, omnibus dat vitam, abſque illo omnia mortua ſunt prout quotidie & præcipuè hyeme videmus. Ignis primo illuminat aerem claritatemque ſuæ ſimilem producit, tenebras pellit & in obſcuro latentia

Hoc falſũ eſt quia Deus infinitus eſt & omnis creatura finita itaq; ignis non poteſt amplecti õnem gloriã Creatoris ſui.

Omnia mortua ſunt abſque igne ſeu luce.

manifeſtat: purgat cum ab omni vaporoſa humiditate & fumo terreſtri, omni craſſitie redditque penetrabilem. Summatim ignis omnia ſimilia facit vt non ſit diſcrimen inter ambo, ſicut ignis noſter focalis qui lignis nutritus aerem attrahit violenter, quem purgat, clarificat & ſibi aſſimilat: imò adeò propenſus eſt ad aërem clarificandum vt ſi impediatur aerem attrahere euaneſcit reditque eò vnde venit quod notandum. Docet enim nos primò Creaturas Dei operari quamdiu materiam reperiunt, & quo plus reperiunt eò magis clarificant niſi impediantur, vocationis noſtræ ſatagantes Deo Creatori noſtro aut donis eius in nobis operandi locum concedamus abſque impedimento vt ex lumine in lumen procedentes claritatis eius ſplendore glorificemur.

Ignis agit in omnia elementa

CAPVT. 2.

Sicut ignis in aerem ita in aquam & terram operatur, quod videmus in ligno quod ſicut aer clarificatur: carbones extra ignem nigri in igne ſplendent à quo clarificantur & ſic in primum ſuum Ens eunt, cineres etiam clarificari poſſunt vitro ex ijs facto, & tandem inuiſibiles fieri. Quærat quis, quomodo aqua & ignis ex eodem facta ſint, cum omne materiatum communicet cum materiâ, quod hîc non fit, & proinde aquam non poſſe per ignem clarificari. Reſpondeo duo contraria non poſſe coniungi abſque medio: ſimulac enim Deus ſeparauit ſubtiliſſimum, clariſſimum, ſicciſſimum ſtatim productum

Vt clarificentur omnia igne egent.

ductum fuit contrarium eius craſſiſſimum, obſcuriſſimum, frigidiſſimum & humidiſſimũ craſſities ſc: terræ & humiditas aquæ: quæ humiditas aquæ temperata fuit ſiccitate aeris & terræ, craſſities & ſiccitas terræ ſubtilitate aeris & humiditate aquæ: ita patet nullam fieri conjunctionem abſque medio: ideò aqua igni non poteſt vniri abſque aeris medij ſubtilitate & terræ ſiccitate quæ commixtio eſt inſtar aquæ vitæ vel olej. O altitudo ſapientiæ! quam imperſcrutabilia ſunt & laudabilia opera tua, quiſnam tibi non crederet qui lumen naturæ obſeruat? quis abſque ſtupore creationem ſpectat? cum mirabilia Dei abſque admiratione aſpicis? Cur videns cœcus opera Dei non attendis? Non laudas *Deum videns primum Ens & creaturam creaturarum in qua apparent ignis, aër, aqua & terra in illa forma in qua à Deo creata ſunt.* Animaduerte ſeparationem elementorum, ſpiritus ignis in altum euolans ducit ſecum aërem, aquam & terram, quæ aëris gelu condenſata ad ſimilia ſua à quibus venerunt redeunt. humiditas olei (aqua eſt) in nebulam mutata guttatim decidit, aqua vaporis inſtar eleuata decidit nigra vt eſt, aër à ſeipſo concipitur. Quis huius cauſam reddere & Deum laudare poteſt? Ignis ergo vita omnium, omnia illuminat & mutat, qualia initio apud Deum fuerunt, aquam, terram & aërem, ſed non jmmediatè: vnde ſpiſſitas aquæ ſubtilitate aëris rarefieri debet, & humiditas ſiccitate terræ temperari, tunc materia parata eſt clarificari & viuificari

Primum ens.

Ignis eſt vita rerum omnium.

ab igne, de quo multa dici poſſent quæ omit- to ſtudio vt citiùs ad meum propoſitum veni- am.

CAPVT 3.

Aeris virtutes & proprietates.

Aëris vim in reliquis elementis videamus; ſicut enim elementa ſine igne mortua ſunt, ita & ignis ſine elementis, vnde patet ſapientia Dej nihil fruſtra creantis. ſicut enim ignis vita eſt & viuit in aëre, ſic aër in igne, aqua in terra, terra in aqua, aqua in aëre, &c: ignis purgat aërem, aër aquam, aqua terram, & quodlibet reliqua per ignem ſuæ claritatis, ſimilia reddit. Aeſtate calor ſolaris aquam inuiſibiliter eleuat, aër clarificat vt nulla ſit inter ambo differentia; & hoc patet, quia aqua ſoli expoſita eleuatur manetque ſubtilis donec à frigore condenſetur. Sicut enim ignis omnia rarefacit, ſic frigus ignj contrarium condenſat, & aquã cogit adimens illi calorem igneum ſubtilitatem aëris, & inde aqua guttatim decidit quæ guttæ à terra accipiunt alimentum ſeu naturam elementi penetrantque ſemen ad radices vſque, & calore ſolis extrahuntur in partes altiores plantæ ibique relinquit ſpiritus ſeu elementa terræ: quæ terra calore ſolis natura & vita plantæ, mutatur pro forma & vi plantæ, & ſic continua attractione aquæ nutriuntur plantæ, vnde ordinem ſapientem Creatoris videmus. Sed nimio frigore aqua congelatur in formam terræ, cum frigus effectus terræ aquam incraſſet ſuæque duritiæ & denſitati aſſimilet: ſic aër condenſat ignem, cum frigus aëris maius eſt quam calor ignis, qui mutatur in aërem, hic in aquam, hæc in terram; quod mirum eſt

Vnum quodq: elementorum aliud purgat, & mundificat

Aer quaratione fiat ignis.

noſtramque de diuiſione primæua doctrinam confirmat. Sicut n. Deus elementa à prima ſua Creatura ſeparauit, ſic elementa, rurſus igne noſtro (tanquam vmbra primi Entis) reducuntur in primam ſuam Creaturam quod in lucerna ardente & omnibus combuſtibilibus facile videtur: lampade n. accenſa oleum ab elementis illuſtratur vt inter id & flammam nulla ſit differentia, ſed oleum eſt flamma, & contra ,, quia oleum per flammam tranſiens ſtatim à frigore igni contrario in ſuum elemẽtum ducitur, vt dixi, vnde flammam diligenter aſpiciens obſeruat non tantum reductionem & clarificationem elementorum in primo ſuo ente ſed etiam ſeparationem ex primo in elementa, quod notandum eſt, & amplius à nobis ſuo tempore exponetur.

Venti toni trua & fulgura vt fiant.

CAPVT. IV. Superioribus conſideratis & intellectis concipiemus perfectè cauſam venti, tonitru, & fulgurum, cum enim radij viuificantis ſolis aëre non impediente aquam frigidam penetrant, clarificant, calefaciuntque, aër condenſatur, ſoluitur & alteratur in naturam ignis, aqua verò in naturam aëris, vnde ſequitur motus continuus dilatans ſe ſuper omnem terram vt eam humectet, ſed aqua tenuis innatans reflexioni ſeu aëri calido compingitur, condenſatur, diminuitur & mutatur in naturam aquæ, deciditque guttatim, vnde ſequitur venti ſilentium niſi eleuatio adhuc durans prædominetur aëri frigido, & coagulato, condenſato. Sicut enim calor aërem & aquam rarefacit, ſic frigus condenſat, & ita

contrahit omnes ventos per calorem diſperſos, ſicut videmus ſuſpendentes retortam ſupra vas aquâ plenum igne lento accenſo ſub ventre retortæ. V. figur. p. 69. ſimulac enim aër in retorta vacuâ incaleſcit venti ex ea erũpunt & aquæ innatant bullæ, & hoc quamdiu aër magis magiſque incaleſcit: igne vero remoto aër in retorta frigore condenſatur & in aquam vertitur, qui prius à calore rarefactus & ſolutus fuerat: ſi enim retortam ſine fractionis periculo feruidiſſimam facere poſſes remoto igne tota impleretur aqua, ad quod lapidea præſtat, ſed in vitrea melius videtur illa mutatio. Et quanto aqua denſior & craſſior eſt aëre, eò magis rarefit calore, ſicut videmus in pomo è quo venti dum coquitur erumpũt neque tamen magna humiditatis diminutio percipitur. Sic ſi lebetem ferreum bene lutemus foramine paruo in operculo relicto, & (cum ferbuerit vacuus) in foramen immittamus guttam, aqua ſtatim rareſcet & violenti venti inſtar per illud erumpet.

Et ſic venti fiunt ex violenta rarefactione aquæ.

CAPVT. V. SED cum veſpere aut ſole occidente eleuatio aquæ diminuitur plerumque tranquillitatem videmus, licet aqua ſemper exhalet niſi immenſo frigore congeletur, ſicut videmus ſi patinam amplam aqua impleamus & in cubitc frigido collocemus, aliquot enim diebus elapſis aquam diminutã reperiemus, quia aër cubiculi calidior eſt aqua. Quod ſi veſpere non habeamus tranquillitatẽ notat nos longè diſtare à loco vbi aër & aqua ſoluuntur, ventus autem ſequitur ſolutionem.

Sole occidente venti tranquilli fiunt, quod rarefactiones aquæ minores fiant & vapores.

Sicut in ictu videmus è longinquo quem videmus & diu poſt ſonum eius accipimus. Ideò licet motus violentus ſolis occaſu ceſſet, tamen id non percipimus diu poſt propter motũ ſequentem aëris, vnde vnum ventum alio mitiorem inuenimus pro ratione locorum ; ſed ſi vicini ſimus loco illi, veſpere tranquillitatem habemus, certiſque menſibus pluuias plures videmus vt Martio, Aprili, Maio, Septembri, Octobri, Nouembri, cuius rei eadem eſt ratio. Hi enim menſes medij inter calorem & frigus vt nubes volantes calore deficiente non poſſint bis ſolui & rareſcere, aër verò aptus eſt eas in pluuiam conuertere, vnde in Septentrione ſummo frigore raro pluit, nubes enim antequam ad frigidiſſimum aërem perueniant condenſatæ in niuem recidunt, niſi attractio magna ſit & diuturna, ventiſque Auſtralibus frigus vincatur; alioquin nubes à frigore retinentur venti citoque per hæc loca impelluntur & in niuem mutantur. His conſideratis exempla mea de ventis melius intelliges quam ego ſcribere poſſum, vnde fundamenta tantum & ad vlteriorem intelligentiam neceſſaria expoſuj.

Cur in Septentrione raro pluat & ſæpius nix cadat.

CAPVT. VI.

Quærat aliquis cur æſtate ſæpe ventum ex nubibus ſentimus & non ex loco vbi ſolutio fit & aquæ attractio, quod ſuperioribus repugnat? Reſpondeo ex hoc ipſa ſupra adducta exempla confirmarj. Nam poſtquam ſol aquã ſubtiliatam vſque ad frigidum eleuauit aërem, frigore aqua condenſatur & deorſum truditur nebulæ craſſæ inſtar ad reflexionem vſque ter-

Cur venti æſtate copioſiores & violentiores fiant.

ræ vbi aër notabiliter calidior eſt, vnde nebula illa rurſus rareſit, extenditur, mouetque aërem: ita etiam aër ſpiſſus & frigidus qui eſt ſupra reflexionem terræ deſcenſu nubis craſſæ perrumpitur, qui alibi calore ſoluitur, vnde augetur & dilatatur ventus ex omni latere, inde ſæpe nubes aduerſo mouentur motu, aër enim denſus frigidus volat ſuper aërem calidum donec in locis frigidis ſub vmbram nubis frigidæ recipiatur, calore rarefacta ſupra reflexionem terræ eleuetur: ita ex diuino ordine eunt, veniunt & terram refrigerant venti, & ſic ventũ percipimus ex loco nubium nigrarum & ſpiſſarum. Cum videmus in æſtate nebulam aſcendere in Euri plaga, ſentimus Eurum, Aquilonis Aquilonem, &c: & ſic de alijs locis in quibus nebula aſcendit. Itaque cauſa eſt cur interdum venti adeò fortes ſint, cur in Bataviâ & Viciniâ ventus Oriẽtalis, vel Auſtro-orientalis maximas pluuias adducant; cur Occidentaquilonaris adeò inconſtanter flet, modo cum pluuia tranquillus, mox ventus fortis: item cur in regionibus calidis maritimis mane & toto die ventus à mari, veſperi aut poſt mediam noctem ex terrâ ſpiret, quæ cauſæ rationibus naturalibus probari poſſent, ſed qui ſupradicta capit ſatis intelligit, meliuſque quam ſcribere poſſum, omiſſo vento de tonitru loquamur.

Eurus & aquilo et alij venti ex nubibus ſæper oriuntur quod vapores eleuati ex terra faciant & illas nubes, & ventos etiam producant vnà cum nubibus.

CAPVT VII.

Vnde tonitrua & fulgura fiant ſecundum Trebellium

Cum tonat & fulgurat aër feruidus, ſubtilis & ſiccus eſt & aqua à ſole eleuata in aëream formam mutatur & ſupra reflexionem terræ mouetur, frigore condenſatur & in aquam

mutata nebulæ inſtar demittitur & ab aëre calido pellitur in ſubtilem ſiccum & calidum aërem qui nubes craſſas & ſpiſſas citiſſimè penetrat & rarefacit, denuòque in aëris naturam ſubmutat, vnde forma eius momento centies ſubtilior fit, motumque vehementiſſimum parit qui ſtrependo & tonando aërem incendit donec in craſſitie omnia ſint æqualia tunc enim quieſcit. Sic cum ſalpetræ igne confringitur inque naturam aëris mutatur, & cum pannum madiduum ſuper ferrũ candens aut plumbum liquidum extendimus ſolutione & rarefactione ob calorem ſtrepit tonitru inſtar, & in pyrite ſubita ruptura lapidis cauſa eſt claritatis ardentis. Sed cum nubes remanentes à tonitru ſolutæ incraſſatæ, frigefactæ, collectæ denuò in aërem calidum veniunt qui in altum aſcendens eas penetrat, rarefacit, & in naturam aëris mutat, ideoque audimus diuerſas voces ſeu ictus continuos in omnibus locis quæ à calore ſolis rarefacta ſunt, deinde temperata & frigefacta.

CAPVT. 8.

Inuenimus quomodo Deus nos per naturam doceat ſapientiam, bonitatem, & omnipotentiam ſuam amare & mirarj. Aſpice bonitatem mirumque ordinem in omnibus creaturis: nota quam mirabiliter (prout ex dictis cauſis eluſcet) aqua ſpiſſa inuiſibiliter à ſole attrahatur, & in aëris formam rarefiat, virtutemque venti motiuam producat, moueaturque ſic & ſubtilietur ſupra regiones vbi ex defectu aquæ nulla eſt euaporatio, & interim calore ſolis eleuetur in aëris regionem

frigidam ſupra reflexionem terræ, ibique denuò condenſetur & coaguletur nebulæ inſtar, vnde procedit tranquillitas veſpertina & aer apparet nebuloſus, vnde nubes ſpiſſeſcunt, in guttas aquæ reſoluuntur, terram ſitibundam rigant quæ per eam ſoluta & impinguata penetrat plantas, & calore ſolari terra & humor pariter prouocatur in exteriorem plantæ partem, & quia aqua volatilior eſt quam alimentum terræ, aqua in aere ſiccatur relinquitque nutrimentum quod per vitam plantæ in naturam eius mutatur, ita terreſtria nutriuntur & ſubſtantiam ſuam conſeruant, ideò per putrefactionem denuò in terram redeunt, quod omnes vident, ſed vix milleſimus intelligit. ſi enim multi Alchymiſtæ hoc intelligerent non adeò miſerè laborarent in materiâ ſuâ agnoſcenda. Sed cum nebulæ hæ eleuatæ in calida loca mouentur tonitrua & fulgura pariunt (ſubita rarefactione) & ventos: ſed ſi aër naturaliter calidus & paulo calidior nebulâ parit ſolùm ventos & pluuias.

Terreſtria vt nutriantur.

CAPVT IX.

Qua ratione mutentur elementa.

Opinione meâ ſatis actum de officio ignis, aeris, aquæ & terræ, vnde intelligi poteſt virtus naturæ, quid ſit quoduis elementum; quodnam eius officium; ignis ſc: aer ſubtilis, aer aqua ſubtilis, aqua terra ſubtilis, & terra ignis craſſus, quod ex dictis ſatis intelligitur. Terra enim vi ignis aut purificatione naturæ ſoluta mutatur in aquam, fit ſalſa & potentia terræ, quod in calcinatione reperimus. Sal per ignem ſolutum mutatur in aquam quod diſtil-

latio aquæ fortis nobis oſtendit. Deinde aqua vi ignis ſoluta in aerem, aer in ignem mutatur ſicut dixi; ſic craſſa & obſcura terra mutatur in ſubtiliſſimum, pellucidiſſimum, clariſſimum & penetrantiſſimum ignem, qui omnia penetrat & clarificat, eademque penetrantia & clarificantia facit.

CAPVT 10.

Itaque intelligere oportet ſic etiam quæ ex elementis facta ſunt clarificari ſiue ſint mineralia, animalia aut vegetabilia: ſi enim aliquid eorum clarificare velimus non poteſt aliter quam ſupradictis modis fieri: terra clarificari debet igne & mutari primo in aquam quæ ſimilis eſt ſali quod deinde clarificatur & diſtillatur in aquam tanquam corpus aeris criſtalli inſtar clarum, aeris inſtar pellucidum, & ignis inſtar ſplendidum quod nobis ſufficit neque vltra requiritur vlla clarificatio, quia nullos ſpiritus inuiſibiles ſeruare poſſumus niſi corpus ſint, alioquin n. eos perderemus. Cum verò clarificatum eſt in formam aquæ per diſtillationem mutatur in formam aeris & frigoris incraſſatione denuò in aquã vt corpori viſibile. Sed ſi clarificemus id in formam ignis, frigore condenſetur in formam aëris quomodo eo vteremur? quod vltimum eſt rerum viſibilium & nobis nihil prodeſt, ideòque clarificamus in aerem qui frigore in aquam condenſatur & non altius. Nam omnes res quæ in ſupremam ſuam perfectionem reducuntur non habent generationem vel multiplicationem: ſed cum hoc per diſtillationem clarificauimus in aquã olei claram pellucidam, aut quocumque tan-

Opera Chymica qua ratione tranſeunt per omnia elementa.

ciem nomine appellari poſſit videmus in noſtro opere ſperma quod putreſcit in eo eâdemque claritate clarificatur. Sic facimus vi ignis ex aqua terram, cum natura procedentes terram cineritiam, albam & aeris inſtar pellucidam facimus viſibili tamen formâ, deinde ex aërea ſpecie igneam, claram, puram, immaculatamque rubedinem quæ in perfectione omnes creaturas ſuperat. Sed ſi clarum immaculatum ignem vlterius clarificare velimus, in priorem ſuam eſſentiam redigere oportet per aquam (vt dixi) generatio conſeruetur & ſic per ſemen perfectum & purgatum (in frigore, in calore, cuius ignis extra, humiditas intus eſt) generatio fiat in aqua humida cuius ſiccitas intus eſt &c: & ſic natura denuò extollitur, & melioratur, ſicut dixi, qua reiteratione materia noſtra fit adeò acris, penetrans, & ſubtilis vt fidem ſuperet, vt breui omnia vaſa penetret & pereat.

Ignis Chymicus ſeu ſulphur, vt clarificet & vim maiorem habet quid obſeruandum ſit.

CAPVT. XI.

Res vt meliorentur in ſuo eſſe quid agendum ſit.

Quærat aliquis nunc quomodo res ita meliorari poſſunt, nonne videmus omnia ſemina ſibi homogenea producere modo meliora modo peiora, quomodo ergo igne res magis clarificare poſſumus quam Deus ſole ſuo? Reſpondeo, Clarificare noſtrum alio modo fieri, nam accipimus corpora à Deo per naturã clarificauit & clarificamus illa denuo per ignem & aquam ad claritatem criſtalli, & purgamus ea ab omnibus ſordibus quas natura in ijs reliquit, reducimus ea in formam aquæ in qua latet intus natura terræ, in quam (vt dixi) ſerimus corpora noſtra, aqua pura purgamus &

Qua ratione corpora clarificentur vt penetrationem habeant.

claritatem vnam alteri ſimilẽ reddimus, quod in natura non fit, ideòque omnes res in eâ ſpecie manent à Deo creatâ; ſemen enim in terrã proiectum non clarificatur ab eâ, ſed terra clarificatur per ignem & vitam ſeminis, quia terra impurior eſt ſemine, ideò ſemen in vna eſſentia ſemper manet, tingitque terram impuram in ſuam formam.

Hæc ſcripſi de natura, mi frater, quæ vſu didici & quia nihil aliud me ad Deum attraxit quam naturæ cognitio, coactus ſum de elementis ſcribere quæ habitatio ſunt naturæ, abſque quibus naturam non cognoſcimus. In ijs viuimus, ex ijs ſuſtentamur, ijs ignoratis neque nos neque naturam intelligimus. Diſcens, itaque elemẽta cognoſcit, diſcit agnoſcere Deũ ſeipſum & naturam, abſque quâ non poſſumus Dei omnipotentiã rectè diligere. Quis de Deo ſupra naturam teſtatur niſi nos homines? Nos n. ad Dei imaginem creati ſumus vt per hæc dona cœleſtia agnoſcere diſcamus quæ iuxta Creationem noſtram à Creatore noſtro accepimus, vt cognitionem illorum habeamus quanta nobis in hâc vita neceſſaria eſt ad conitionem Dei & noſtri & ad naturæ indagationem. Caueamus ergo rixas, & quæ non capimus nec laudemus nec carpamus ita anima noſtra requiẽ inueniet, ſapientiamque Dei guſtabit; quomodo enim agnoſcere poſſemus quod neque videmus, odoramus neque palpamus; aut quomodo amare quod non agnoſcimus? nonne ergò eſt neceſſarium naturam elementorum perquirere vt naturam diſcamus,

Fide tamẽ Chriſtiana eleuamur ad cognitionẽ Dei melius quã per cognitionem naturæ creatæ.

& Deum amemus? cui ſit laus honor & gloria. His contentus eſto, perquire naturam, teſtimonium de his perhibebis, diceſque intelligere quæ deinde ſequuntur, ſcilicet miraculũ maximum quod in elementis in natura videmus ad laudem & gloriam Saluatoris noſtri. Amen. FINIS.

CHIMICA

SCRIPTA DOCTISſimi Philoſophi Georgij Triplani Canonici Angli in quibus agitur de benedicto lapide Philoſophorum & artificioſa eius præparatione. Latinè iampridem edita à Nicolao Barnaudo Chimico. Philoſopho.

Riplaj.

Erffurd. Ioh. Birkner. 1614.

TRACTATVS. I.
In quo agitur de Theoria.

Aurum eſt caput metallorum & perinde caput & principium artis, in eo enim latet tinctura copioſa,

AVrum Rex eſt omnium metallorum, ob perfectã coctionem puriſſimum, quod pororum ſiccitas indicat, & ſonus medius inter tinnulum & raucum, purpuræ inſtar in igne rubeſcit, millies examinatum ſemper ſuam naturam cõſtanter retinet & pondus. *Affinius eſt argento viuo quàm*

reliqua metalla, non tantum quia pars naturæ eius eſt, ſed etiam attractio humidi & ſicci huius amplexus cauſa eſt. *Sal habet quod eſt viſcoſitas eius ex quo paratur oleum quod nominatur ſulphur* Philoſophorum; ſi in calcem reſoluas cotinet in ſe ignem, inde eſt quod cum nullo permiſceatur quia non eſt eiuſdem cum alijs proportionis. Subſtantia eius eſt ſpiritus eius, corpus vero eius oritur inde quando à ſuo ſale continetur & habet id ab initio ſui ſpiritus: inde cum omnibus metallis communionem habet, præcipuè verò & purius cum ære ſicut in diſſolutione eius patet. *Nec te lateat ex ſanguine cocto Mercurij produci florẽ cuius fructus eſt ſpiritus auri.* Niſi vero tanquam ſerius naturæ indagator mentem tuam verbis meis adhibeas fruſtra laboras, ſiquidem profunde meditari oportet quid facere velis & ſingula verba exactè perpendere. Neque enim parabolis quæ vidi & expertus ſum ſcribo, ſed ex fundamentis apertis manifeſto, quæ niſi plenè capias ne labores amplius, & ne hoc quidem ſufficit niſi gratia Dei tibi adſit.

Ideo facilius coniungitur mercurio & mira inde fiunt.

Sal auri dicitur ſulphur Philoſophorum.

Spiritus auri quid ſit.

DE AVRO.

Cum Mercurius & ſulphur tanquam mas & fœmina mutuò operantur fructum non in metallis tantum ſed etiam in gemmis producunt. Sulphur eſt abundans, igneus & ſiccus, Mercurius humidus; in ventre terræ, in matrice aquæ concipitur & ex vtriuſque coniunctione (tanquam ex ſemine) humiditas quæ paulatim à puritate mercurij nutritur, & à ſulphure ſeu patre in calore conſeruatur. Si vas ſiccũ eſt,

Aurum qua ratione fiat.

quod eſt locus coniunctionis, ſatiſque forte, & in eo ſit ſulphur multum benè coctum mate pariet fructum virentem qui nutrietur ex mamillis eius coridis, mutabiturque tota in ali mentum illius, in quo pater eum iugiter conſeruat.

Corpore igitur nutrito & corroborato & auro omninò clarificato extenditur in lineam ac ſi eſſet fluidum, aut in meatibus terræ coit in glebam quanta fieri poteſt, aut diuiditur in grana minuta quæ in flore concreſcunt, Et hoc de generatione dictũ. De ſequela artis. Quod in terrâ perficitur, etiam ab arte cum tempore perfici poteſt, quam viam tibi oſtendam, eamque breuis temporis niſi tu tibi ipſe deſis. *Accipe ex donis à natura paratis marem & fœminam, coniunge ea in ſuo genere, nutri primâ ſuâ matre & pater ea continuò calefaciat ex voto tuo conſequeris ſpiritum corporeum qui matrem & fratres in ſeipſum vertit & hoc per alia media* & vias ad hoc neceſſarias. DE ARGENTO. Naturam lunæ exponemus ſororis & coniugis ſolis, eadem ratione conceptæ & coctione continua, non tamen poteſt fieri aurum album, ſed quia calore minus perfecto coquitur fit argentum, oriturque defectus hic ex ventre qui in venis argenti à vicinia maris, in eo id cauſatur, & quia pori eius laxiores, & apertiores ſpiritus principatiuus exhalat, mercurius abit vnde calor æque debilior fit. Subſtantia eius eſt ſpiritus eius ſicut de ſole dixi, eſt ignea, tinnit quia humor naturalis prorſus in eâ eſt exſiccatus, vnde albedo eius

Hoc notádum eſt artem complectitur totam.

Argentumqua ratione fiat & qua ratione mutari poſſit in aurum.

oritur ad rubedinem declinans, humore enim ablato ſi melius cocta fuiſſet ignis vim ſuam ei infudiſſet ſicut calor ſolaris fructibus cum albedine communicatur. humoris priuationem rubedo indicat ſignum caloris prædominantis alijſque addita claritatem in ijs parit. cum ſubiectum albedinis ſicut rubedinis in albo latet, inde fit ex luna calor cœleſtis quem ſpiritus per poros non humor illi affert, color ille ſal eius eſt ex quo fiunt gemmæ. Sed nigredo quæ in luna eſt mutationem eius indicat, ſicut æris viriditas communionem eius cum argento notat. Ex his duobus fit proles præuiâ diſſolutione & coniunctione quæ præ cæteris metallis auro ſociatur. DE IOVE.

Nigredo quæ in luna apparens, eſt ſignum mutationis ſuæ in perfectionem ſubſtantiam.

Iuppiter eſt metallorum inconſtans, non candeſcit in igne: natura voluit aurum aut argentum producere quod radij aurei & argentei quibus radiat probant: ſed defectu vaſis & ex impuritate materiæ maſculinæ calor diminutus eſt & ſic nutrimentum parentum digeſtum non eſt adeptus, inde habet albedinem ſubnigram ex qua humor non exhalauit, cuius nota eſt quod non tinnit & cum laminantur ſtrepit, & ob mercurium ſuum rubrum non ſuſtinet examen quia humiditas quæ in eo non eſt ſiccata volatilis eſt ſecumque auffert quicquid à matre eſt vt ſola pars maſculina remaneat, quod vſus probat. Subſtantia Iouis ſpiritus eſt non fixus ex duabus partibus diuiſibilium parentum coniunctus & coniunctione cruda & indigeſta, malleabilis tamen eſt ob ſalis ſui viſcoſitatē. Ex eo fit puluis croceus ſeu cerusa

Stannum qua ratione fiat & quid valeat in arte.

flos albedinis eius ſicut in plumbo miſtio, ex qua natura & ars cooperantes producunt gẽmas; habet etiam ſal niueum ex quo præparatur oleum in igne conſtans quod in operatione ſui magiſterij virtutes habet miras.

Oleum Iouis mirum in arte.

DE SATVRNO. Hermes, Geber & Raymundus dicunt mira de ſaturno ponentes interius eius eſſe aurum: ſed manifeſtabo tibi quid Philoſophi ſibi voluerint, iam ſatis eſt vt ſcias cauſam rubedinis eius eandem eſſe quam Iouis. Eſt a. grauior, dulcior, ſal eius eſt ſicut Topazius, ex quo oleum nobile ad gemmas præparatur. DE VENERE. Venus ex ſimili conceptione defectu vaſis & abſentia caloris naſcitur, neque coquitur perfectè. Quærat quis cum ſimilis ſit cauſa imperfectionis metallorũ, cur metalla ſũt diſſimilia? Ratio eſt, quia ſulphur coctum cum mercurio vnitur, quod patet ex viriditate æris quæ ſemper in fluxu ab eo abit, ſiquidem in lunâ melius cocta eſt quam in Venere. Primus a. gradus humoris eſt nigredo, ſecundus viriditas ſicut in luna & Venere apparet. Venus tamen retinet radios quos in conceptione nacta eſt, qui ſunt ſpiritus auri qui ex ære corraduntur & nobiliores ſunt quam in auro quia in maiorj humiditate ſulphuris colliguntur quam in auro, difficile verò colligũtur quia non magis adhærent quam aëri, in alijs ſubſtantijs æris non habitant. Latet etiam in ære pars Lunæ quæ in diſſolutione circa vitrum colligitur ſicut pellicula circa ouum, quod eſt argentum puriſſimũ latens in ære loco ceruſæ, ex quo fit ſal & oleum,

Plumbum vt fiat à natura.

Cuprum quid ſit.

Spiritus auri in venere maiores & meliores quam in auro.

oleum, cui ſi addatur ſpiritus ſolis fit Elixir tingens lunam, fit etiam ex eo ſmaragdus gemma quod eſt Elixir nobile.

Ferrum vnde naſcatur & fiat.

DE MARTE. Mars naſcitur ex ſulphure combuſto quod in ventre matris mercurialis concipitur ſed non eſt æqualiter coctum quia nutrimentum maternum ei defuit, poſt conceptionem n. ex mercurio nihil ſuperfuit, itaque à patre nutritus quod notat difficilis fluxus eius & calor qui ei adimitur, qui niſi combureretur ferè totum ferrum voraret, tum ſcoriæ ex eo candenti decidentes notant copiam ſulphuris & defectum mercurij. Ad dulcedinem redigitur cornu cerui præparato vt duci poſſit in fila, fit etiam ex eo crocus, & ex hoc rurſus mercurius ad preparationem gemmarum in primis adamantis vtilis, fit etiam ex eo oleum tingens de quo mox loquemur.

Quid fiat ex ferro

DE DVOBVS FRATRIBVS metallicis SVLPHVRE & MERCVRIO ex quibus etiam gemmæ præparari poſſunt & primo de SVLPHVRE. Sulphur eſt Spiritus virtutis generatiuæ operans in humiditatem vicinam auxilio ſolis aut caloris ignis temperati, cuius ſubſtantia incombuſtibilis ſubſiſtit in igne & tingit filios ſuos. Et hæc definitio eſt longè alterius quam crudi, combuſtibilis, fœtidi ſulphuris, quod metalla polluit & naturam contrariam in ijs parit, exterius verò eſt de proprietate incenſi.

Sulphur Philoſophorum quid ſit & quid ex eo fieri poſſit.

Mercurius Philoſophorum quid ſit.

MERCVRIVS eſt vxor ſulphuris quæ ex illo fit grauida, quia humiditas huius

ad metallorum natiuitatem conducit, & præcipuè de impregnatione in vtero eius mira dici poſſent, reſeruamus a. oleum ſulphuris & aquam mercurij, nam abſque his ſpiritus in labore reputantur inutiles, & in arſenico, Salarmoniaco, atramento & ſimilibus fruſtra laboratur & extra artem, natura ex natura ſibi ſimili naſcitur.

DISSOLVTIO ET CONIVNCTIO. Solutio & coniunctio fit in metallis (ſicut in virtualibus maris & fœminæ) in ytero matris In lecto patris coëunt ſol & luna, in coitu putreſcunt, putrefactionem ſequitur natiuitas, flos, fructus mutans mercurij in mille milleſimas, & operans miracula in hominibus ægrotos ſanando, niſi ſcias regere ſolutionem & coniunctionem diſce ex ruſticis qui triticum ſerunt. DE FERRO & AERE. Nulla coniunctio commodior æris poteſt fieri, neque fit vlla coniunctio ſine diſſolutione, & rurſus concipiunt & pariunt vno modo, nutriuntque fructum dummodo nůtrimentum ſit naturæ nobilis. De ſtanno & Plumbo. Plumbum eſt mas, ſtannum fœmina quæ ſoluuntur ſimiliter ſicut & fructus eorum ſoluuntur & denuò coniunguntur tum ad omnia magiſteria potentia ſunt. De alijs quæ ex ſimilibus materijs naſcuntur. Corallia alba & rubra cum metallici ſint generis, marcaſitæ auri & argenti & aliæ gemmæ ſi ſcias commodã naturalem illorum coniunctionem potes ex ijs Elixir mirum facere, quia natura talia generauit vt ſobolem nobiliorem

De ferro & cupro quid fiat.

producant quam ipſa ſunt. DE MVTATIONE Metallorum. De Luna quod fiat Sol. Primum in Luna vt fiat ſol eſt, vt cum oleo ſulphuris quod omnia volatilia retinet in vitrum benè clauſum ponatur cum fermento ſolis dequo loquemur cum calamita & ſtorace per menſem coquatur lumine ſuppoſito in fornace clauſa ne calor euaporet lunea granata dulceſcet ſoliſque colorem in totâ ſua ſubſtantia ſuſcipiet. DE FERRO. Ferrum ſi in cornu ceruinum ponatur dulceſcit cum fermento lunæ ad lunam. Labora. huius operis ſic fit, Coquitur in aqua ſuâ propriâ propter ſulphur ſuum combuſtum quod cauſa eſt difficilis fluxus: in aqua a. eius combuſtum hoc humectatur & molleſcit vnde dulcedinem & fluiditatem adipiſcitur, fermentumque facilius quã alia metalla ſuſcipit. AES ex quatuor proprietatibus argenti duas habet ſc: dulcedinem & igneitatem ſed caret colore & conſtantiâ: vt ergo in aurum vel argentum mutetur, prius fixetur, deinde arcano calore ex viridi album fiat ſicut in herbis fit. Practica eſt vt parti fixæ aliquid ex viſcoſitate metalli addatur ex ſale eius factâ, ſic in albedinem perfectam coagulabatur quæ per plumbum nigrum nunquam abſilit, cauete igitur quid hoc ſit. PLVMBVM coquatur in furno reuerberationis, cumque rubeſcere incipiet riga fermento auri mouendo continuè filo ferreo & riga guttatim, deinde affunde ſuccum portulacæ mariæ, ſaponariæ, & lunariæ, fiet aurum optimum, fulgidiſſimum hoc eſt maximum &

Luna vt ſol fiat.

Ferrum vt luna fiat.

Cuprum vt fiat aurum vel argentum.

Plumbum vt fiat aurum.

Succi hi, ſunt eſſẽtiæ metallicæ.

Stannũ vt fiat argentum.

nobiliſſimum arcanum. IVPPITER in argentum mutatur ſi ſimiliter in furnum ponatur, fermententur & dictis ſuccis aſpergantur. Tum ſi eum cum oleo ſulphuris, luna & ceruſa per menſem coquas (miſtura eſt mira) habebis argentum purum, idem ſi in furno tuo feruido aquam talci & lunæ ei affundas argentum habebis optimum. OLEVM SVLPHVRIS. paratur per optimam aquam metallorum calore lento in vaſe benè clauſo die & nocte vna videbis oleum innatare tanquàm liquorem auri diſtillatum, incombuſtibile, eſtque ſubſtantia & vera forma olei ſulphuris, de quâ materia vt pote arcana nihil amplius tibi dicam. AQVA TALCI & lunæ fit in fimo equino ex puluere eorum per nouem dies calcinatorum ſimul, quam calcinationem ſi ſcias diues eris, & hæc aqua talci eſt melior auro puro quia mulierum faciem concinnat. DE MARGARITIS. Ex dicta aqua fiunt margaritæ ſi ceruſa pilularum inſtar miſceatur & in ſucco pomorum granatorum coquantur & in pelicano digerantur.

Oleum ſulphuris vt paretur.

Oleum & aqua talci.

Succus pomorum granorum eſt acetum acerrimum Philoſophorum quod elicitur ex mineris auri & argenti.

TRACTATVS SECVNDVS.

In principio cum Deus omnia ex nihilo creauit ſphæram rotundam obſcuram ex chao magna admiratione fecit, in qua omnia mixtim latent, quæ deinde ſex diebus fuere diſtincta vt in Geneſi patet: tunc cœlum & terra verbo eius creata & omnia ex maſſâ confuſa producta ſunt. Antea verò fuit ab omni æternitate in ſuâ gloria, eſt & erit ſemper, ad quã etiam peruenient animæ beatæ. *Hoc initium*

Hic tractatus eſt optimus & nihil fraudis continet, ſed eſt veritatis plenus.

ſubſeruiet declarationi lapidis noſtri benedicti ſicut enim ex vna maſſa omnia creata ſunt, ita etiam in noſtra practicâ fiet, quia omnia noſtra arcana ex vna re naſcuntur. In libris Philoſophicis lapis noſter vocatur microcoſmus vnus & trinus, magneſia, ſulphur & Mercurius à natura proportionatus. Multi a. non injuriâ mirantur & ſtupent artem mirabilem noſtram, quidnam ſit lapis noſter cum Philoſophi eum quærentibus dicant, aues & piſces eum nobis afferre, omnes eum habere, vbique in omnibus locis in te & me ſemper inuenirj. Ad quod reſpondeo, *Lapidem hunc eſſe verum Mercurium non vulgarem qui dicitur argentum viuum ſed verum mercurium ſine quo nihil viuere poteſt* quod omnes Philoſophi aſſeuerant dicentes idem. Itaque immeritò ab ignaris Philoſophiæ accuſantur quod talia occultent, ſed ipſi potius accuſandi ſunt quod ingenio craſſiore & hebeti Philoſophiæ ſeſe dedere velint. Ideoque ſi Mercurium noſtrum neſcis vbi lateat & quæri poſſit opus noſtrum ne quæras, Philoſophi enim blandis verbis ſtultos irrident: ſin verò me audias te veraciter docebo quis ſit verus & vtilis mercurius, nihilque celabo. In quibuſdam rebus propriùs, in aliis longiùs inuenitur, nota igitur quid tibi ſcribam, ſi n. hoc nunquam diſcas ne mihi culpam imputes. *Docebo te veraciter tres eſſe mercurios qui ſunt claues artis noſtræ, quas Raymundus menſtrua ſua vocat, ſed duo tantum exteriores, vnus a. ſolaris & lunaris naturæ, cuius proprietatem*

Enarrat ex quibus fiat lapis Philoſophorum.

Lapis philoſophorum quid ſit & quid ſit mercurius ex quo fit lapis.

Mercurius philoſophorum imprimis eſt cognoſcendus, ſi artem hoc tractatu non noſcas ipſum, maxima cũ difficultate per alium tractatum cognoſcas.

Mercurij quot & quales.

Lapis philoſophorũ vere quid ſit.

Ex plumbo mercurius philoſophorum educitur.

Ibi maxima declarantur ſecreta cum ex mercurio qui eſt menſtruum ſecundum ſoluãtur metalla perfecta tertium menſtruum eſt mercurius ſolis per mercurium extractus.

tibi veraciter indicabo. Et aliorum metallorum mercurij eſſentiales ſunt præcipuum materiale lapidis noſtri, in ſole & luna menſtrua, noſtra non ſunt viſibilia, neque apparent niſi per operationes ſuas. Hic eſt lapis de quo agimus ſi quis ſcripta noſtra intelligat: eſt anima & ſubſtantia ſolis & lunæ fulgida, influentia illorum, per quam noſtra terra claritatem aſſequitur. Auicenna, Quid eſt aliud aurum & argentum quam terra alba & rubra pura, à qua tolle dictum ſplendorem terra prorſus nihil erit. Totum opus noſtrum vocamus plumbũ, ſplendor venit ex ſole & luna, hæc ſunt in ſumma menſtrua noſtra. Primo calcinamus naturaliter perfecta corpora, ſed nullũ corpus impurũ ingreditur niſi viuum quod à Philoſophis vulgò nominatur LEO VIRIDIS eſtque medium tincturam inter ſolem & lunã coniungendi cum perfectione ſicut Geber dicit. *Secundo menſtruo quod eſt humiditas vegetabilis viuificans mortuum, ſoluuntur ambo principia materialia & formalia, alioqui nihil proſunt.* Hæc menſtrua agnoſcas oportet abſque quibus nulla recta calcinatio neque naturalis ſolutio fieri poteſt. Cum tertio menſtruo ſeu humiditate incombuſtibili fixa & in ſe viſcoſa arbor Hermetis in cineres conuertitur: hic eſt ignis noſter naturalis, noſter mercurius, noſtrum ſulphur, noſtra tinctura pura, noſtra anima, noſter lapis qui à vento in altum extollitur & in terra natus eſt, hoc ſecretum ſerua. Hic lapis (audeo tibi dicere) eſt fortiſſimus vapor metalli, quomodo illo potiaris pru-

denter reſpice, nam certè hoc menſtruum eſt inuiſibile, licet cum aliis aquis Philoſophicis elementorum ſeparatione viſibilis fieri poſſit in ſpecie aquæ claræ. Ex hoc menſtruo labore multo parato & cum ipſo poteſt fieri ſulphur naturæ ſi naturaliter acuatur & in ſpiritũ purũ circuletur, tunc cum ipſo tuam materiam multis modis ſoluere poteris, quod ex practica diſces intelligere, quod ſuo loco prolixius deſcribam Deo propitio. *Vide vt facias, & diſce pro tuo præcipuo fundamento tuam aquã mercurialem intelligere, & calcinatione peracta in qua humidum radicale augere non minuere debes donec tua materia frequẽti ſubtiliatione ſuper metallum fluat ceræ inſtar*, tunc ſolue cum menſtruo vegetabilj donec aſſequare oleum lucidum, tunc menſtruum jllud viſibile eſt. Ex hoc extrahitur oleum aureum, vel ex noſtro plumbo ſubtili rubro ej ſimile, quod iuxta antiquum Raymundum oleo precioſius eſt, ſenio enim morti vicinus ex eo aurum potabile confecit, cujus beneficio ad iuuentutem redijt. Ita enim ſimul circulari poſſunt oleum & menſtruum vegetabile, arte & labore ſublimarj, exque ijs lapis cœleſtis præparari naturæ adeò igneæ vt Baſiliſcus noſter & Elixir nobiliſſimum vocetur. ſicut enim Baſiliſcus aſpectu ſuo omnia necat, ita necat Mercurium crudum in eum proiectus momento, & eum citò tingit vt & alia corpora in aurum & argentum fixum, ſic rege opus tuum album & nigrum. Hac viâ apparatur aurum potabile ex auro non calcinato arte communi ſed ex tinc-

Hic declaratur quid ſit lapis ſine fraude.

Declarat ibi eſſe plumbum philoſophorum materiam lapidis ſed non eſt plumbum vulgare.

Menſtruum circulatum eſt mercurius præparatus & attenuatus hinc attenuat aurum & argentum.

turâ noſtra quæ non euaneſcet, quæ cum menſtruo circulato ex opere noſtro extracta eſt: nihilominus aurum antequam ſoluatur naturaliter ſubtiliari debet, hæc tibi principio ante omnia dicta ſint. Iam hunc tractatum in XII. capita diuidam, deinde admonitionem compendioſam ſubiungam verùm vt omnes ſuperfluas repetitiones omittam ſtudebo te docere theoriam & practicam vt quilibet ex meis ſcriptis diſcere volens ad finem optatum perueniat.

Cap. 1. de calcinatione naturali.
Cap. 2. de arcana diſſolutione Philoſophica.
Cap. 3. de ſeparatione elementorũ noſtrorum
Cap. 4. de eorundem coniunctione.
Cap. 5. de putrefactione.
6. de Coagulatione alba.
7. de Cibatione.
8. de ſublimatione arcana.
9. de Fomentatione.
10. de Eleuatione.
11. de Mirabili noſtra multiplicatione.
12. de Proiectione. deinde compendioſa admonitione ſubiuncta adiuuante Deo concludam tractatum prout propoſuj.

Calcinatio Chymica quid ſit & quo modo fiat cum conſeruatione humidi radicalis nam in calcinatione Chymica, humidum radicale deſtrui nõ debet.

CAPVT primum ſeu prima porta in qua agitur de calcinatione per quam calor naturalis & humor conſeruantur. Calcinatio eſt purgatio noſtri lapidis, quæ illi calorem naturalem reddit neque aliquid ex humiditate adimit, nec non præparatione ad neceſſariam ſolutionem lapidis noſtri. Hortor vos vt ſequamini Philoſophos neque vulgi more in

ſulphuribus laboretis aut varijs ſalibus præparatis, Lapis enim noſter nobis iudicibus nullis corroſiuis, neque ſolo igne aut aceto aut aquis acribus neque vapore plumbi calcinati, & quicunque *ita* calcinare nititur, abſtineat arte noſtra difficili donec calcinationem noſtram rectius intelligat; vulgari n. calcinatione corpora annihilantur in qua humiditas noſtri lapidis diminuitur. Cum n. corpora in puluerem ſiccum cineris inſtar aut oſſium vſtorum comburuntur non eſt calcinatio à nobis quæſita, ſiquidem in noſtra humiditas augetur non minuitur naturalis, & pro fundamento in noſtra calcinatione labora prouidè in natura & cum natura: quælibet enim natura habet proprietatem attrahendi ſibj ſimile, qui hoc non intelligit cœcus eſt in arte noſtrâ, ambulat in tenebris quò à vento agitur, neque ſcit quomodo ad vllam vtilitatem perueniat, quia noſtra ſcripta non capit. *Coniunge naturam naturæ, genus generj, omnis n. res creſcens fit iuxta ſemen, homo generat hominem, beſtia beſtiam, hoc vlteriorj ſermone non eget.* Verum nota hoc ſi meminiſſe velis. *Nos fixamus omnem ſpiritum cum calce ſui generis, ſi hoc notes* proficies; nos laboramus calcem noſtrã albam & rubram vnctuoſam per triplices gradus (antequam opus noſtrum perficiatur) quæ fluida vt cera eſſe debet, alioquin nihil eſt, & hoc longo tempore fit (iuxta Philoſophos) quia annum vel diutius expectamus, neque citius calx noſtra præpararj poteſt fluida & colorem habens fixum. Proportionem

Calcinatio Chymica qualis ſit in qua humiditas augetur radicalis.

Spiritus noſter & mercurius fixatur calce eiuſdem naturæ ſed perfectæ & puræ quare cautus ſis.

Hic declarat quicquid eſt artis.

exactè obſerua in qua multi falluntur, ne igitur opus tuum corrumpas *corpora tua ſubtiliſſimè limata ſint, cum mercurio in pari proportione tenuentur, pars vna ſolis, duæ lunæ donec omnia quaſi puls ſpiſſa fiant.* deinde fac mercurium tuum cui adde iuxta debitum ſolis & lunæ ana partes duas, & ſic opus tuum in ſpecie trinitatis incipe, Corporis & ſpiritus ana partes tres. Subſtantiæ ſpiritualis partem vnam: vnam partem amplius ſpiritus quam corporalis, prout Raymundi repertorium docet, hæc vera eſt proportio, ſi quis videre deſideret, hoc mihi doctor meus oſtendit, ſed tres de ſpiritum vini accepit ad vnam corporis, quo multas noctes conſumpſi antequàm animaduerterem, vtrumque verum eſt, elige pro libitu. Et ſi aqua tua cum terra in æquali proportione in debito calore ſtet, creſcit inde fructus nouus pariter albus & ruber in tinctura purâ quæ in igne in æternum manebit donec mortuum à viuo viuificetur. *Duc ergo trinitatem ad vnitatem indiuiſibilem, hæc eſt certiſſima & optima proportio, quo n. minus eſt partis ſpiritualis eò facilius & melius fit ſolutio,* quam ſi tot aquis terram inundes vnde opus corrumpis. Obſerua igitur exactè figuli lutum, neque ventrem vnquam nimis humecta, conſidera lutum quomodò temperatum ſit, modũ quomodo calcinatum, ſemperque hoc cogita ne terra tua aquâ inundetur, ſicca humiditatem tuam calore temperato, iuua diſſolutionem cum humiditate lunæ & coagulationem cum ſole, & factum eſt. Ita quatuor naturas

Ibi declarat pondus materiæ. ſpiritualis & corporalis, mercurius ibi dicitur ſpiritus vini.

Hæc notãda ſunt circa ſolutionem & calcinationem noſtram.

Solutio ſemper fit cum mercurio, & coagulatio cum ſole.

in quintam vertes quæ eſt omnium perfectiſſima, naturæ temperatæ, ſed difficile eſt nudis pedibus contra ſtimulum calcitrare cum multis indoctis, qui opus hoc ingens quod nullo modo intelligunt aggrediuntur: quomodo thesauros ſperant ſe inuenturos in ouis, vitriolo aut ſanguine? Si Philoſophiam rectè intelligerent non cœci eſſent in labore ſuo quærendo aurum & argentum extra genus eorum. Sicut n. ignis principium eſt virtutis calefactricis, ita aurum principium eſt aureæ virtutis. Si itaque Philoſophica viâ vis aurum & argentum facere non oua aut ſanguinem ſed ſolem & lunam accipe, quæ naturaliter & ſapienter calcinata proferunt fructum nouum qui genus eorum auget ſicut aliæ res naturales. Et ſi omnino in rebus non metallicis vlla vtilitas eſſet in quibus colores iucundi reperiuntur, vt in ouis, ſanguine, vino & vrina, vel in mineralibus è terrâ erutis, tamen neceſſarium eſſet vt illorum elementa prius putreficerent & ſepararentur, deinde cum elementis perfectorum corporũ vnirentur. Itaque primo muta tua elementa, ante omnia ex terra fac aquam, ex aqua per ſubtiliationem aërem, ex aëre ignem, magiſtrum te prædicabo operis noſtri magni & paruj, quia elementa in ſe redegiſti & ſcripta noſtra intelligis. Quo peracto rotam retro age & ex igne aquam, ex aëre fac terram, alioquin laboras fruſtra: ſic n. lapis noſter ad naturam temperatam redigitur quãdo ex quatuor naturis contrarijs vnica præparatur. *Poſtquam ter per circulum reductum*

Aurum & argentum non eſt quærendũ extra genus metallicum hæc inueſtigatio ſtultitia eſt ſumma.

Coctio lapidis noſtri dicitur calcinatio.

Hoc eſt conuertenda ſunt metalla per humiditatem metallicam in humidum metallicũ & hoc in terram volatilem & hanc in ignem fixum ſeu terram rubram fixam.

Calcinatio & ſolutio noſtra ter repetenda, eſt vt abſoluatur opus noſtrum.

fuerit opus eſt perfectum, deinde elementa tua ſub humiditate lunæ & calore temperato ſolis in pulverem ſubtilem redigantur, & ſic totum magiſterium aſſecutus es. Pro quo age gratias Deo pro opere incepto, cujus certum indiciũ eſt caput corui aut roſtrum corui (ita nigredinem vocant) aut cinis arboris Hermeticæ, alii aliis nominibus appellant, pro libitu, vt buffonem ſeu rubetam à terra ſatiatam à qua ſpiritus occiditur & veneno polluitur; habetque nomina innumera, omnium enim nigrorũ appellationibus venit donec albeſcere incipiat, & cum poſt nigredinem candere incipit jucundiora habet nomina ſecundùm res albas & rubras. Sic per primam portam arcis in qua Philoſophia habitat ingreſſus es, ambula cautè vt etiam reliquas portas huius artis tranſeas quæ campanæ inſtar rotunda adhuc vndecim habet portas, primam prætergreſſi ad ſecundam accedamus.

De ſolutione mira hic inuenies.

Quam aurum per mercurium noſtrum in mercurium reducitur qui quidẽ erat inuiſibilis.

CAPVT 2. & porta ſecunda, Solutio.

Vt parum loquamur de ſolutione quæ manifeſtat & viſibile reddit quod prius inuiſibile erat, ſubtiliatque & attenuat quod prius craſſum & denſum fuerat, per vim primi noſtri menſtrui clari in quo corpora denigrentur & à duris & ſiccis vinculis ſuæ coagulationis ſoluuntur & naturaliter ad primam ſuam materiam redeunt. In genere equidem vnicum ſunt, ſed non numero, pater eius eſt ſol, mater luna, mediator eſt mercurius; hæc & non plura ſunt noſtra magneſia, noſter adrox & non alius, hîc nihil eſt quam frater & ſoror, agens & pa-

Quamuis in opere noſtro tria videãtur requiri Sol luna & mercurius, nihilominus duo ſunt neceſſaria Sol & mercurius vel luna & mercurius nihilominus ſi tria coniungerẽtur

tiens, ſulphur & mercurius, eſſentialis pars operis noſtri, ex his duobus contrariarum qualitatum naſcitur res mira media, noſter mercurius, noſtrum menſtruum viſcoſum, noſtrum ſulphur arcanum, quod inuiſibiliter operatur & corpora vehementius comburit quam ignis donec in aquam mineralem redigantur quam ob nigredinem vocamus noctē, & locum mediæ noctis. Sed videris mihi nondum ſatis capere arcanum diſſolutionis Philoſophicæ, conſulo igitur tibi vt attendas ad verba mea abſque dolo enim modum illius tibi exponam. *Solutio noſtra eſt cauſa coagulationis noſtræ, ſiquidem ſolutio vnius partis vt corporis cauſatur coagulationem alterius partis ſpiritualis, ſoluimus in aqua quæ non humectat manum*, cum n. terra prorſus in cinerem redigitur eſt aqua congelata, hoc diſce intelligere. Cum n. elementa adeò compacta ſint & dura, cum corporis formam ſuam amiſit immediatè formam nouam conſequitur, cum in tota natura nihil formæ omnino expers eſſe poſſit. Reuelabo a. tibi arcanum fundamentum ſecretj noſtri cuius ignarus omnis labor & ſumtus perit, caue igitur ne erres, *quò plus terræ & minus aquæ erit eò citiùs perficietur ſolutio. Vide quomodo glacies aqua fiat, neque immeritò; prius enim aqua fuit; ſic terra noſtra in aquam reducitur, & aqua per eam fixè coagulatur.* Omnia n. metalla, iuxta omnes Philoſophos, prius fuerunt aqua mineralis, vnde omnia cum aqua fiunt aqua in qua quatuor contrariæ qualitates, & oportet ſubſtantiam

non eſſet error, quia Sol & luna non differunt niſi cruditate & cum habeant reincrudari a mercurio non intereſt.

Solutio & coagulatio ſimul fiunt & eodem tempore, non poteſt enim ſolui corpus ab ſpiritu quin ſpiritus coaguletur itaq; ſolutio corporis eſt coagulatio ſpiritus & ſi hanc ſolutionem & coagulationem intelligas capis totam artē

Quia terra noſtra ſoluitur per ſe quia eſt eiuſdem naturæ cū ſoluente, ideo facilius ſoluitur.

Aqua mineralis eſt argentum viuum.

in aliam & qualitatem mutari in aliam donec qualitates diſſimiles reducantur ad vnam vnicam perfectam naturam. Teſtatur enim ſcriptura cum terra mouetur montes præcipitari in cor maris, ita noſtra corpora in aquam mutantur, quia corpora noſtra à planetis nomina ſua ſortita non immeritò montibus comparantur; ea ergo in profunditatem mercurii proiice ne damnum accipias, ſpectaculum videbis ſuauiſſimum, fiet enim puluis incertus, ſicut noſtrum coagulum lac durum reddit: tunc corpora primam ſuam formam amiſerunt & aliam ſuſceperunt, ſumtuſque à te benè collocatus eſt, quod multi licet docti non aſſecuti ſunt, quia Philoſophiæ noſtræ myſteria non intelligunt. Vnum addam: omne corpus habet tres dimenſiones altitudinem, latitudinem & profunditatem; circa quas rota noſtra Philoſophica ſemper voluitur. Scito igitur *initium tuum debere eſſe Occidentem verſus vbi luminaria* lumen ſuum omninò perdent, manebuntque ibi dies nonaginta abſque luce in purgatorio obſcuro: deinde tuum curſum Orientem verſus inſtitues vbi per varios colores gradieris, & ſic hyems & ver præterierunt, te ergo altius verſus Orientem conuerte vbi ſol æſtate cum ſplendore rutilo oritur, & illud maximâ cum voluptate fiet, hîc enim opus tuum ad albedidem ſummam perueniet; tunc ex Oriente Meridiem verſùs te conuerte vbi quieſcere debet in loco igneo, ibi enim eſt meſſis & finis operis tuo ex voto perfecti. Tunc ſol rubedine merâ lucet in ſuo circulo

Cur corpora metallica montibus comparentur & qua ratione præcipitentur in cor maris dum ſoluuntur in aquam noſtram.

Principiũ operis noſtri eſt ſemper verſùs occidentẽ quia eſt *in* ſolutione corporum perfectorũ vbi corpora nec dantur & corrumpuntur, vnde verſus occidentẽ ſemper tendit principium, finis eſt verſus meridiem vbi quieſcẽdum eſt niſi multiplicare velis.

& poſt tenebras glorioſè triumphat (Regis aut Imperatoris inſtar) de Mercurio & aliis metallis. Et hæc omnia debent in vno vitro fieri quod oui figuram refert & æquè clauſum eſſe debet; debes etiam ſcire gradus ignis, aliâs opus tuum peribit. Vitrum tuum nunquam magis incaleſcat quam vt ſemper nudâ manu illud quandiu velis attrectare poſſis quandiu ſolutio durat, prout Philoſophi teſtantur.

Vitrum nullo modo eſt apperiēdum & gradus ignis eſt continuandus vſque ad finē lentus & leuis adeo vt vas tingi poſſit illæſa manu.

Attende igitur ad doctrinam meam, caue ne vitrum aperias aut moueas à principio ad finem vſque; alioquin opus tuum nunquam ad optatum finem perduces. Ita in hoc capite ſolutionem docui, veniamus ad tertiam portam ſecundâ ſuperatâ.

Hîc etſi ſeparationis mentio fiat nihil tamē eſt ſeparandum ſed hæc ſeparatio materię eſt cōmitenda, & coctioni noſtræ.

CAPVT 3. & porta tertia. Separatio.

Separatio ſeparat partem à parte ſubtilem à craſſa, ſpiſſam à tenui: ſed ſeparationem quæ manu fit omitte, ſtultus eſt & inutilis labor. In noſtra ſeparatione natura non otioſa eſt ſed ſeparat elementorum qualitates vſque ad quartum gradum donec omnia mutentur, terra in aquam nigram & cineritiam, aqua in aërē albiſſimum, aër in ignem. Plura elementa non habemus: ex his fit lapis noſter artificioſè, de quâ ſeparatione eſt amplius loquendum. ſeparatione iuxta Philoſophos eſt diſſipatio quatuor elementorum, cuius ſeparationis figuram apud prophetam Dauidem inuenio in pſalmo, Ex rupe Deus protulit aquam pellucidam & copiam olej ex rupe durâ: ita, ſi ſapis, ex lapide noſtro nobili incombuſtibile oleum & aquam elicies, ad quod opus non

Elementa qua ratione inter ſe ſeparentur.

Separatio quid proprie ſit.

debes carbones ſufflare, ſed perage calore lenato primo in igne humido, deinde ſicco, ſenſim abſtrahe phlegma deinde reliqua elementa magna cura, ſicca terram calcinando donec ſitiat, aliâs fruſtra laborabis, deinde ſine vt humiditatem ſuam rebibat, ſic ſæpe fiat ſeparatio, & materia diuidatur in duas partes, ita tamen vt à ſubtili ſeparetur craſſum & terra in fundo remaneat griſea, quæ fixa eſt vt omnẽ vim ſuſtinere poſſit. Pars altera eſt ſpiritualis & volatilis, ſed redigendæ ſunt in vnam naturam: tum oleum & aquam ab aqua abſtrahe & auxilio & additamento aquæ conſequetur motum, obſerua hoc ne opus tuum pereat in cuſtodiâ remoto operculo ſigilla vitrum ſigillo Philoſophico. Vide ne aquam qua lapis viuificarj debet non prius diſtilles quam operi adhibiturus es, ſæpe eam per ſe diſtilla; aſpectu ſatis comperies cum ſatis à ſuâ impuritate eſt purgata, aliqui eam cum ſaturno multiplicant quod nos reijcimus. Diſtilla ergo eam donec pura & ſubtilis aquæ inſtar fiat colore cœruleo ſplendenti vt tamen figuram & pondus ſuum retineat. Cum hâc Hermes arborem ſuam in vitro ſuo humectauit & produxit flores varios in altum creſcentes & ſuaues: aqua hæc confertur ſerpenti venenato ex quo fit Theriaca præſtans, eſt n. venenum fortiſſimum cui non habent ſimile Pharmacopolæ, à quo veneno nemo læditur, ſi ad medicinam coquatur eſt Theriaca optima omnia venena expellens, pater cuius operationem mira poſſunt fieri, per quam multi à morte eri piuntur & vitam longiorem

Aqua noſtra quãdo eſt perfecta aſpectu cognoſcitur.

giorem aſſequuntur. Caue ne illi corroſiuum quid admiſceas, elige puram ſi quid boni conficere vis, illa miræ eſt naturæ, abſque ea nihil fieri poteſt, vnde Hermes vocat ventum ſuum ob facilem eius volatum à ſole & luna, & ea noſtrum lapidem citiſſimè volatilem reddidit, mortuum reſuſcitauit, vitam communicauit ſoli & lunæ, mari & fœminæ, quæ niſi arte animentur, pinguedo eorũ per aquam abſtrahatur vt ſubtile à craſſo ſeparetur, nunquam opus ad finem optatum perduces. Si igitur opus abſque dubio velis ſuſcipere aues ex ſuo nido in altum pelle, aqua cum aqua congruit & cum eâ aſcendit, ſpiritus cum ſpiritu vt pote eiuſdem naturæ quæ poſtquam longè nobilior facta eſt, ſine vt deſcendat, ideò ſepara quæ naturæ prius coniunxerat, eſſentialem mercurium in ventum muta, ſine qua naturali ſeparatione nunquam fertilis partus ſequetur. Vt igitur meo auxilio hanc portam tranſeas tandem myſterium hoc tibi manifeſtabo. *Aqua tua ſit ſepties ſublimata, aliâs non ſequitur ſolutio naturalis, neque putrefactio, neque colorum mutatio ignis* in vitro operantis defectu. Quadruplex eſt ignis ſc: naturalis, præter naturam, contra naturam & elementaris, quod lignum accendit, hoc vtimur & non amplius. Ignis præter naturã corpora macerat, eſt draco violentius vrens quam ignis infernalis. Ignis naturalis eſt tertium menſtruum, quod in omnibus rebus latet. Ignem preter naturam vocamus accidentalem vt cinerum & balnej. Abſque ignibus dictis nihil

Mercurius noſter quare ab Hermete ventus dicatur hic purus putus habẽdus eſt, vt materia noſtra inde pura fiat, puritatem enim omnẽ naturalem vincere debet.

Mercurius noſter dicitur auis plumata, corpus eo perfectum auis implumis hæ aues ſimul coniungi debent & vnã fieri inplumem & ſine alis.

Notanda hæc ſunt de purificatione aquæ noſtræ alioquin fruſtra laboramus.

Ignis naturæ deſcribitur & reliqui etiam ignes.

Ignis hic de quo loquitur eſt mercurius noſter.

ad putrefactionem perduces vt tuæ materiæ ſeparari & ad nouam conjunctionem aptarj poſſint. *Excita igitur ignem tuum intus in vitro quod corpora vehemẽtius exurit quam ignis elementaris,* Si modo ex cordis tuo voto myſteria noſtra tibi optas vtilia eſſe: tunc ſemen tuum putreſcet & creſcet auxilio ignis accidentalis, vt deinde naturaliter ſepararj poſſint. Sic per portam ſeparationis tranſibis, & deinde verſus portam arcanæ coniunctionis te conuertere potes, quæ te intrò in arcem ducet: vtere conſilio meo ſi opus perficere velis, hæc porta duplici ſera obſerata eſt.

De coniunctione multa hic præclara dicuntur quæ nihil aliud eſt quam perfecta vnio mercurii noſtri cum ſole noſtro, quæ fit coctione perenni, & leui, donec figãtur omnia.

C A P V T 4. & porta quarta. Conjunctio.

Coiunctio quid ſit apud Chymicos.

Poſt caput ſeparationis qua lapidis noſtri elementa ſeparantur ſequetur ſtatim caput arcanæ conjunctionis, quæ naturas contrarias ad perfectam vnionem coniungit, ſic mutat, vnit vt non ſeparentur ſi per ignem examinentur, tanta eſt illarum colligatio. Philoſophi eam definiunt, Coniunctio eſt colligatio qualitatum ſeparatarum, vel, aſſimilatio primorum principiorũ. Verum quidam corpora miſcent cum mercurio qualis apud Propolas proſtat, qui cum is elementa eorum diuidere nequeant, errant: quamdiu n. anima à corpore non eſt ſeparata & à natiuis ſordibus purgata per aquam puram ſpiritualem veram conjunctionem non aſſequeris. Separa igitur animã à corpore & anima producet conſtantẽ vnionem inter partem corporalem & ſpiritualem. Philoſophi meminerunt duplicis coniunctionis ſc: craſſioris per quam corpus eum Mercu-

Anima eſt calidum innatum corporis & hoc calidũ eſt ſeparandũ ſine ſeparatione non hoc in vno vaſe fit, dum aſcendit anima illico cadit in corpus & ſic non ſeparatur à corpore niſi nimis

tio denuò crudum efficitur, qua relicta, alterã ſpecta quæ poſt elementorum ſeparationem fieri debet; in quibus ſingulæ partes ita connectuntur & ad tale temperamẽtum rediguntur vt inter eas nulla amplius contrarietas exiſtere poſſit. Ita ſeparatio cauſa eſt veræ vnionis aquæ & aëris cum igne & terrâ, vt vnum elementum in alterum introducatur vnde in æternum juxta votũm tuum ſubſiſtũt. Fac ſicut figulus de luto, fac ſpiſſius neque humecta nimis, ſic ad ſiccitatem citius peruenies. Huius a. conjunctionis ſunt genera tria. Prima à Philoſophis dicitur duplex quæ fit inter marem & fœminam, inter agens & patiens. mercurium & ſulphur viuum, materiam & formam, ſubtile & craſſum quæ vniuntur; hæc doctrina te veraciter inſtruet vt coniunctionem noſtram perficias. Secunda dicitur triplex & eſt colligatio trium partium, animæ, corporis, & ſpiritus donec inuicem aſſimilentur, quas tres naturas in vnam te redigere oportet. Sicut enim anima debet eſſe vinculũ ſpiritus, ita & corporis cum natura vniri oporret, hoc memento. Tertia & vltima coniungit quatuor elementa vt ſimul permaneant, à Philoſophis dicitur quadruplex, à Guidone de Montanor ſpiritualis. Iam igitur meliori modo elementa tua coniungi debent (in rectâ proportione in hâc coniunctione) quæ prius ſeparata fuerunt. Sicut enim venas ad generationẽ neceſſarias mulier habet quindecim, mas tantũm quinque, ita in noſtra coniunctione ſol debet habere aquæ ſuæ partes tres, luna

excitetur ignis externus.

Separatio elementorum cauſat vnionem, quia dum in vaſe ſeparantur per illam ſeparationem purificantur & per illam purificationem vniũtur & ſic continuo circulãtur metalla donec perfecte vniãtur & fiat vnicum elemẽtum igneũ apparens quod reliqua tria elementa continet in ſe recluſa. Hæ coniunctiones ſunt vna & eadem cõiunctio, quia res coniungendæ non mutantur, ſed diuerſis nominibus appell.

Poſtquam materia noſtra in vaſe poſita eſt, nunquam amplius eſt aperiendũ vas nec mouendũ ſed perpetuò coquendũ eſt cum ſua materia quæ in vaſe eſt.

nouem proportione ad marem tripla, tunc ſimile ſimilis cohabitatione gaudebit. Finio ſermonem de coniunctione, craſſam ſemel tantum adhibe, ſcorta rarò pariunt, ita lapidem noſtrum nunquam habebis niſi fœminam in lecto viduo relinquas; & poſtquam ex viro concepit matrix clauſa ſit reliquis omnibus; qui enim cocto ſemper crudum addit, vas aperit, materiam frigeſcere ſinit, ſemen conceptum non nutrit, ſed opere ſuo annihilato ſeipſum irridendum præbet: ſi igitur vis proſperari ſigilla vas, nutri ſemen tuum benè in calore continuo temperato, & poſt quinque menſes cum poſt omnes tenebras & nubes lux apparere incipit auge ignem *donec lapis tuus fulgeat, tunc vaſe aperto filium natũ lacte & cibo magis magiſque confirmare poteris, ſiquidem ſiccitas & humiditas ita vnitæ ſunt vt terra ab aquâ influentiam nacta ſit vt non amplius ſeparentur.* Et ſicut aqua terræ ingreſſum communicauit vt ſimul permanere poſſint, ſic terra aquæ vim retentiuam, & ſic ambo vnum facta ſunt vt non amplius repugnent: *ſic opus noſtrum ex duabus tantum partibus pendet ex ſicco & humido, quæ contraria ſunt, ſiccum fixat humidum & humidum reddit ſiccum fluidum, vt ex ambobus temperatis vnica æqualis fiat natura, neque corporis inſtar compacta, neque aquæ modo fluida. Abſque dubio ſolutio & coniunctio duo ſunt artis hujus principia & præcipua capita,* tamen alia ſunt principia nobilia moxindicanda, procede igitur ad aliam arcis noſtræ portam.

Poſtquam lapis factus eſt, tunc temporis nutriendus eſt lacte ſuo, ex quo à principio factus eſt.

Opus noſtrum ex quibus cõponatur ex ſicco & humido, ſiccum eſt aurum, humidum eſt mercurius.

CAPVT 5. & porta quinta Putrefactio.

Incipit caput de putrefactione ſine qua nec ſemen nec fructus augeri poteſt, illa fit ſolùm continuâ operatione caloris in corpore, neque debet fieri labore manus: nam abſque putrefactione nequeunt corpora naturaliter mutari ſicut ſaluator dicit, niſi tritici granum putreſcat non fructificat: ſic niſi materia noſtra putreſcat mutari nequit, neque elementa naturaliter ſeparari aut coniunctio perfici. Ideò ne fortè malè procedas principium putrefactionis benè intellige antequam opus aggrediaris. Putrefactio à Philoſophis definitur mortificatio corporũ & ſeparatio triũ partiũ in noſtro opere quæ corpora mortificata ad corruptionem reducit & ad generationem apta reddit, quia ex terra creſcentia influentia cœli germinant. Miſce ergo elementa tua & ea prudenter exæqua, ſerua in calore moderato (cauens ante omnia ne feruore nimio in cinerem aut puluerem rubrum invtilem convertantur) in roſtro corui aut fimo noſtro equino in calore balnei donec 90. noctes elabantur ſic ſe manifeſtabit nigredo indicans putrefactionis propinquitatem, quam poſt varios calores facile ad albedinem duces perfectam, & ſemen tuum in ſua natura augebitur: *effice vt ſe mutuo amplectantur & puerorum ludentium inſtar ſe mutuo ſternant cũque panni eorum vrina polluti ſunt per fœminam læua eos, quæ ſi ſæpe debilitetur deliquium animi patitur, & tandem cum omnibus liberis ſuis moritur, in purgatorium ingreſſa ab omnibus*

De putrefactione quæ eſt valde neceſſar. in opere noſtro nam noſtræ materiæ niſi putreſcant mutari nõ poſſunt & niſi mutentur à ſua natura in vnam homogeneam naturam reduci nequeunt.

Putrefactio Chymica quid ſit.

Mercurius & ſol quæ dici poſſũt ſalia noſtra metallica, ſimul coniuncta ſe mutuo ſternunt & moriuntur & aqua ſua ad vitam reducuntur, quid autem ſalia ſint noſtra

peccatis ſuis mundatur; vbi aliquandiu morate, ſupplicium paulatim augebitur vt ignis magis magiſque augeatur inceſſabilis, in fornace ſapientum commoda (Atanor vocatur) æquabilem calorem conſeruante quo materia naturaliter putreſcit. Guido Sapiens ait de putrefactione, Cum per putrefactionem corpus antiquum moritur ex opinione Morieni & aliorum naſcitur corpus ſimplex ſpirituale; & niſi calor & humor ſemper mouerentur ſemẽ non maneret in matrice neque fœtus aut fructus ſequeretur. Ergo initio noſtros lapides accipe & vnum in ſepulcro alterius abſconde, vnica in ſimili matrimonio, vt 42. dies cohabitent ſic ferent ſemen naturale ſuum concipient, nutrient & conſeruabunt, toto etiam tempore ex ſepulcro ſuo non reſurgent quod myſterium multos fallit. Tempus conceptionis cum calore moderato expecta, nigredo apparens tibi indicabit eum morientur, nam tunc riui fluentis inſtar bullas eleuabit, ſubſidet, putreſcet, tunc colores ſplendentes iridis inſtar apparebunt, tunc aqua ſiccari incipiet: cum enim calor aliquantulum operatur in corporibus humidis producit nigredinẽ veriſſimum ſignum vnionis naturalis & veræ corruptionis. Huius recordare, quia in perfecta mutatione ſic non errabis, & ita per portam nigredinis oportet tranſire ſi velis lumen paradiſi in albedine conſequi: *Sol enim in ſuo principio obſcurabitur, per diluuium Noæ tranſibit ſupra terram poſtquam* 150. *ſteterit, antequã aquæ omnes effluxerint.* Deinde aquæ noſtræ

metallica perpende diligenter, nam communia ſunt ſalia, nec in aqua communi ſoluuntur, ſunt autem hæc metalla quæ in mercurio ſoluuntur.

Sales metallici ſunt ſimul permiſcendi & vnus interficit alium.

Nigredo apparens eſt ſignum certiſſimũ ſolutionis & mortis Regis noſtri & Reginæ noſtræ.

Nigredo durat aliqãudo 150 dies antequam exſiccetur aqua ſi aqua copioſa ſit

(vt ſapientes dicunt) dilabentur vt cum Dauide dicas aquæ aruerunt, nota hoc. Mox Noë vineam ſuam plantabit flores & vuas ferentem inſignes, quas adeptus non periclitaberis amplius, ſic enim germinatio lapidis noſtri mox ſequetur, & mox 30. diebus tranſactis vuas habebis carbunculorum inſtar rubras. Hoc eſt vere noſtrum Adrox, Cinabaris, plũbum rubrum. Sicut enim animæ à pœna temporali liberatæ, tandem in paradiſum ingrediũtur; ſic lapis noſter in purgatorio à nigris ſordibus liberatus abſque dubio gaudebit candore & pulcritudine vxoris ſuæ & progredietur ex obſcuro purgatorio candidus ad lucem paradiſi in modum potentis Elixir. Et quo citius peruenias ad putrefactionem nota hoc exemplum in quo latent omnia putrefactionis myſteria. Quercus quæ ſemper humectatur non putreſcit mox (experto crede) ne ſi centum quidem annos ſub aqua eſſet, ſed ſi modo humectetur, modo ſiccetur, mox putreſcit: ita nos iudicamus arborem noſtram modò à ſole exuri, modo aqua gelida refrigerari & ſic mox putrefieri. Corpora vt dixi labora, & in putrefactione calorem ne vrgeas, ne lucrum in cineribus quærere oporteat. Igitur abſtrahe aquam à terrâ & redde ſic animam aſcendentem, redde eam terræ, & ſine vt deſcendat toties quoties aſcendit, defende vitrum tuum à frigore ſubito, vtere igne modico ne materia tua vitrum fiat. Obſerua quales materias eligas ne labores in ſalibus, ſulphure & mediis mineralibus quicquid Sophiſta garriat, *noſtrum*

Vt putrefactio citius fiat quid agendum ſit ibi declaratur, an autẽ id verum ſit valde ambigo, cum hoc fieri non poſſit ſine apertura vaſis, & reincrudatione materia quæ valde periculoſa eſt vt ſupra aſſerit Author.

Vbi laborandum ſit nempe in metallis, nam metallica natura eſt tantum in metallis & nòn in vllis aliis rebus, eaq; natura finis eſt artis eaq: etiam principium eſſe debet.

ſulphur eſt tantum in metallis, vocatur oleum, aqua, auis, animal & alijs nominibus ne indocti lapidem noſtrum agnoſcant, quem ſi Deo dante noſtra doctrinâ & ſcriptis aſſecutus nemini nec fauore nec pretio reuela, pauperes ne opprimas, ne te iactes, ſed Deo ſerui & iuua pauperes. Hæc de putrefactione ſufficiunt, tranſi ad portam ſextam.

De coagulatione, coagulatio quid ſit, quæ quidẽ modò recte fiat totũ opus chymicum per agitur & recte perficitur, eſt enim coagulatio ſeu fixatio finis Alchymiæ.

CAPVT VI & porta 6. Coagulatio

De Coagulatione non oportet prolixè loqui, ſed oportet eam definire. Coagulatio eſt induratio rerum mollium in colore albo & fixatio volatilium ſpirituum: nec coagulationis cauſa ſis ſollicitus quia putrefactione naturali perfectâ elementa facilè coëunt. Coagulationes autem varijs modis fiunt propter ſpiritus & corpora in aquam claram ſoluta, ſalia etiam, nec non ter ſoluta & denuò in aquam fluidã coagulata, de quibus coagulationibus ſtulti multa nugantur. Quidam etiam ſoluunt & elementa manu ſeparant deinde in puluerem ſiccum coagulant, ſed non quærimus coagulationem talem, quia operi noſtro prorſus repugnat, noſtra n. coagulatio non timet ignem, jmò ſemper in igne in ſua vnctuoſitate ſubſiſtit tincturæ innatantis ab aëre coagulatæ, non aqua fit, ſic n. opus noſtrum periret. Tum etiam opus noſtrum non coagulatur in lapidẽ ſolidum criſtalli aut vitrj inſtar quæ maximâ ignis vi ad fluxum perducuntur, ſed ſicut cera fluens abſque folle. Caue ne decipiaris, coagulatio talis quæ denuò aqua fit vt ſalium inepta eſt ad opus noſtrum ſed conſtans &

Coagulatio noſtra qualis ſit, non eſt inſtar ſaliũ ſed inſtar metallorũ vt cera fluentium & congelãtium.

permanens, coagulationes ſalium Sophiſtarum propriæ ſunt vulgari modo coagulantium. Si ergo medicinam tuam rectè tractare velis non debet fluere naturaliter nec congelari niſi putrefacta, purgata, & elementa lapidis noſtrj fixa ſint donec ſimul coagulentur & facilè fluant. Cum enim materia alba facta eſt ſpiritus cum corpore coagulabuntur, longumque ſupereſt tempus donec congelatio in margaritarum ſpecie appareat, quâ viſa gaude, feret grana ſanguinea omnibus theſauris potiora. Occiſa igitur terra craſſa apparebit nigredo in humiditate, hoc nemo negat; dicunt Philoſophi, cum hanc habes de albedine ne dubites, & cum ſemel ad perfectam albedinem coagulaſti lapidem pretioſiſſimum habebis, & ſicut album ſiccum in humido putrefactum eſſe per nigredinem indicatur, ſic humidum per ſiccum induratum manifeſtatur albedine noctu lucente poſt diuerſos colores. Cauſa eſt calor temperatus ſemper operans & materiam mouens quæ ſic mutatur intus & foris in tota ſubſtantia vt omni in igne ſubſiſtat fluida & fixa, etiam conſtans in medicina ſeu tincturâ: hanc digeſtionem comparant concoctionj ventriculj vbi ſiccitas dealbat chylum, &contra calor moderatus hepatis rubedinem producit: ita lapis noſter ſiccitate & calore moderatis ad albedinem & rubedinem perfectam coquitur. Verùm hic aliud nota ſecretum ſcilicet quomodò filius noſter in aëre naſcatur ne carbones nimis ſufflles nec ludum puerorum credas, ſed profectò omnis labor tuus fruſtra

Dum coagulatur materia noſtra, apparet veluti paruæ margaritæ in vaſe.

Humidum non poteſt exſiccari a ſicco, quin appareat albedo, humidum enim metallicum non poteſt exſicari quin albeſcat, albedo enim eſt proprium ſiccitatis metallicæ modo non ſit in ſummo gradu tunc enim eſt rubedo ſumma.

Terra noſtra eſt ſemper viuificanda cũ ſua aqua, poſt exſiccationem ſui ipſius.

erit *niſi terra tua per aquam viuificetur neque vnquam veram coagulationem videbis.* Anima eſt inter cœlum & terram volitans, quæ ex terrâ eleuatur ſicut vapor in aqua pura, quæ vitæ origo eſt in omnibus rebus viuis, quæ perpetuò percurrit multiplicem noſtram naturam, eam corrigit; quæ anima aërea eſt ſecretum lapidis noſtri Philoſophici, qui figuratè dicitur oleum noſtrum, aqua noſtra; & medius hic aer (quem oleum & aquam vocamus) ignis noſter, vnguentum noſtrum, ſpiritus noſter & lapis noſter in quo totum artis fundamentum eſt ſitum, non eſt vnquam ſolus, neque intrat per ignem, ſed aqua primò elicit eum & deinde rurſus infundit vt aquam quæ ab aqua nunquam ſeparatur, & ſic ſola aqua poteſt aquam noſtram mouere, qui motus mortem pariter & vitam producit, aquæ abſque contrarietate aut lite adhæret, *quæ aquæ ſtolidis ignotæ ſunt, cum abſque dubio. Spiritus calcinatus eam producat.* Aqua myſterium eſt & vita omnium rerum mundi, omnia ex aqua orta ſunt quod mulieres parientes oſtendunt, quæ primo eijciunt aquas (ſi proſper ſit partus) quas albas vocant partum præcedentes non ſine dolore; ideò Philoſophi patientiam nobis imperant donec omnis aqua in puluerem vertatur, opuſque in continuo ſed moderato calore conſeruarunt. Elementa enim in qualitatibus ſuis ſibi mutuò repugnant, donec albedo & nigredo coagulatione amborum inſeparabiliter in æternum vniantur, quo fit labor in quo natura ſeu eſſentia in

Anima hæc aërea eſt mercurius noſter, qui vitam dat noſtro operi & perficit, ideo dicitur eius anima & aqua, cum aqua ſit vita rerum omnium.

Aquam noſtram quid producat aut apparere faciat dum calcinatur ſeu coquitur materia noſtra.

aliam mutatur ſola operatione naturali & prouidentia naturæ qualis eſt ſeminis in matrice: ſemen n. & calor fratrum & ſororum inſtar ſunt quæ tandem ſponte natura operante & patiente perfectus homo fiunt, quoad eſſentiam corpoream quam natura in hominis figuram conformauit & fit qualis fuit cauſa princeps, licet illa ex vna ſubſtantia in aliam mutata fuerint, tamen ſpecies extrinſecus non fuit in aliam ſpeciem mutata: *ita etiam ſpermatica noſtra materia in vaſe ſponte ſuâ ex vna ſubſtantia in aliam mutari debet calore æquali eam coquente. Aliud exemplum.* Sicut ſubſtantia ouj ouis fit à natura quæ ex oui cortice non egreditur; melius exemplum non potuiſſem adducere rei mutabilis ex eſſentia in aliam, in ſpecie tamen ſimili & natura ſimili ſolo calore operante. Accipe exemplum ex vegetabilibus, ſicut quæuis planta ex ſuo proprio ſemine caloris & humoris ope producitur naturæ virtute: *ſic mineralia à ſuo humido radicali nutriuntur quod principium eſt eorum ſpeciem ſuam non egrediens in vno vaſe.* Mutamus denuò rem in aliam in matrem ſuam in aquam cum tranſponuntur, hoc principium neſciens fruſtra laboras; tunc nihil eſt aliud quam ſemen, & nihil quam genus cum genere, numero bina, mas & fœmina, agens & patiens, in matrice dominatricis terræ; mutanturque coloribus ex natura in aliam in vitro, exque ſtatu in alium mutantur donec natura ea reducat in ſubſtantiam per aquam regenitam. Ita ſemen in

Elementa noſtra per ſe coctione mutantur ad inuicē donec omnia fiant ignis fixus omnia vincens.

Materia noſtra in vaſe concluſa per ſe à natura ipſa coctione pereni mutatur de vna natura in aliam naturam, donec vltimā perfectionem acquirat, vt fit in ouo vbi non ceſſat mutatio donec pullus excludatur, ſic in ouo noſtro idem fit donec pullus noſter excludatur.

Mineralia vt fiant & nutriantur.

ſpecie ſua mutatum aptum eſt ſimile in ſuo genere producendi, ſicut omnes res aliæ in naturali ſpecie augentur. Dicti proceſſus tempore ſemine concepto creſcente materia ſuo proprio menſtruo nutritur, quod terra & aqua duntaxat proferunt colore ſubuiridi, & tunc ſol ecclipſin patitur curſumque ſuum ab Occidente Septentrionem verſùs inſtituit. *Dictum menſtruum (arcanum tibi dico) ſanguis eſt leonis noſtri viridis non vitrioli: Venus à te rogata initio verè tibi conſulet; hoc arcanum à Philoſophis omnibus abſconditum eſt; qui ſanguis è dicto leone extractus caloris defectu non perfectè coctus eſt, & dicitur arcanum menſtruum noſtrum* quo ſemen noſtrum moderatè nutritur cum in fæces craſſas conuerſum, album & perfectè ſiccum fuerit, fixatumque & coagulatum in proprium ſuum corpus, tunc videtur ſanguis bis coctus diciturque operis totius corona alba. Nota etiam aquam noſtram igneam ſic acutam vocari aquam menſtrualem in qua terra noſtra ſoluitur & naturaliter calcinatur coagulatione vt non amplius ſeparari poſſint, non ceſſa tamen ſed plus aquæ coagula. ℞. Aquæ acutæ partes. 3. terræ congelatæ partem vnam. Non plus; huic ſubſtantiæ congelatæ adde quartam partem aquæ criſtallinæ & omnia per congelationem coniunge vt fiat ex omnibus materia metallica rutila gladij ſtricti inſtar, poſt nigredinem quæ prius apparebit, tunc affunde quartam partem aquæ nouæ. Oportet etiam multas operationes perficere, dato illi ſecundam ope-

Terra metallica in opere noſtro debet ſemper dominari, caue ergo, ne aqua ſuperabundet, propter cruditatem, ad coctionem debitam nunq: veniet.

Menſtruũ noſtrum quale & vnde educatur, ex vitriolo nempe, non cõmuni ſed noſtro quod propter viriditatem ſuam ſemper viuit vnde vitriolum diciturpropter viuacitatem ſuã qua pollet.

rationem, dein tertiam & recordare proportionis memoratæ, perge ad quartam & quintam imbibitionem, nec omitte ſextam & ſemper duas partes ad tres illarum adde, & ſeptima debes habere quinque partes illarum, peractis ſeptem imbibitionibus rotam inuerte omnibuſque materijs abſque additamento poſitis vt putrefiant nigredine viſâ, materiam ad albedinem coagula ſic opus tuum perfeciſti; dein tende Meridiem verſùs ad rubedinem, aqua tua in duas partes diuiſa eſt, vna corpora putrefiunt, altera imbibitioni ſeruit per quam materia ad nigredinem perducitur, & mox igne lento ad albedinem & tunc à Philoſophis dicitur ſol cœleſtis ſplendoris quo ad rubedinem traducto tranſijſti portam ſextam.

Hic enarrat opus integrum & cibationem & narrat pondera quæ prudenter ſũt notanda.

Poſtquam lapis eſt perfectus & rubedinẽ vltimã eſt conſecutus cibãdus eſt iterum ter quater vt facilius fluat & penetret quia penetratio & eius facilis fluxus dependet ex copia ſpiritus.

PORTA. VII. Cibatio.

Cibationem aggredior, habet locum ſeptimum, paucis verbis exponetur, auſculta ſedulò. Cibatio eſt materiæ noſtræ ſiccæ lacte & cibo dato nutritio, moderate ambobus datis donec in purum ordinem redigatur: nunquam tamen copiam ſubmergentem aut ſuffocantem da, caue hydropem & Noæ diluuium: cibum ſenſim auge prout tibi vtile videbitur ne humor aqueus excedat ſanguinem, cibus igitur detur eo pondere ne calor naturalis & appetitus extinguatur: ſi enim nimis bibat oportet vomitum excitare ne morbus diuturnus ſequatur, cauenda igitur eſt ventri dyſenteria & hydrops. alioquin res male tibi ſuccedet, ſatius eſt vt ſitim interdum patiatur quam vt ſemel inebrietur, ei in adoleſcentia diætam

De cibatione, cibatio chymica quid ſit & qualis & pauca & moderata eſſe debet ne copia nimia cibi hydrops fiat filius noſter, itaq; moderate cibandus.

Cibandus eſt ter lapis poſtquã exſiccatus moderatè, ne extinguatur appetitus & virtus congelandi, & exſiccandi.

præcribe & vtere hoc ordine quem natura temperata præſcribit donec adoleſcat & aſſeuera in calore humido continuo, ſic virtus creſcet & augebitur, voluptatem & commodũ tibi afferet, corpora enim ægrota & impura clarificabit, ſanabit & à lepra liberabit. Rotã ſic ter conuerte & regulam de cibatione obſerua, tunc ſimulac ignem ſenſerit ceræ inſtar fluet: ſed hæc hactenus cum veram diætam tibi præſcripſerim elementis tuis aſſimilatis, docui etiam te quomodò aurum tuum album facere poſſis ſpecie floribus & oſſibus albis, ſimile quod vocatur magneſia ſicut dixi, & eſt ſulphur album incombuſtibile noſtrum quod ex igne non euolat, & ſic ſeptimam portam in ortu ſolis ingreſſus es.

Poſtquam cibatus eſt lapis fluitur cera propter humidum radicale ſuũ copioſum quod habet.

PORTA. 8. Sublimatio.

Loquamur iam de noſtra ſublimatione quæ octaua eſt porta: ſublimant indocti, ſed ne eos imiteris, non n. ſublimamus vt illi; ſed ſic rectè ſublimare ſcies nec errabis ſi corpus prius ſpirituale & ſpiritus tuos corporeos feceris vt docui. Quidam mercurium cum vitriolo & ſale ſublimant, alij ſp. cum limatura martis, corticibus ouorum aut calce viuâ, & ſuo modo rectè ſublimant, inepto tamen ad opus noſtrum, vera autem ſublimatio ſic fit. Caue in ſublimatione tua hoc ſolum ne ſublimes vſque ad operculum vaſis abſque violentia, non poſſes denuò in fundum reducere ſed ibi adhærebit & gaudet loco frigido: conſerua ergo in calore moderato 40. dies donec nigreſcat, tunc anîma incipit prodire ex propriis

De ſublimatione ſublimatio quid ſit, & qualis dũ corpus factum eſt ſpiritus, & ſpiritus factus eſt corpus tunc facta eſt ea ſublimatio noſtra.

meatibus, omne enim ſubtile abſque dubio cum ſpiritu aſcendit. Hoc nota & conſidera quomodo corpora tua obſcurentur quæ durante putrefactione magis magiſque ſublimãtur donec aqua in ſummum pellantur, & poſtquam venenum ſuum ſic eiecerunt in medio aquæ apparet nigredo ſitque ſpiritualis, ſi ſenſim ſublimatione Philoſopica in aquam ſublimetur eam ferentẽ. Sic enim oportet filiũ noſtrum renaſci donec denuò in aquam ſuam mutetur, & poſtquam ambo ſic peracta ſunt in calore humido temperato vt prorſus alba & ſpiritualia fiant, oportet cœlum in terram reducere donec anima cum corpore vniatur, & prius cœlum fiat terra quod fit ſeptem ſublimationibus. *Sublimamus autem propter tria. primò vt corpus ſpirituale fiat 2 vt ſpiritus corporeus fiat & fixetur & vna ſubſtantia fiat cum corpore. 3. vt ambo à ſordibus natiuis & ſalſo ſulphure quo inquinantur liberentur; & ſi ſimul purgantur in altum ſublimantur niue albiora & viſu grata;* cognoſceſque ſpiritum præcipitatum, & porta octaua tibi aperta erit ex qua multi cum ludibrio excluduntur.

Non eſt perinde ſublimandum fortiſſimo igne, ſed leui, eo enim igne leni corpora fiunt ſpiritus, & ſpiritus corpora & ſic pura ſunt ambo & penetrantia.

Sublimatio quibus cauſis fiat, nam niſi ita ſublimemus nihil operamur in arte quia puram & penetrantẽ habere nõ poſſumus materiam ſeminalem metallicã.

PORTA. IX. Fermentatio.

Pauci artifices veram fermentationem norunt, myſterium te docebo; per multas Regiones iuj antequam interpretem eius inuenirem, tandem (Deo ſit laus) notitiam aſſecutus ſum, attende igitur ad ea quæ ſcribo. Fermentationes per quas noſtra Medicina conſeruatur & augetur varijs modis fiunt: quidam ſoluunt ſolem & lunam in aquam claram & cum eâ

Fermentatio quid ſit & qualis & eſt vera cibatio, dum enim cibamus tunc vere fermẽtamus, fermentum eſt eiuſdẽ naturæ cũ paſta, quam fermentat.

Fermentã- dus vere dum materiam noſtrã perfecte coquimus & ad vltimum gradum reducimus, lapis autem perfectus dicitur verũ fermentum quod reducit naturã crudam & non coctã eiuſdem naturæ in ſe ipſum & in ſimilem ſubſtantiã eiuſdem virtutis & proprietatis.

coagulant ſuam medicinam, quæ in igne examinata nec ſubſiſtunt nec perfectè mutant, & hæc fermentatio aliena eſt ab opere noſtro. Alij naturam melius ſequuntur & fermentant medicinam ſuam ſic: diſſoluunt ſolem & lunam in mercurio donec cum ſpiritibus aſcendant, dein bis vel ter ea ſimul diſtillant & cum ijs fermentant, quam viam reijcimus, quia alij fœliciores in opere fermentationis veritatem inuenerunt; qui corpora cum mercurio amalgamant pultis inſtar & proijciunt medicinam ſuam ſuper eam; hi aliquid noſtrorum myſteriorum norunt ſed non rectè, neque perfectè mutant, neque enim putrefaciunt, neque fermentum ſuum mutant. Seretum tibi dico, *vide quomodo feceris de corporibus imperfectis & idem omnino fac in perfectis, id eſt putrefac ea, annihila primas illorum qualitates, credimus n. ante fermentationem mutanda eſſe.* Ad opus tuum ſuſceptum ℞. quartam partẽ fermenti ex ſole & luna facti & ſi peritus es artis mox fermentationem tuam abſolue ſic: fixa aquam & terram ſimul, medicinamque tuam cum ceræ inſtar fluet proijce ſuper amalgama, cumque omnia mixta fuerint ignem vitro tuo bene clauſo admoue & ſerua donec totum fixum & ex voto tuo fermentatum ſit, & ad placitum fac proiectiones, quia medicina tua iam omnino perfecta eſt, ſic oportet fermentum tuum rubrum & album parare. ſicut n. farina triticea fermenti eget vt panis ex eâ factus ſapiat & homini cibus ſit naturalis: ita fermentare oportet, vt purum fermen-

Fermentationis arcanum eſt ſolutio vera & puttrefactio.

tum

tum guſtes & in omnibus examinibus ſubſiſtat. Scito etiam tria eſſe fermenta, duo corporum in natura pura quæ mutari debent, tertium (quod maximè occultamus) prima eſt terra cum aqua ſuâ viridi. Quæ ſi ſitiat pota eam donec corpus eius rumpatur; de quo ſi diſputare & artifices interrogare vellem de noſtro opere examinarem ſtatim eos an aliquid de fermentatione noſtra ſcirent. *Vera a. fermentatio eſt vnio corporis & animæ quæ odorem & ſaporem naturalem reſtituit naturali elementorum ſeparatorum condenſatione* & debitâ redintegratione ex qua corpus à ſpiritu aſſequitur ingreſſum & ſe mutuo iuuant vt ingrediantur. Sicut n. corpus in corporeâ ſua denſitate non poteſt oſtendere vim & operationem ſuam donec ſpirituale fiat, ſic ſpiritus cum corpore conſtantes manere non poſſunt niſi in proportione debitâ ſimul fixentur: tunc n. corpus docet ſpiritum vt ignem ferat, & ſpiritus reddit corpus ingreſſiuum. *Fermenta igitur ſolem tuum cum ſole, cum aqua propriâ, id eſt terrâ purgata quæ elementum tuum eſt niſi quod ſpiritus vitæ accedit.* Nam ſicut magnes ferrum attrahit, ita noſtra terra naturaliter attrahit ad ſe deorſum animam à vento ab eâ in altum expulſam, ita anima per ventum inducere & educere debes, aurum auro miſce, hoc eſt, ſine vnum elementum cum alio ſimul currere donec omnia in igne ſubſiſtant, aqua n. eſt terræ fermentum, & terra aquæ, ita fit fermentatio. Terra eſt aurum vt & anima, ſed non commune ſed noſtrum

Hoc tertium fermẽtum, eſt vnio ſpiritus et corporis perfecti.

In vera fermentatione corpus & anima noſtra vere vniuntur.

Spiritus tingit ſed eius tinctura permanens eſſe non poteſt niſi perfecte cum corpore vniatur.

Fermentatio vera vt fiat in qua Sol dicitur mercurius noſter & aqua cum qua fermẽtamus ſolẽ noſtrũ hoc eſt lapidem perfectum.

Spiritus dicitur fermẽtũ, & terra etiam vnde ſpiritus eſt terræ fermentum, & terra eſt fer-

mentum ſpiritus.

elementatum cui tamen aurum addi debet, ſic n. ad fermentum præparatur vt cum reliquis naturis interius vniri poſſit; de argento idem eſto judicium vt ſcilicet mutes & putrefacias prius quam Medicinam tuam fermentare incipias, vide vt ſolem & lunam renoues, vt ex quinta eſſentia aliquid reſeruare poſſint, ſic illorum tinctura in æternum ſubſiſtere poterit. Eſt & alia via inſignis ad opus noſtrum requiſita. Conficimus n. aquam pretioſam quâ omnia corpora in oleum convertimus, quod Medicinam noſtram fluidam reddit; hanc aquam vocamus quintam eſſentiam quæ omnes defectus ſanat, quod debet fieri principali tuo opere noſtro more præparato, quod eſt calx, corpora n. calcinata hâc aquâ promtiſſime in oleum mutantur, para ergo ex ſole & luna oleum quod eſt in odore optimum fermentum, ſuperâſti nonam arcis portam.

Oleum ſolis vel lunæ eſt fermentationis arcanũ hoc autem oleum ſit per continuam coctionem mercurij cum ſole vel luna do nec ſimul vniantur in ſubſtantiam fixam liquidam quod dicitur ſolis oleum.

PORTA X. Exaltatio.

Exaltationem aggredimur cuius cognitio prorſus eſt neceſſaria quia differt à ſublimatione ſi doctrinam noſtram calles: quod & Chriſtus confirmat dicens, cũ è terra exaltatus fuero omnes ad me traham; cum Medicinam noſtram hoc modo exaltamus melior fit & nobilior, quod fit duobus modis ex quo tempore elementa coniuncta ſunt infuſa & examinata mas & fœmina ſimul ſepeliuntur & ſpiritu vitæ viuificantur, tunc in cœlum extolli ſimul debent vt corpus & anima ſimul glorificentur; ea n. ad tantam ſubtilitatem reducere te oportet vt ſimul poſſint aſcendere ad

Exaltatio quid ſit & qualis & qua ratione fiat.

thronum ſplendentis nubis, & ſociari Angelis: tunc omnia corpora quæ videbis ad ſuam gloriam perducent. Itaque ſi corpora tua velis nobiliora facere auge ea primo ſpiritu vitæ donec terra benè ſubtilietur naturali omnium elementorum rectificatione, eaque ad Firmamẽtum vſque extolle & tunc omni auro pretioſiora ſunt quia aliquid ex quinta Eſſentia retinent. Cum n. calor ſuperatur à frigore aër in aquam mutatur, & ſic duo contraria ſecum pugnant donec inuicem aſſimilentur: ſic noſtra circulatione vt dixi aqua in aërem mutatur, cum calor humiditati prædominatur, tunc cum igne habes aërem putrefaciendo, ſoluendo, & ſublimando. Ignem verò habebis ex craſſâ materiali terra, ſi elementa denuò ſepares, & inprimis terram calcines ſingulisque purgatis omnia habebunt aliquid ex quinta eſſentia. Sic per circulationem vnumquodque in alterum perduces & priorj longè nobilius efficies, idque in vitro benè clauſo fiat non manu ſed naturaliter prout docuj; tunc primo prouidè aquam ex igne fac, quia ignis in aëre eſt qui in aquâ conſeruatur, & hæc mutatio operi noſtro eſt congrua, deinde rotam verte donec aër in terram mutetur quod fieri poteſt cum aër ſit in aqua quæ eſt in terra, cum aquam in ignem contrarium vertere poſſis, cùm aqua ſit in terra quæ eſt in igne. Hæc eſt elementorum vera mutatio. Iam inuerſa eſt rota. muta aquam in terram quæ vera eſt ſedes aliorum elementorum, cùm terra in igne lateat qui in aëre quieſcit. Circulationem hác

Corpora noſtra qua ratione exaltari debeant cum ſpiritu vitæ ſuo, forti vnione coniunguntur.

Ibi terra noſtra calcinatur, dum ad vltimam perfectionem reducitur, tunc enim tẽporis eſt quinta eſſentia metallica ſummæ virtutis.

Elementa qua ratione mutentur vt inde fiat corporum noſtrorum exaltatio vera, quæ õnino neceſſaria eſt in arte,

in Occidente incipe, & inde Meridiem verſùs te conuerte donec exaltetur ſicut in figura te docuj. In hoc proceſſu optimè videbis ab extremo non venirj ad aliud abſque medio incidente, cùm extrema ſint contraria & ratio doceat frigus abſque medio non tranſire in calorem, quale eſt humor in calido & frigido. Circulationem omnium elementorum hactenus docuj, cuius exemplum habere debes in rotâ, quomodo exaltationem perficias, & quomodo Medicinam tuam mutatione elementorum gradare & nobilitare poſſis donec in noſtram temperatam perducas, quo facto ſtas intra portam decimam.

Multiplicatio quid ſit & qualis.

PORTA XI. Multiplicatio.

Multiplicatio (quam aggredior) à Philoſophis deſcribitur vera augmentatio Elixiris in virtute & copia albi pariter & rubri: eſt ergo multiplicatio ſecundum illos quicquid Medicinam auget in ſingulis gradibus in colore, odore, virtute & quantitate, & hæc eſt cauſa vt Medicinam tuam poſſis in infinitum augere, ignis enim eſt qui excitatus nunquàm deficit ſed ſemper tecum habitat ſicut focalis in domo & muſcus in ſuauiſſimis ſcitamentis, cujus vna ſcintilla magnum ignem producere poteſt confortata: ita & in noſtra Medicina diues eſt qui ignem habet etiam paruum, augere n. pro libitu poteſt, diues etiam eſt qui Elixiris etiam parum habet, augere n. potes primò ſi puluerem noſtrum ſiccum diſſoluas & ſæpè congeles virtutem augebis: ſecundo virtus pariter & copia frequenti fermentatione

Multiplicatio vt fiat ſola diſſolutione & coagulatione ſui ipſius cum ſimili & eadem ſubſtantia.

multiplicatur prout dixi, & hoc varijs modis in cibatione expoſitis, ex quibus didiciſti qualiter Medicina tua cum Mercurio in infinitum augeri pôſſit. Et ſi ſimul ſoluas & fermentes qualitas & virtus multiplicabuntur vt in vitro creſcat ſicut arbor (Hermetis arborem vocamus) aſpectu gratiſſima, cuius granum vnum in mille multiplicatur ſi proiectionem facere ſcias ſapienter. Sicut n. croco trito & aqua macerato aqua noua affuſa colore fortiore eſt quàm ſi in ſubſtantia ſua craſſa maneat; ſic Elixir noſtrum quò ſubtilius fit eò magis exerit tincturam ſuam. Cuſtodi igitur ignem tuum æquè veſperi ac manè ne apud vicinos perquirere cogaris & mutuari; quò magis cõſeruabis eò plus lucraberis, auge eum in tuo vitro & nutrj eum Mercurio hoc eſt aqua Mercuriali quæ eſt humidum metallorum, aqua autem hæc Mercurialis eſt ipſemet Mercurius ſine vlla allegoria quamdiu viuis: ita plura obtinebis quam quibus opus tibi erit, manifeſtum eſt nec ampliori explicatione indiget, ſequere intellectum, non indulge peccato, ſerui Deo ſeriò, quamdiu viues, nemini reuela nec tamen obliuiſcere; memento te ſemel Deo rationem in judicio redditurum, bonis tuis benè vtere, pauperes juua vt miſericordiam & gratiam in hoc orbe conſequare: ora Deum vt ad hanc portam te aliquando producat vt ſpeculationi tuæ finem aliquando imponas.

Proiectio Chymica vt fieri debeat.

PORTA. XII. Proiectio.

In proiectione exploratur an Medicina ſit

vtilis nec ne, de quo ſecreta quædam memorabo. Si tinctura vera & immutabilis eſt aliquantulum illius in metallo ſeu menſtruo proba, cui ſi picis inſtar adhæreat & in proiectione conſtanter tingat vt in omni igne ſubſiſtat, in illa ingredictur & ſuam virtutem in ijs dilatabit. Multi autē proiectionē ſuper metalla impura facientes opus ſuum corruperunt, ob fœditatem n. tinctura evanuit ſordibus non prius à corporibus ablatis quæ poſt proiectionem ſunt obſcura, fragilia & nigra. Vt igitur tinctura tua in æternum ſubſiſtat, Medicinam tuam prius ſuper fermentum proijce, quod vitri inſtar fragile fiet, materiam hanc fragilem proijce ſuper corpora purgata clara videbis ſubſiſtere, ex palmis Dauidicis ſc: Fundamenta proiice, Nunc dimittis, ſuper verba mea proiice fundamenta. Tum verba mea ſuperdiligam & diligant ſuper attendite. Et tales proiectiones fac quatuor aut quinque donec tinctura Medicinæ tuæ incipiat diminui tunc proiectionem finire tempus eſt. Figurato hoc ſermone tibi dico vt minus ſuper maius proijcias vt numerus augeatur, vt Sapientes dicunt, & hoc ſecretum tibi aſſerua, doctrinæ noſtræ cupidus eſto ſiquidem tibi non onerosa erit. Qui n. Elixir ægrotis corporibus addit parum intelligit ad quid noſtra proiectio conferat. Si primo decem per decem multiplices prodibunt centum, centies decem fient mille, decies mille ſunt decem millia, & ex his centena millia. Tranſiſti per duodecim portas, arcē tuo arbitratu gubernas, arcanum tecum ſerua,

Quo modo & qua via facienda ſit proiectio medicinæ noſtræ ſuper metalla vt perfecte tingat.

Proiectio elixiris noſtri debet ſemper fieri ſuper corpora perfecta primo, deinde ſuper corpora imperfecta.

vitrum in igne cuſtodi, Medicinam tuam ſemper auge, Sapiẽtes enim dicunt, quod quis ſecum domi habet non cogitur aliunde quærere.

Recapitulatio totius arcani.

Hoc eſt ſol & luna mercurio copulantur

EPITOMICA ANACEPhalæoſis.

Obſerua diligenter latitudinem, incipe in Occidente vbi vir ruber & mulier alba ſpiritu vitæ copulantur & coniunguntur vt in quiete & amore viuere poſſint. Cum aqua & terra in ſimilem naturam perducta ſunt, tres partes ſpiritus & vna pars terræ vera eſt proportio ſeu 12. partes ſpiritus ad 4. partes corporis ſeu terræ: tres partes fœminæ accipere debes ad vnam partem maris, & quò minus ſpiritus eſt in illâ coniunctione cò citiùs calcinationem ad finẽ perduces. Tũ curſũ tuum verſùs Meridiem conuerte obſcuratione viri rubri & albæ fœminæ quod dicitur ecclipſis quæ ſoluit illa & mutationem affert inter hyemem & ver mutatque terram nigram in aquam. Inde dirige curſum tuum per varios colores verſùs Orientem vbi luna plena erit & dies illuceſcet, tunc purgatorium præteriit curſu, ſiquidem ibi ſol oritur, & nitidus apparet: tunc poſt hyemem æſtas, poſt noctem dies eſt, tunc terra & aqua in aërem mutata ſunt, omnes tenebræ & nubes illuxerunt & omnia ſplendent. Et ſicut Occidens principium eſt huius practicæ, & Septentrio medium perfectum mutationis intrinſecæ: ita Oriens initium eſt claritatis & curſu ſuo Meridiem verſùs operi finem imponit, ibi elementa tua circulatione n aquam verſa ſunt, nec dubium eſt quin vo-

Nota quò minus eſt ſpiritus eo citius exſicatur terra noſtra vt calcinatur & perinde citius perficitur quia iterũ ſolui debet & iterum exſiccari, donec perfecte fluat & tingat & hoc in quarta vice contingit aut ſaltem in ſeptima vice.

Hoc eſt nigredo & putrefactio per Occidẽtem intelligitur.

Per Orientem & Meridiẽ intelligitur perfectio operis noſtri.

to potiaris cum rotam operis noſtri Philoſophici circumvolueris; quam tamen adhuc bis oportet voluere, in quo omnia myſteria noſtra Philoſophica continentur in duodecim capitibus expoſita, continentur & omnia myſteria intimæ noſtræ Aſtronomiæ, intelliges etiam perfectè omnes Polos in cœlo noſtro colore conſtanti lucentes, quo pulcriores videri non poſſunt, pallidus & niger, falſa & imperfecta citrinitas & rubedo, cauda pauonis & iris vaneſcentes, panteræ maculæ, leo viridis, caput corui, qui omnes præcedunt albedinem, hanc citrinitas, hæc rubedinem, cum quâ Medicina eſt in tertio ſuo genere & ſinit ſe multiplicari. Nota etiam album virum & mulierem eius non tingere niſi prius tingantur, cum fructu ergò laboraturus exterius corporum introduc, & intrinſecum putrefac, annihila omnium tuorum materialium formas & educ ſummas eorum virtutes mutatis in vno vitro quatuor naturis in vnam. Elixir tuum rubrum in duas partes diuide in duo diſtincta vitra. Volens habere Elixir ſolis & lunæ fac hoc. Mercurium tuum ſtatim in magnâ copiâ multiplica, cuius ſi principio habes cochlear plenum multiplicare poteris per album & rubrum vt eo abundes licet mille annos viueres. Principale opus tuum prudenter diſſolue & ad oleum perfectum reduc quod poſt circulationem fit. Hoc oleum fixat Mercurium crudum in aurum & argentum, Raymundus Baſilicum ſuum vocauit hanc oleaginoſam puram & fixam ſubſtantiam, nec vſpiam adeò perſpicuè

Corpora perfecta metallica ſũt omnino corrumpẽda ita vt eorum exterius nullo modo appareat, ſed interius eorum.

Oleum philoſophorũ fixat mercurium crudum in aurum & hoc oleum eſt opus noſtrum perfectum in oleum commune ſũma copia & abundantia mercurij noſtri,

docuit. *Memento hominem creaturam nobiliſſimam, in qua omnia quatuor elementa commixta à natura vniuntur, vt mercurialis generi neutralis viliſſima materiæ arte ex minera ſua extrahatur.* Metalla n. noſtra nihil aliud ſunt quam ambæ mineræ ſolis & lunæ iuxta Raymundum: ſed ſplendor ſolis & lunæ occultè mineras intrat, quem per artem viſibilem efficere potes. Hunc occultum lapidem, hanc rem vnicam laua & purga in ſucco proprio ſuo donec albeſcat & fermenta prudenter.

ille enim eſt ſolus qui lapidē noſtrum in oleum conuertit ſola coctione

Hic tangit ex qua materia metallica mercurius noſter et aqua diſſoluens extrahi debeat, nam mercurius noſter dicitur homo multis in locis.

TERTIVS TRACTATVS D. Georgij Triplani de Mercurio & Lapide Philoſophico.

Tractatus de lapide Philoſophorum.

FILI mi, docebo te in hac arte ab antiquis Philoſophis occultata quos Deus hoc dono dignatus eſt: ſcito etiam materiam noſtrā eſſe ſupremam terrenorum, opus vile quod mox diſces. aqua n. cum terra commixta infima erit & niſi cum igne figatur ſupra eum euolabit, & ſic eſt ſuprema pariter

& infima: & eſt vile opus, in noſtra enim terra & aqua & terra impura inuenies aquam puram & limpidam quæ eſt ſperma noſtrum & quinta eſſentia, tunc terra illa inutilis eſt materia. Aquam ſupremam eſſe probatur quia ſine eâ non fit panis neque aliud à Deo creatum, eſtque prima materia generabilium, nihil enim abſque quatuor elementis creſcit, & ſic quicquid ex 4. elementis componitur ex aqua habet originem. *Ne tamen hoc de aqua modo dicta. Sed de aqua omnium rerum materia intellige ex qua omnia naturalia in ſuo genere producuntur, ex aqua aër naſcitur, ex aëre ignis.* Ago lentiùs ne canis nimium feſtinans pariat cœcos catulos, tibique ſatisfacturus loquar de primâ materia ſeu quinta, Philoſophorum eſſentia, multis nominibus occultata: in hac omnia elementa vnita & ad ſummum exaltata ſunt, quintam eſſentiam habiturus, *hominem prius habeas neceſſe eſt, & lapidem Philoſophorum, ſine quintæ eſſentia lapidis aſſequi non potes, ſiue ſit mineralis, ſiue animalis, ſiue vegetabilis lapis.* Septem ergo cum aliâ conjunge, nihil contrarium adde alterius naturæ & ſpeciej, ex oſſibus enim non fierent lapides nec ex coruis cygnj, quo obſeruato Deus benedicet labori tuo. *Aqua ſolis & lunæ ſeu benedicta in venis terræ latet, de qua terra nota omne generatum naſci ex mare & fœmina* inter quæ eſt actio & paſſio aliâs nihil generatur; res diuerſæ nihil proſunt, hæc vero aqua ſolis & lunæ attrahet reliqua corpora & humores ſuæ naturæ vj caloris ſolis

Aqua noſtra qualis ſit et eſt mercurius.

Hic intelligit aquam noſtram ſolutiuam ex homine eliciendam eſſe hoc eſt ex mercurio.

Hic ſuſpicatur ſalē dulcem terræ continere in ſe hanc aquā benedictā ſolis et lunæ ſiue mercurium. eſt enim hæc aqua dulcis ſiue ſal dulce.

&lunæ, eaque perficiet. Sicut Embryo in matrice calore menſtrua in ſuam naturam & eſſentiam conuertit, vnde diſce aquam noſtram cum alijs rebus ſui generis mutarj in eſſentiam perfectam: mutatur enim primò in oleum, hoc modico calore in viſcoſitatem & tandem perfectum in lapidem calore ſolis perfecto. *Nota ex vno tria haberj oleum, viſcoſitatem & lapidem: cum aqua in oleum mutata eſt habes ſpiritum perfectum, ſi oleum in picem duram habes ſpiritum & animam, ſi pix illa lapis fiat habes corpus, ſpiritum & animam, hic eſt Lapis Philoſophorum ſeu Elixir, Medicina perfecta humanj corporis* quæ cum ſuo genere fermentatur. Porrò ſcito Fili varias eſſe quintas eſſentias quarum aliæ ad corpora humana, aliæ ad Elixir & imperfecta metalla adhibentur, non eſt autem idem in generatione hominis & metallorum; ſiquidem genus cum ſuo proprio genere aſſimilatur & conuenit & natura cum ſimili natura: Prima hominis materia eſt humor ſeminalis qui per ſpiritum in eo latentem Generationis cauſa eſt. Cum materia nata & in corpus coagulata eſt extrahe quintam eſſentiam illius corporis & eâ nutries corpus: ſed ſperma ex quo homo naſcitur non nutrit corpus eius. Corpus benè cibatum alimento naturali augetur vnà cum materia prima, hæc in quantitate, illud in qualitate: materia prima vocatur quinta eſſentia, differunt etiam prima materia & materia Augmentationis ſicut ſupra dixj, & aliud obtinet in Augmentatione metallorũ, aliud in

Gradus mutationis ſpiritus noſtri et aquæ dũ coquitur primo fit oleum deinde pix viſcoſa, tandem corpus durum et frangibile, in colore rubini.

Generatio rerum omnium ex ſimilibus in genere et ſpecie ſemper fit vt homo ex humano ſemine ſic metalla ex metallico ſemine.

corpore humano, *licet quinta eſſentia cauſa augmentationis in metallis, corpori humano poſſit eſſe Medicina commoda: & quinta eſſentia cauſa augmentationis in corpore humano Medicina metallicis corporibus*, & ideo quinta eſſentia & augmentatio differunt. *Aqua igitur noſtra dicitur prima materia & ſperma metallorum quia ex ea creuerunt omnia metalla, eâ indiges initio, medio & fine* operis vt cauſâ omnis generationis quæ in ſuâ coagulatione in formam omnis metalli vertitur. i. in primam eorum materiam, vnde ſperma metallorum, *aqua vitæ metallica dicitur, quia metallis ægrotis ſanitatem & vitam dat*, coniungit virum rubrum & mulierem albam. i. ſolem & lunam: dicitur etiam Lac Virginis, quia virgo dici poteſt antequam ſoli & lunæ aliis corporibus non ſuæ naturæ conjungatur, viro vero nupta ej adhæret & vnum fit cum ijs quibus adjungitur, ſole ſcit: & luna quæ vnit, anteà dicitur Lac Virginis, aqua benedicta, aqua Vitæ &c: Porro, mj Fili, circa mercurium Philoſophorum nota, cum aquam vitæ conjunxiſti cum viro rubro ſeu magneſiâ noſtrâ & muliere albâ eaque ſimul ligaſti habes mercurium Philoſophorum tuncque vocatur Mercurius Philoſophorum, aqua vitæ Philoſophorum, ſanguis viri rubri, caro, oſſa & corpus eius. Lac eſt varium, virgineum, muliebre & humanum: ſimul enim vnita ſunt, mulierque concepit, infans lacte nutriendus eſt, vnde intelligis non eſſe lac virgineum ſed potius fœmininum aut humanum, quo infans

Aqua noſtra qualis et quibus nominibus inſigniatur

Lac virginis vt dicatur mercurius Philoſophorum oportet vt coniungatur cum metallis et terra metallica quæ dicitur magneſia noſtra.

ſemper nutriendus eſt donec robuſtior factus ſolido cibo veſci poſſit; cibum voco fermentationem quæ formam ej dat donec ad ætatem virilem perueniat. Quamdiu enim infans. 1. Lapis noſter formam ſuam non eſt adeptus neque cum ſuo ſimili fermentatus. 1. Sanguine rubri aut viridis Draconis ſiue ſit ruber aut albus lapis nunquàm perfectè operabitur. *Scito fili mi me iudice aquam primam eſſe à Deo naturaliter factam, cauſam generationis, quæ ſi poſt coniunctionem aquam vitæ & lac Philoſophicum pariat, lapidem ſemper augere & nutrire poteris.* Hæc de materia prima dicta ſufficiant vt practicam aggrediamur.

Aqua metallica ſeu lac virginis eſt ab ipſa natura, artis eſt eam ſeparare & coniungere

Vide igitur, fili mi, vt has materias omnes (tres autem vnum ſunt) in vnum vitrum ponas, putrefac, abſtrahe aquam per alembicum primo in B. M. mox ſuper cineres 12. horis igne lento; materiam ſiccam tere, aquam denuo affunde, ſine in B. M. 3. dies, diſtilla vt prius, materia erit nigrior, hoc ter repete ſemper terendo: quarta vice ne teras amplius & inter ſingulas diſtillationes ſex horas ignem ſerua talem vt mediocriter ſiccetur, aquam refunde & diſſolue ſub alembico cœco & in ſingulis diſtillationibus 6. aut 7. guttas phlegmatis ſepara, hoc ſeptics itera donec pondus quod antea habuit contineat, album erit, & quo albius eò plus aquæ ſuæ bibit. Vocatur etiam hæc aqua homogenea, paritque album & rubrum lapidem, cumque ad perfectam albedinem perductus eſt vnius operis finis initium eſt operis alterius. 1. lapidis rubri ſeu

Iam incipit practicam docere quæ optima eſt, nihilominus caue, nihil enim eſt ſeparandum à commixto: tota enim ſeparatio, naturæ eſt committenda.

magneſiæ noſtræ rubræ aut æris Virginalis quod eſt aurum noſtrum: non dico omne æs eſſe aurum. *Æs noſtrum eſt ſulphur noſtrum viuum, ſed non omne ſulphur viuum noſtrum eſt ſulphur. Argentum viuum eſt Mercurius ſed vulgare non eſt noſtrum, ſed aqua vitæ, noſtrum ſperma & prima materia eſt Mercurius noſter, noſter ſpiritus vitæ qui extrahitur ex terra Æthiopia, magneſiâ &c:* Nota etiam non dari Generationem abſque corruptione, corruptio enim parit purgationem & contra. Conſidera, Fili, venenum noſtrum tingens quod ſemper tinget, quod eſt noſtrum corpus, anima & ſpiritus, quæ vnita in vnam rem quæ cum ſuis partibus etiam ex vna re veniunt, præter quam nec eſt nec erit vnquam alia. Non ſapit igitur qui putat aliam Medicinam poſſe in aurum aut argentum mutarj, quæ medicina per ſe parum commodi afferet niſi cum corpore aliquo miſceatur, tunc operabitur iuxta formam ad quam parata eſt, non eſt enim parata ad id vt per ſe ſeorſim corpus fiat. *Nota etiam magnam eſſe differentiam inter primam materiam ſeu ſperma metallorum & Medicinam ac inter Medicinam & aurum*, Sperma enim abſque corpore non fit Medicina, neque Medicina abſque corpore metallum. Magna eſt etiam differentia inter Elixir & Medicinam, ſicut inter ſemen maſculinum & fœmininum & ſobolem ex vtroque natam: capis vtique ſemina vnum, & ſobolem aliud eſſe, licet vna res & vnum opus, fiantque in vno vaſe, vnde nomina ha-

Notanda hæc ſunt ſed non explicanda quia corũ explicatione tota Ars manifeſtatur clariſſime quod minime eſt faciendum vetat enim hoc Deus & Philoſophi omnes.

bent diuerſa, licet mas & fœmina genere cõ-
ueniant, idem de noſtro lapide intellige.
Verè a. dixi corruptionem cauſam eſſe Gene-
rationis & purgationis, omnis enim res in pri-
ma ſua materia eſt corrupta & amara, quæ
corruptio & amaritudo vocatur venenum tin-
gens quod vitæ in omnibus viuentibus cauſa
eſt, quod Naturæ ſpeculatoribus patet. Cogita,
Fili, Luciferum ſuperbum primò Deo rebellem
Altiſſimi præceptum violaſſe, quod ei in cor-
ruptionem & amaritudinem, nec minus Pro-
toplaſtis noſtris rebellio mortis, corruptionis
& amaritudinis cauſa fuit, cuius nos hæredes
ſumus. Exempla plura non adducam, verum
conſidera in nobiliſſimis fructibus terrâ naſ-
centibus materiam eſſe crudam & amaram
quod corruptionem præcedentem notat, quæ
amarities calore continuo in dulcedinem mu-
tatur miræ virtutis. Hæc ſufficiunt vt amplius
inquiras & meam mentem intelligas, cogita
prouerbium hoc Dulcia non meruit qui non
guſtauit amara. V T a. aliquid de ære noſtro
loquamur, *nota AES ſignificare conſtanti-
am ſeu aquam conſtantem, cætera verò quæ in
ære noſtro ſunt exprimuntur voce BRAS
Acroſtichâ. B. enim notat primum corpus noſtri
operis quod eſt noſtra Oliua dulcis & amara,
Æs noſtrũ in ſua forma manens.* R. Radicem
operis, initium humiditatis noſtræ permanen-
tis, quæ purgat æs noſtrum & roſam noſtram
rubram, omniaque quæ ſunt naturæ ſuæ. A
ſignificat Adamum Protoplaſten ex quo facta
eſt Eua prima fœmina, vnde conclude marem

Notandum naturam, noſtram dici venenum dum eſt in corruptione & putredine, quia omne corruptum venenum eſt, cum corruptio, vitæ ſit contraria.

Notandum hoc eſt quid denotet æs Chymicum.

Hæc literarum explicatio non nihil arridet, niſi *Bras* aliqua linqua ſignificet materias operi noſtro neceſſarias quod ego ſuſpicor aliquid eſſe ibi occultum ſub nomine *Bras*.

& fœminam oportere ibi eſſe, & diſce æs noſtrum eſſe principium noſtri operis, aurum noſtrum, oliuam noſtram, quia eſt metallorum prima materia, ſicut homo primus eſt inter virum fœminamque. S. verò ſciat ſpiritum ſeu animam noſtræ vitæ, quem Deus Adamo & omnibus creaturis infudit, qui ſpiritus vocatur Quinta Eſſentia. Per quatuor etiam has literas BRAS quatuor elementa intelligũtur, abſque quibus nihil in toto mũdo generatur, ſignificant etiam ſolem & lunam cauſas vitæ, augmentationis omnium creſcentium. In hac igitur voce & quatuor literis conſiſtit totum opus, in ære enim noſtro latent mas, fœmina, ex quibus infans naſcitur.

Noſtra materia prima non eſt aurum & argentum cõmune.

Nota quid ſit Æ noſtrum, dulce vocatur noſtrum Sandiuer, Salnitrum noſtrum, ſanguis Draconis, ſol & luna, quid mercurius & aqua vitæ & alia de quibus Philoſophi ænimaticè loquuntur. *Scito igitur, mi fili, noſtram primã materiam nec aurum nec argentũ cõmune eſſe, nec poſſe ex corroſiuo aut alijs rebus externis, in quibus multi cœci laborem inutilem locant) elici: caue igitur, mi fili, ne ad opus aliquid aſſumas naturæ illius contrarium, ſcis enim certiſſimè hominem meſſurum quod ſeminat. Nota etiam lapidem noſtrum in ſuo genere abſolutum lapidem eſſe durum nec facilè ſolui, ſed ſi eidem vxorem ſuam adiungas, ſoluitur in oleum Philoſophicum incombuſtibile, quod multa alia habet nomina.* nota etiam diuerſas eſſe fermentationes corporales ſcil: in quantitate, ſpirituales in qualitate: illæ pondus medicinæ

Dum lapis noſter fermentatur ſpiritu hoc eſt mercurio ſuo plus tingit quam ſi corpore perfecto fermentetur qua in fermento corrũpitur & denuo

dicinæ augent, quæ tamen minoris eſt virtutis quam illa quæ ſpiritualiter augetur, ita vt (ſi fermentatio corporalis tingat centum) ſpiritualis tingat mille: & quamdiu Medicina fermentatur ſpiritualiter retinet nomen Medicinæ, fermentata cum corpore vocatur Elixir. Et quamdiu fermentatio ſpiritualis manet eſt oleum fluidum ſeu gummi quod non commodè ex vno loco in alium transferri poteſt; corporale autẽ lapis eſt & in crumenâ ferri poteſt, vnde differentiam inter fermentationes, & Medicinam & Elixir intelligis.

generatur, & non in fermento corporali.

Et hæc eſt differentia inter medicinam & elixir.

Tandem vt de cibo eorum aliquid dicam ſcito cibum eius eſſe ex lapidibus aëris, potum verò ex duobus corporibus perfectis extrahi ſcil: ex ſole & luna, ex ſole dicitur Aurum potabile, ex luna Lac virginis. Satis perſpicuè locutus ſum ſi Deus tibi faueat, potus enim ex ſole extractus eſt ruber, ex luna albus, vnde nomina, vnus eſt maſculinj, alter fœmininj generis licet ex vna re & natura originẽ ſuam trahant. Conſidera mi fili verba mea, ſi enim in tenebris erres lucis penuria infelix eris. Diligenter igitur verſa rotam Philoſophicam vt aquam facias ex terra, aërem ex aqua, ignem ex aere, & terram ex igne, & hæc omnia ex vno principio & radice. i. ex proprio eius genere & naturali ſucco, vt vita eius in æternum poſſit conſeruarj.

Lapides aërei ſunt humida infixa radicalia metallorũ imperfectorum, ideo vocantur aerea, quod volatilia ſint.

Ex hac cõuerſione elementorum colligitur qua ratione ſis operandũ ſuper materiam noſtram, hanc autem cõuerſionem, natura ipſa facit in vaſe noſtro ex materia noſtra, nam conuerſio elemẽtorũ

non eſt elementorum naturalium ſed noſtrorum quæ incluſa ſunt in vaſe noſtro & ſunt materia noſtra

QVARTVS
TRACTATVS DOCTI & pij viri.

In quo Elixir Theophraſti exponitur.

Hic corroſiuum non eſt aqua fortis ſed lac virginis quod dicitur corroſium quod ſoluat metalla: corroſiũ iſtud non eſt aqua fortis ſed eſt ſpiritus eiuſdem naturæ cum auro, & dicitur corroſiuũ; quód diſſoluat aurum & in minutiſſimas partes diuidat, quod eſt proprie corrodere

SOLVE aurum in tota ſua ſubſtantia cũ corroſiuo donec cum corroſiuo vniatur, neque abhoreas ab hoc laboris modo; corroſiuũ enim nobilius eſt auro ſi ſolũ ſit aurum, imò aurum abſque corroſiuo eſt res mortua. Requiritur porrò vt corroſiuum hoc rurſus per putrefactionem remoueatur licet non facile remoueatur. Si enim auro inſitum eſt naturaliter vt corpus hominis conſeruet & ab omnibus morbis liberet neque corrumpi ſinat, quanto magis idem proprio ſuo corpori oſtendet idque abſque vlla impuritate, ſiquidem aurum corrigit & emendat quicquid in eo impurum eſt: vnde corroſiuum in auro nullo modo corroſiuum dici poteſt, ſiquidem arcana eius virtus omnia venena ſuperat, imò omnia venena Arſenicalia in auri Elixire mori coguntur, vertiturque in ſublimem & nobilem Medicinam & tincturam, hoc modo poſt putrefactionem etiam

aurum potabile paratur. Hactenus Paracelſus. Probatio quod tale Elixir ſeu tinctura parari poſſit.

Primo accipio veram materiam ab Authore nominatam aurum ſcilicet, & ſoluo id per corroſiuum quod (licet apud authorem aliâs innumera nomina habeat) hîc expreſſit, quia quamdiu in propria ſua forma & natura manet arrodit & ſpoliat metalla, vnde, etiam hoſtis & prædo vocatur non ſecus ac candor ignis ob proportionem in conjunctione. *Soluo aurum cùm tota ſua ſubſtantia corroſiuo tali, quale author hîc vult, quod ſcilic. cùm auro vniatur, nihil autem cum auro vnitur quod non ſit naturæ illius, natura enim natura gaudet. Metalla a. ſunt naturæ mineralis, hoc igitur crroſiuum vt aurum ei vniatur debet eſſe naturæ mineralis: mineralia enim continent in ſe fortiores ſpiritus quàm metalla,* iuuantque illi ad gradationem, additionem, fixionem, quia tincturas & colores in ſe continent ſicut Philoſophi dicunt. Ex his accipitur ſubtile & rapidum quod eſt aureæ naturæ eique vniri poteſt, & id pondere, colore & fluxu augere, ſicque ſe alligare vt in vnam ſubſtantiam coëant, forment que vnum indiuiduũ, quod ego accipio, ſicut patet quando aurum ſublimo in rubinos, quibus in fluxu nihil deeſt & ad candelam fluunt. Cùm igitur materia mea auro vniatur idque tenaciſſimè amplexetur vt Philoſophi credant ab eo accipi quicquid natura illius eſt, dico me ex Theophr. opinione tali corroſiuo vti, cum proprie-

Quod dixi ſuperius corroſiuũ iſtud quo ſoluitur aurum eſſe eiuſdem naturæ cum auro; hic in textu declaratur & probatur.

tatem hanc habere debeat, vt auro nihil noceat, & mea materia auro commoda ſit & vtilis, cum id colore altiùs gradet, quod etiam Bernardus vult, pondus augeat, quod hîc Theophraſtus exigit dicens, Aquas fortes metalla ſic ſoluere vt nihil ex pondere decedat. In meo autem opere tantum abeſt vt pondus minuatur, vt contra augeatur, ſemper enim aurum in criſtallos rubentes ſeu rubinos à me ſublimatum eodem pondere habeo. Addit Theoph. Aurum abſque corroſiuo mortuum eſſe, corroſiuo vnitum viuificarj, & hoc in opere meo fit, quis enim negabit illud viuere in quo ſpiritus viuens latet. In meo autẽ opere quia aurum adeò vehementer ad ſe attrahit talem ſpiritum ex corroſiuo, vt illo ante omnia gaudere videatur, *vnde & eo ſolo ſolui vult illique vniri, certum eſt autem omnia metalla per vitam ſuam ſolui, quis igitur non videt aurum cum ſpiritu vnitum viuum eſſe cum author fateatur* aurum ſine corroſiuo mortuum? Idem confirmat ſublimatio mira auri (quæ in igne fit) cum ſpiritu, & cum omnes Philoſophi clament, ſoluite corpora, fixate volatile, ad quod ego, Dei gratiâ in opere meò perueni, ſupereſt vt ſpiritus coaguletur aut volatile fixetur, quod dixit author noſter per putrefactionem faciendum, corruptio enim vnius eſt generatio alterius. Videtur a. Theophr. dicere Corroſiuum ſeparandum per putrefactionem, ſed verbis exactè perſpectis inuenimus contrarium, quod ex his verbis patet, licet corroſiuum non facile ſeparari poſſit.

Corroſium ergo iſtud eſt vitæ plenum cum aurum mortuum reſuſcitet à mortuis, ſi ſcias qualis ſit vita metallorũ ſcis etiam quale ſit iſtud corroſiuum de quo eſt ſermo quod cum auro coniunctũ lapidem conſtituit Philoſophorum ſola coctione.

Spiritus tãdem ſublimatione & coctione perennicũ ſuo corpore fixatur, & corpus ſoluitur & ſic corroſiũ mortificatur & perit eius natura, cum in vnam ſubſtantiam dulcem conuertan

Vult quidem ſeparationem faciendam, ſic tamen vt quod ab auro ſeparari nequit, cumque illo vnitur, illiuſque pondus & colorem auget ab eo non ſeparetur, corroſiuumque non prorſus ſeparari probat prædicta vnio, quæ inutilis eſſet ſi ſubſequeretur ſeparatio, quod patet ex exemplo in textu allegato, dicente Auro inſitum eſt &c: affirmatque corroſiuum in auro nullo modo corroſiuum dicendum, quod confirmat rationibus magnj momenti, quia omnia venena arſenicalia, ipſumque corroſiuum in auro mori, quo mortuo & corrupto fit generatio noua ſc: ſuprema & nobiliſſima tinctura, quod etiam fatentur omnes alii Philoſophi qui tunc ſuam Medicinam ſeu tincturam pro perfectâ agnoſcunt, cum ad ſuam dulcedinem peruenit, ſicut poma non priùs eſui apta ſunt quam ad maturitatem & dulcedinem ſuam peruenerint. At per putrefactionẽ quam in hoc opere author requirit multa amara & corroſiua dulcia fiunt, & manifeſtum eſt per eandem multa venena in remedia mutari. Et hoc vnicum opus ad ſuam dulcedinem p rduci poſſe teſtis eſt experientia, quia ego illud ſæpe (licet nondum perfectum omnino) in manibus meis habuiſſem, niſi tempora periculis & bellis infeſtata me à tanto bono remorata eſſent. Si igitur Deo fauente in tali opere adhuc ſemel talem dulcedinem aſſequi poſſum & tempore tranquilliore ad optatam perfectionem perducere, certus ſum me habiturum Elixir ſolis Theophraſti. 1. Supremam & nobiliſſimam Medicinam, quod

tur & poſtea nulla eſt corroſio.

Corroſiuũ in auro omnia mortificat & ſeipſum Hoc arcanum ex corroſiuo & auro compoſitũ debet dulce fieri coctione perenni, ſic enim mutatur in elixir.

Aurum cũ corroſiuo ſuo in miram dulcedinem intrinſece latentem eſt conuertendum.

omnes Philoſophi mecum fatebuntur. Parum hic curo opiniones quorundam contrarias, qui nolunt vllam Medicinam intra corpus ſumendam, cum & per corroſiua præparari; rectè quidem putant, ſed neſciant ſeparationem, quandoquidem neſciunt illud, quod nec debet nec poteſt à ſole ſeparari *ſed cum eo vnitur, in dulcedinem latentem intrinſecam perducere, quod ſi ſcirent non abominarentur adeò corroſiua* auro (in quantum aurum nominatur) longè nobiliora, imò faterentur potius cum Theophr. aurum potabile & Elixir ſolis cum conuenienti corroſiuo præparatum humano corpori vtilem & ſalubrem eſſe Medicinam, ſiquidem iuxta Theophraſtum *poſt putrefactionem ambo eodem modo præparantur, ideòque niſi aurum potabile ad naturalem ſuam dulcedinem reducatur aurum mortale potius iudicandum eſt. Cum ergo dictam dulcedinem* aſſecutus ſim, eamque, Deo propitio perfecerim, quâ Dei gratiâ nihil eſt certius, quia enim non in auro ſolum & argento ſed etiam in coralliis & margaritis inueni & guſtaui, quæ omnia per corroſiuum meum internam ſuam dulcedinem protulerunt, abſque dubio in hâc tincturâ quam author hîs promittit (quomodocunque tandem ſit) nullus defectus reperietur.

In corallijs & margaritis dulcedo interna latens poteſt manifeſtari arte leui.

FINIS.

PETRVS IOANNES FABER

Doctor Medicus Monſpelienſis Lectoribus omnibus amicis Salutem, in Domino.

HABES amice Lector quamplures Authores hoc in volumine contentos rariſſimæ doctrinæ, & qui continent quicquid in Chymica arte exoptari poteſt, fideliter ex Germanico Idiomate in latinum verſos & traductos à doctiſſimo viro Domino Spigellio natione Germano, qui iam Toloſæ commoratur, & interpres eſt linguarum Hebraïcarum, ſi forte fortuna Lector beneuole habes aliquos codices Chymciæ artis exotica lingua conſcriptos, fac quæſo vt ipſos habeamus vt ipſos interpretari faciamus, vt lucem videant ampliorem; non enim omnes exoticas illas linguas, & Septemtrionales intelligunt, quare in vmbra & plaga Septentrionali manent ſepulti & frigore obducti, neceſſe eſt vt verſùs Meridiem, Occidentem & Orientem pergant, ilbique excaleſcant, & luce clariori & fortiori Illuſtrentur, ſic Reſpublica Chy-

mica, fiet locupletior & majori & multo ditiori ſupellectili exornabitur: Ego autem nullo pacto ſumptibus parcam nec per me ſtabit quin Chymicæ artis alumni fructibus vberrimis potiantur, ſic ſi commercium inter Chymicos liberale fiat ita vt & libri de Chymia ſecreti & Arcani communicentur, & in lucem prodeant, & ſic quod occulti & obſcuri in ipſis eſt conſcriptum, ab his qui logogryphos & & Ænygmata Chymica intelligunt, interpretetur, non eſt dubium quin inde vberrimus exſurgat fructus in Chymiæ alumnos, & quin inde etiam Alchymiæ quæ nobiliſſima eſt, & cæteras omnes artes & ſciencias nobilitate antecellit, ab omnibus diſquiratur & exoptetur, & quin calumniæ omnes quæ immerito illi attribuuntur, citiſſime evaneſcant, & earum loco, laudes ingentes conſurgant.

F I N I S.

41-155